ANTONII BACCI
AB EPISTVLIS PONTIFICIS MAX. AD PRINCIPES

VARIA LATINITATIS SCRIPTA

II

LEXICON

EORVM VOCABVLORVM QVAE DIFFICILIVS LATINE REDDVNTVR

EDITIO ALTERA



EDITRICE
STVDIVM

ROMAE
SOCIETAS LIBRARIA «STVDIVM»
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS EDIDIT

A. MDCCCCXXXXIX

HUMANISSIMO LECTORI SALUTEM

Cum hoc opus, in unum redactum volumen,[1] quattuor abhinc annis primum edidi, brevibus hisce, quae sequuntur, verbis prooemiatus sum:

Nonnulli a me, nec semel, e Romana praesertim Curia quaesiere quomodo haud pauca vocabula, quae in communibus lexicis vel omnino desiderantur, vel imperite proponuntur, latine reddi possent. Quorum votis ut satis pro viribus facerem, hoc lexicon in vulgus edidi, quod jam, a disciplinae meae quondam alumno rogatus, exaraveram. Opus sane nec perfectum, nec absolutum est, quamvis mihi tantis steterit curis tantisque laboribus.

Huic autem praeponere placuit varia latinitatis scripta, quae vel jam erant guttembergia arte prodita, vel adhuc in scrinio limae labore expolienda adservabantur. Parva ea quidem res; sed dum latinae litterae fere ubique silent, videntur mihi — ni fallor — etiam exigua hoc in genere tentamina aliquid fortasse valere.

Ad lexicon vero quod attinet, faveas humanissime lector, si quid mendosum, si quid desiderandum inveneris, id amice mecum communicare. Si enim aliquando homines, si dii, si columnae concedent[2] ut hoc volumen iterum edatur, cupio ut emendatius et auctius prodeat. Salve atque vale.

In praesens vero, dum opus, emendatum et auctum, in eo est ut iterum scriptoria machina imprimatur, iis omnibus cupio

[1] Opus iterum editur in duo volumina distributum; quorum alterum inscriptiones, orationes et epistulas complectitur; alterum autem ex Lexico constat eorum vocabulorum, quae difficilius latine redduntur.

[2] Cf. HOR., *Ep.*, II, 3, 372-373.

debitas agere grates, qui vel per privatas epistulas, ad me perhumaniter datas,[3] vel per publica scripta, in actis diurnis in commentariisque prodita, de libello hoc meo tractantes, ejus utilitatem ejusque laudes magis profecto, quam pro merito, praedicarunt.

Non defuerunt tamen, qui aliquid reprehenderent; sed id tam humaniter, tam urbane fecerunt, ut nihil prorsus haberem — ne in iis quidem rebus opinationibusque, quae mihi probanda non viderentur — cur iisdem succenserem, vel cur eorum animadversiones aegre gravateque ferrem.

Verumtamen id placet heic asseverare in suaque luce ponere, quod quidem nonnullis videtur non omnino exploratum esse atque perspectum: varia nempe haberi Latinitatis genera; priscam videlicet atque optimam Latinitatem, quae « classica » hodie vulgato nomine vocatur; seriorem dein; deinde postea cadentem; ac postremo infimam. Omnia profecto haec genera suum momentum habent suasque, majores minoresve, utilitates. Hisce autem omnibus Catholica utitur Ecclesia pro varia rerum opportunitate rationeque. Ea siquidem Latinitatem optimam summo in honore habet, colit, suaque auctoritate commendat; ejusque elegantia ac concinnitate majora, quae edit, documenta exornat. Cum tamen res faciliore atque expeditiore modo pertractandae occurrunt, tum in seriorem Latinitatem concedere non renuit, ut aptius ab omnibus intellegatur; multaque a christianis scriptoribus mutuatur, quae ad res suas significandas necessaria omnino videantur.

Ac praeterea in publicis Ecclesiae Athenaeis studiorumque Universitatibus sacrae profanaeque disciplinae eo sermone plerumque traduntur, qui a Mediae Aetatis scriptoribus derivatus, etsi bonam non refert Latinitatem, ob perspicuam tamen ac

[3] Horum in numero non modo Eminentissimi fuere Patres Cardinales non pauci praeclarique Latinitatis cultores, sed Antistes ipse sacrorum Maximus Pius XII, Qui epistulam, quae infra ponitur, mihi mittendam jussit.

nitidam subtilitatem eloquii, hoc in rerum genere valde utilis evadit.

Hoc autem non culpae, non vitio vertitur, sed laudi potius. Si enim prisca solummodo Latii lingua, quae « classica » dicitur, uteretur Ecclesia, eaque omnia rejceret vocabula, quae inferioris sunt notae, sed necessaria prorsus ad res novas indicandas, [4] tum procul dubio etiam apud eam, sicut in ceteris societatibus, latinus sermo haberetur veluti res mortua, non autem usitata ac vigens. Dum contra, hac praesertim ratione reapse evenit, ut Latinitas, post tot elapsa saecula ac tot rerum immutationes vicissitudinesque, perennitate quadam fruatur. Idque non solum in scholarum claustris, sed in ipso etiam vitae usu accidit, quandoquidem vetus revirescens almae Urbis lingua quasi nobilissimum exsistit instrumentum, quo Apostolica Sedes cum universa Ecclesia praecepta, iussa ac monita sua communicat. [5]

Quamobrem hic agendi modus iis omnibus commendandus videtur, qui Latinitatem non modo ut rem venustissimam, etsi omnino restinctam, colunt, sed ut aliquid etiam vivax, validum, aptissimum; quod quidem nostra quoque aetate, dum tot sermonum diversitas ac discrepantia universam disjungit ac dividit populorum communitatem, unum potest, eruditis saltem hominibus, conjunctionis fieri mutuique commercii via ac ratio consentanea.

Neque quis dixerit ob gravissimas ac prorsus inexsuperabiles difficultates hoc evenire non posse; quod enim Catholica jam facit Ecclesia, id profecto impossibile non est existimandum; ac ceteroquin nemo unus reapse litteratus, nemo unus

[4] Vide tamen quae in epistula I scripsimus, vol. I, pag. 233 sq.

[5] Cf. Mons. ANTONIO BACCI, *Il latino lingua viva nella Chiesa Cattolica,* estratto da *Per lo studio e l'uso del latino,* Bollettino internazionale di studi-ricerche-informazioni, Anno II, n. 1; *Il Latino lingua universale,* in *Ecclesia,* Rivista mensile, anno V, n. 7, pag. 316 sq.

revera doctus nostris etiam temporibus habetur, qui latinam linguam omnino ignoret.

Aliud praeterea opportune heic mihi notandum videtur, quod non omnes recte, meo judicio, clareque perspiciunt. Non desunt siquidem qui Latinitatem universam — priscam nempe, seriorem, cadentem et infimam — ita in suis scriptis implicent atque permisceant, ut aliquid ex eorum calamo oriatur non venustum, non consonum, sed tam absonum atque abnorme ut religiosas aures offendat. Eorum scribendi ratio ac modus versicolorem quodammodo refert Veneti ludionis vestem; atque illud Horatii in memoriam reducit:

> Humano capiti cervicem pictor equinam
> jungere si velit et varias inducere plumas
> undique collatis membris, ut turpiter atrum
> desinat in piscem mulier formosa superne;
> spectatum admissi risum teneatis amici? [6]

Ita, verbi gratia, *dependentiam* ponunt, *independentiam, competentiam, incompetentiam, plenarium, filialem, secretarium, respectivum, praecedentiam, Gubernium, visibilem, invisibilem* et cetera eiusmodi; unaque simul cum hisce serioris, cadentis, infimae ac barbarae linguae latinae vocabulis voces dictionesque conserunt, quas ex vetusta romani eloquii aetate mutuantur, quasi perabsurdo hoc modo sua scripta velint aliqua elegantia nobilitare. Sed non animadvertunt iidem se vulgari panniculo serica segmenta assuere! Aptius profecto fecerint si eadem semper lingua, seriore nempe vel infima, sibi constantes, scripserint. Quo enim modo eum judicaverint, qui, hodierno Italiae sermone loquens vel scribens, aliquid fuerit ex XIII, aliquid vero ex XX saeculi scriptoribus mutuatus? Jamvero, idem profecto dicendum est, eodemque modo est judicandum, cum de Latinitate agitur.

[6] Epist., II, 3.

Quam quidem Latinitatem ego, pro viribus, optimam heic assequi contendo; sed cum probe noscam id genus proposita susceptaque consilia haud facile posse ad rem deduci, veniam abs te, humanissime lector, posco; dum iterum abs te peto ut, si quid mendosum minusve rectum, in Lexico praesertim, inveneris, tuam mihi sententiam aperire benigne velis.

Etiam atque etiam vale. [7]

Datum in Vaticana Urbe cal. Nov. anno MDCCCCXXXXVIII.

[7] Nationum, regionum, insularum et urbium nomina non pauca adjeci, quae, cum ab optimis Latinitatis scriptoribus antiquitus usurpata non fuerint — neque enim noscebantur — in communibus Lexicis vel non inveniuntur, vel minus recte, ni fallor, recensentur.

SEGRETERIA DI STATO
DI SUA SANTITÀ

N. 86549

Ex Aedibus Vaticanis, die 9 Novembris 1944

Illme ac Revme Domine,

Quod Sibi dono misisti volumen, cui « Varia latinitatis scripta » titulus est inditus, non uno nomine Augustus Pontifex accepit grate atque libenter.

Idoneam in primo liber opportunitatem Beatissimo Patri parat de ea tibi publice gratulandi litterarum latinarum singulari cognitione, de qua non semel Is jam tibi praesens est summopere gratulatus, cum pro credita tibi provincia scriptiones non minus eruditionis copia et varietate ornatas, uberesque, quam omni elegantia et dicendi flore politas probandas subiceres.

Gaudet praeterea Communis Pater emissum a te librum latini sermonis cultoribus fore quam quod maxime utile, quod non tantum felicissimo studio ac labore voces dictionesque in eo tradis vel ex optimis Romanorum scriptoribus delectas, vel ex veterum ingenio « pudenter » fictas, quibus difficiliores vulgatae linguae voces dictionesque latine reddantur; verum etiam exemplis in multiplici scribendi genere propositis ad capessendam latinitatis venustatem viam ipse quasi sternis.

Utinam frequens e sacro ordine virorum numerus, at ii praecipue qui Romanae Curiae ministros agunt, egregio hoc litteraturae specimine incitentur ad diligentiorem latinae linguae consuetudinem, ut quae superiore aetate, Maximorum

Pontificum auspiciis, semper floruit humaniorum disciplinarum laus, ea nostris quoque temporibus vigere ne desinat.

Quod ad te, Augustus Pontifex de delato obsequii testimonio gratum tibi professus animum, Apostolicam Benedictionem, divinorum pignus munerum, paterna admodum voluntate impertit.

Ego vero haec tibi referens peculiarem erga te meam declaro observantiam meque perlibenter exhibeo

Tibi
addictissimum
J. B. Montini

Illm̃o ac Revm̃o Domino Dñ̃o
ANTONIO BACCI
ab epistulis Pontificis Maximi
ad Principes

LEXICON

EORVM VOCABVLORVM QVAE DIFFICILIVS LATINE REDDVNTVR

Les travaux lexicographiques n'ont point de fin.

LITTRÉ.

A

Ab antiquo: Antiquitus (*Caes.-Liv. et a.*); ab ultima antiquitate (*Cic., Fin.*, I, 20); ex antiquitate (*Suet., Ner.* 38); ex omni antiquitate; post hominum memoriam (*Cic., Catil.* I, 7 = *dacchè il mondo è mondo*); ex omni memoria aetatum, temporum, civitatum (*Cic., Orat.* I, 4); ex patrum memoria; ex majorum memoria. - Non autem « ab antiquo ».

Abasia: Ambulandi impotentia; *graece:* abasia (*alfa privativa e βάσις = movimento, passo, andatura*).

Abate: Abbas, atis; coenobiarcha, ae; antistes, itis; praesul, ulis; alicujus coenobii antistes, *vel* praesul (*abbate di un cenobio*) - Abbatem aliquem dicere (*nominare uno abbate*) - Divus Antonius senior (*S. Antonio abbate*), *vel:* Div. Antonius coenobiarcha (*Morcelli, Lexicon Epigraphicum*).

Abat-jour: (*v. franc.*) - *V. Paralume.*

Abbadessa, Badessa: Antistita; sacrarum virginum antistita; suprema sacrarum virginum moderatrix - *V. Superiora.*

Abbaino: Tecti fenestella, ae.

Abbandonarsi ai vizi: Vitiis se dedere totum; corruptelarum lenociniis se omnino permittere, *vel* se obvium dare; in flagitia, in scelera, in omne genus vitia se ingurgitare; in vitiorum volutabrum se ingurgitare totum; vitiis diffluere (*consumarsi nei vizi*) - luxuria diffluere (*Cic.*); in omni genere flagitiorum volutari (*Cic.*); in voluptatibus volutabundus (*Cic. = ingolfato nei piaceri*).

Abbasso: Infra; infimo loco; inferius (*più in basso*).
— Demitte (demittite) manus! (*abbasso le mani!*). - Rex abeat, pereat, moriatur, ex regno deturbetur, regno spolietur, regnum abdicet (*abbasso il Re!*). - Populare imperium repudiandum, *vel* popularis respublica improbanda, reprobanda! (*abbasso la repubblica!*); *vel* populare imperium (popularis respublica) finem habeat! - Studia partium concidant, conquiescant (*abbasso le passioni di parte, le lotte dei partiti!*).

Abbastanza: Satis superque est suarum cuique difficultatum (*ciascuno ha abbastanza da pensare a sè*) - Satis superque est cur ... (*vi sono abbastanza motivi per...*) - Nec diligentiam vestram putamus

fore tantam, quin sit adhibenda major (*Non sarete mai abbastanza diligenti*) - Sed haec hactenus - haec hactenus! (*Basta di ciò - abbiamo detto o scritto abbastanza*).

Abbazia: Monachorum coenobium; monachorum domus; asceterium; locus nempe, in quem secedunt homines, caelestium rerum contemplationi addicti (Cf. *Cod. Iustinian.* I, 3, 33 et 41) - Abbatis munus, *vel* dignitas, *vel* dicio, onis (*ufficio o dignità di abbate*).

— Coenobium ad aquas Salvias (*Morcelli: Abbazia delle tre Fontane*); Coenobium Claravallense (*Idem: Abbazia di Chiaravalle*); Cartusianorum Coenobium (*Certosa*).

Abbecedario: Elementaria tabella (*I. L. Vives, Colloquia*). - *Cf. Sen., Ep.* 36, 4: « senex elementarius » (*vecchio che impara l'abbecedario*). - Prima elementa discere (*Hor.-Tac.*) - Pueros elementa docere (*Hor.*) = *Imparare, insegnare l'abbecedario.*

Abbominatore, Abominatore: Osor, oris - Perosus, a, um - Perosus lucem, mendacium, vitium (*abominatore della luce...*).

Abbonamento – Abbonarsi – Abbonare: Subnotatio, onis, f. (*Cod. Theod. - Cod. Just. = il sottoscriversi, e quindi l'apporre il proprio nome nel registro degli abbonati*). - Subnotationem pactâ pecuniâ facere (*fare l'abbonamento col relativo prezzo pattuito*). - Subnotationis pactâ pecunia (*prezzo dell'abbonamento*); *vel* subnotationis pretium.

— Subnotationis pactam pecuniam solvere (*pagare l'abbonamento*). - De transviariâ raedâ utendâ facta pactio (*abbonamento al tranvai*); transviariae raedae utendae pactam pecuniam solvere (*pagare l'abbonamento al tranvai*). - Diurnorum (*vel* diariorum) subnotatio (*abbonamento al giornale*); de excipiendis actis diurnis (*vel* diariis) facta pactio (*abbonamento al giornale col relativo prezzo*); pretium subnotationis diarii (*vel* diurnorum) solvere (*pagare l'abbonamento al giornale*).

— Pactionem de aliqua re facere certo soluto pretio (*abbonarsi a qualche cosa*). - Annuum pretium pro excipiendo diario (*vel* pro accipiendis actis diurnis) solvere (*pagare l'abbonamento annuale a un giornale*); annuum (*vel* annua) ephemeridi praebere, praestare (*come sopra*). - « Annuum praebere alicui; annua praestare alicui » legitur apud Suetonium et Senecam (= *pagare l'annata o provvisione annua*).

— Aliquid alicui acceptum referre, ferre, facere (*Cic. et a.*) = *abbonare qualche cosa ad uno; accreditare ad alcuno una*

somma come già pagata; riconoscere come ricevuta da qualcuno una cosa).

— Aliquem in ephemeridis album, debito subnotationis soluto pretio, referre (*abbonare uno ad un giornale*). - Aliquem in ephemeridis album, debito subnotationis soluto pretio, accipere (*ricevere uno fra gli abbonati di un giornale*).

Abbordabile: (*francesismo = abordable*) - *V. Accessibile.*

Abbordare: (*parola riprovata dai puristi.* V. *Rigutini*). Alicui occurrere; aliquem adire, aggredi, congredi, convenire (*abbordare uno*). - Rem, *vel* causam attingere; rem, *vel* causam tractandam suscipere (*abbordare un argomento*). Attingere navem; conscendere navem *vel* in navem; manus ferreas in navem inicere; in navem hostium transcendere (*abbordare una nave; assalirla*).

Abbottonato-Riservato: Adstricta veste indutus (*abbottonato in senso letterale*).

— Homo cautus, circumspectus; homo taciturnus, cautus ac prudens; homo altissimi silentii; homo tectus, tectior, tectissimus (*Cic. et al. = persona abbottonata, riservata*). - Unum te in dicendo mihi videri tectissimum: propriumque hoc esse laudis tuae, nihil a te umquam esse dictum, quod obesset ei, pro quo diceres (*Cic., Orat.* II, 73). Quis consideratior illo, quis tectior, quis prudentior? (*Cic., Dejot.* 6).

— Proprius alicujus (*riservato ad uno*); ad aliquem tantummodo pertinens, attinens.

Abbreviare: *V. Compendiare, Riepilogare, Sintetizzare.*

Ab initio mundi: Post hominum memoriam; post homines natos. - Non autem « ab initio mundi »; neque « ab immemorabili ». - *V. Ab antiquo.*

Abiogenesi: *V. Generazione spontanea.*

Abisso: Gurges, itis, m.; vorago, inis, f.; locus praeceps, *vel* praeruptus (*precipizio, dirupo*); profundum, i, n. (oceani profundum, maris profundum); « vitiorum omnium turpitudinumque gurges atque vorago » (*Cfr. Cic., Verr.* V, 9); praeceps, itis, n. (*Liv.*), *vel* praecipitium, ii, n. (*Sen.*) - Aliquem praecipitem dare, jacere, agere, *vel* aliquem in praeceps dare, jacere, deferre, agere (*Liv. et a. = spingere verso l'abisso*) - In praecipiti stare (*Virg. = stare sull'orlo dell'abisso*).

— *Graece:* abyssus, i. f. (ἄβυσσος).

Abitante: Incola, loci incola (*Cic. = abitatore stabile*) - Indigena (*Liv. et al. = nativo del luogo; contra:* alienigena) - habitator

(*Cic.* = *abitatore anche casuale*) - accola (*Cic.-Liv.* = *chi abita vicino*) - contubernalis (*Cic.* = *chi abita insieme*) - vicanus (*Cic.-Liv.* = *abitante di un villaggio*) - castellani (*Cic.-Sal.-Liv.* = *abitanti di un castello*) - oppidanus (*Cic.* = *abitante di un oppidum*) - paganus (*abitante di un pagus*), - ruricola, ae (*Ovid.* = *abitante di campagna, contadino*) - conterraneus (quae vox est dubia apud Plinium, Praef. Hist. Nat.: *abitante della medesima terra*) - nostras, atis (*Cic.* = *abitante del nostro paese*) - municeps, ipis (*Cic.* = *abitante di un municipio*) - civis (*abitante di una civitas*) - provinciales (*Cic.* = *abitanti della provincia, provinciali*) - inquilini (*Cic.* = *abitanti di un possesso altrui o di una casa altrui, inquilini*) - caelites, caelestes, caelicolae, superi (*abitanti del cielo*).

Abiurare: Abjurare - ejurare (*Cic. et a.*) - ejurare fidem, patriam, patriae nomen, liberos, patrem ... (*rinnegare*) - abjurare aliquid (*Cic.* = *rinnegare con giuramento, abiurare*).

Ab ovo: Ab ovo (*dal principio*) - *Cf. Horat., Sat. I, 3, 6*: « ab ovo usque ad mala » (« *dalle uova fino alla frutta* »; *perchè la cena si cominciava con le uova e si terminava con la frutta*) - *Cf. etiam Art. Poët. 147*: « Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo ».

Abrogare: Abrogare (jus, legem, atque interdum legi) - derogare legi, *vel* aliquid de lege (*abrogare parzialmente*) - obrogare, *vel* subrogare legi (*sostituire almeno parzialmente una legge*) - antiquare legem (*respingere una legge nuova lasciando in vigore l'antica*) - inducere (*cancellare, revocare, annullare*); v. g. inducere senatus consultum, locationem, decretum (*Cic. et a.*) - dissolvere, *vel* resolvere (acta, decreta) - rescindere (pactiones) - refigere (*lacerare, strappare*); v. g. leges, decreta refigere.

Abulia: Voluntatis defectio; *graece*: abulia (*alfa privativa e βούλομαι* = *voglio*).

Accademia: Collegium, *vel* coetus sodalium litteratorum (*Morcelli, Lexicon Epigraphicum: Accademia letteraria*) - Collegium incrementis litterarum et artium (*Id.: Accad. artistico-letteraria*) - Collegium sodalium arvalium (*Vallauri Tommaso, Vocabolario Ital.-Lat.: Accad. d'agricoltura*) - Disciplinarum liberalium experimenta dare, *vel* publicare (*Morcelli: dare una pubblica accademia*) - A commentariis Collegii ... (*Morcelli: Segretario dell'Accademia ...*) - Societas Florentina italicae linguae tutandae, asservandae excolendaeque (*Accademia della Crusca*) - Arcadiorum sodalium Collegium, *vel* arcadicorum sodalium (arcadum soda-

lium) Collegium (*Accademia dell'Arcadia*). Adjectivum « arcadicus, a, um » legitur apud Liv., Plaut. et a.; « arcadius, a, um » apud Ovid., Senec. et a.; « arcas, adis » apud Virg., Martial. et a. - Pontificium doctrinis provehendis Collegium (*Pontificia accademia delle scienze*); *vel* Pontificia doctrinis provehendis Societas; *vel* Pontificium sophorum Collegium; *vel* Pontificium optimis (liberalibus) disciplinis promovendis Collegium.

— *Graece:* Academia, ae; *vel* Academica philosophorum secta. Hoc tamen vocabulum *Academia* ab aliis etiam id genus societatibus, coetibus et institutis hodie saepissime usurpatur.

Accademico: Sodalis Collegii etc... - Sodalis Florentinus linguae italicae conservandae atque excolendae (*T. Vallauri, Vocab. Ital.-Lat. - M. Ricci: Varia Latinitas*, p. 416 = *Accademico della Crusca*).

— *Graece:* Academicus.

Accaparramento – **Accaparrare** – **Accaparratore**: Alicuius rei nimietate potiri, ut ceteri eadem priventur (*accaparramento di una cosa*). Omnium rerum nimietate potiri, ut ceteri ab iisdem prohibeantur (*accaparramento di tutto*) - Aliquid in possessionem propriam (*vel* dominium, *vel* dominatum proprium) nimietate quadam congerere. - Coëmere aliquid (*fare incetta*) - Coëmpta frumenta supprimere (*Mariano, Nuovo Dizionario Ital.-Lat.* = *Far incetta di frumento facendolo sparire dal mercato*) Cf. « supprimere aliquid » (*Cic.-Liv.* = *sottrarre, nascondere*) - Vitandum est ne qua Civitas oeconomiae fontes resque communibus vitae usibus necessarias nimietate quadam potiantur, ita ut ab ejusmodi bonorum possessione illae prohibeantur Nationes, quibus minus copiae fortunaeque natura impertierit (Cf. *Acta Ap. Sedis*, 1942, p. 17).

— Flagellare annonam (*accaparrare viveri per rincararli*). « Praevalens manceps annonam flagellat » (*Plin.* XXXIII, 13, 57 = *appaltatore affarista e incettatore, che rincara i prezzi*).

— Comprimere frumentum; comprimere annonam (*Cic.-Liv.* = *incettare viveri per farli rincarare*).

— Praemercari aliquid arrabone dato; praemercari omnia arrabone dato (*incettare tutto versando una caparra* = *accaparrare*).

— Omnium suffragia (omnium sententias) ad se rapere (*accaparrarsi i voti di tutti*); gratiam sibi conciliare, *vel* gratiam inire ab aliquo, apud aliquem, ad aliquem (*Cic. et a.* = *accaparrarsi la grazia, il favore di uno*); praeoccupare gratiam ad plebem, *vel* apud plebem (*accaparrarsi il favore del popolo*).

— Dardanarius, ii, m. (*Ulp. Dig. et a.* = *incettatore; chi esercita il mercato nero*) - Qui coëmpta comprimit; qui annonam incendit; qui annonam flagellat, qui iniquissimum lucrum facit ex annonae caritate (*accaparratore, che fa il mercato nero*).

Accappatoio: Laxa tunica; intima ac fluxa tunica (*accappatoio in genere*).

— Sabanum, i, n. (*accappatoio da bagno*). - Vox est tamen cadentis latinitatis. « Melius erit si hanc potionem post balineum, in sabanis adhuc constitutus, acceperit » (*Marcell. Empir.* 26).

Accarezzare: I. Mulcere, permulcere (aliquem); amplexari, attrectare, contrectare (aliquem); alicui assentari, blandiri (= *lusingare*); blandiri auribus, votis, sensibus alicujus.

II. Consilium diu multumque mente versare (*accarezzare lungamente un pensiero, un progetto*).

Accento Tonico: Accentus, us, m. (*Quint.* I, 5); vocis accentus; vocabuli accentus; vocis sonus (Cf. *Cic., Orat.* 17 *et* 18); vocis intentio (*Forcellini*), *vel* inflexio.

— Accentus index, *vel* nota (*segno grafico dell'accento*).

Accentrare – **Accentramento** – **Accentratore**: Aliquid in unum cogere; ad unum conferre, conglobare, conformare, ordinare aliquid - Omnia in unum cogere, conglobare, conferre, conformare, ordinare (*accentrare tutto*) - Ad se conferre; omnia ad se conferre; omnia sibi tribuere (*accentrare a sè, tutto a sè*).

— Conglobatio (*Tac.-Senec.* = *accentramento in senso materiale*). Alicujus rei ordinatio, *vel* conformatio in unum (*in senso metaforico*).

— Omnia sibi attribuens (*accentratore*); *vel:* omnia ad se conferens; omnia ad se rapiens (*accentratore violento*).

Accentuare – **Accentuazione**: Acuere syllabam; syllabam vocis sono efferre (*accentuare una sillaba*) - Intentio vocis (*Sen.* = *accentuazione*); *vel* accentus, us, m. (*Quint.*).

Accessibile: Intrabilis alicui (*Liv.* = *penetrabile*) « Cum adversi amnis os lato agmini haud sane intrabile esset » (*Liv.* XXII, 19, 12).

— Patens, facilis aditu, pervius alicui (locus).

— Intellectu facilis; ad intellegendum facilis; intellegi facilis (*accessibile all'intelligenza*); comprehensibilis (*Cic., Ac.* I, 41 = *comprensibile, intelligibile*); ad communem hominum captum accommodatus; ad intellegendum accommodatus, *vel* apertus; perspicuus, dilucidus alicui.

— Ad eum facilis est aditus (*persona accessibile*); ad eum aditus

difficiliores sunt, *vel* penitus interclusi (*è difficilmente accessibile - non è accessibile affatto*) - Impervius alicui (*inaccessibile*); v. g. amnis navibus impervius; iter omnibus impervium, *vel* pervium nemini (*non accessibile ad alcuno*).

Acciaio – Acciaieria: Chalybs, ibis, m. (*Virg.-Prop.-Plin.* = *acciaio così detto dalla popolazione dei Chalybes nel Ponto, celebri per l'estrazione e lavorazione del ferro*) - Chalybeius, a, um (*Ov.* = *di acciaio*) - « Ferro durior et chalybe » (*Prop.*, I, 16, 29).

— Ferri nucleus (*Plin.* XXXIV, 14, 41), seu pars ferri durior.

— Chalybis officina (*acciaieria*); *vel:* chalybis fornax; chalybeia fornax; chalybeia officina - Conflatoria chalybis fornax (*fonderia d'acciaio*); *vel* conflatorius (fusorius) chalybis furnus; chalybis conflatorium, chalybis fusorium, ii, n. - *V. Fonderia.*

Accidentale – Accidentalità – Accidente: Fortuitus, a, um (*casuale*); secundarius, a, um (*Cic.* = *accessorio, secondario - Contra:* primarius, praecipuus).

— Secundarium, ii, n. (*accidentalità - Cic., De inv.* II, 24 - *contra:* caput, itis, n. = *la cosa principale*).

— Accidens, entis, n. usurpatur a Seneca et a Quintiliano (*ciò che è estrinseco ed accidentale*); quod quidem Cicero « adjunctum » vocat. - « Hostia autem maxima parentare, pietatis esse adjunctum putabat » (*Cic., Leg.* II, 21); adjuncta, orum, n. pl. (*Cic., Top.* 18), *vel* rerum adjuncta (*le circostanze; l'accessorio*). - « Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, cetera, rerum sunt accidentia » (*Quintil.* V, 10). - « Hermagoras quattuor putat [status], conjecturam, proprietatem, translationem, qualitatem, quam per accidentia ... vocat » (*Idem,* III, 6).

— Accidentalis, e, vox est infimae latinitatis; atque adeo ab optimis scriptoribus non adhibetur.

— Casus; res; eventus; eventum (*accidente, caso, avvenimento*); v. g. mirabilis casus (*Nep.*); casus fatalis (*Cic.*); miserabilis, acerbus casus; necopinatus casus; adversus casus; casus secundi (*Nep.*); fortuita, orum (*Tac.* = *avvenimenti fortuiti*).

— Locus iniquus, iniquior (*Caes.*); ascensus iniquus (*Liv.*); iniquitates locorum (*Liv.*); varietas soli (= *accidentalità, scoscendimento dei luoghi, della salita, del terreno*).

— *Accidente* = *colpo apoplettico, apoplessia: V. pag.* 37.

Accidentalmente: Forte; casu; forte fortuna; casu, aut forte fortuna (*Cic.* = *per caso, o per buona sorte*).

— Nescio quo casu - Ut fors tulit - Si fors tulerit (*se si dà il caso*

che ...) - Inconsiderate, temere, inconsulto (*senza pensarci*). - Obiter (*Sen.* = *incidentalmente, occasionalmente*).

Acclamare: Acclamare alicui (*Cic.*) - Ei acclamatum est (*Plin.*) - Acclamare aliquem servatorem, regem (*Liv. et a.*) - Succlamare alicui (*Liv. et a.* = *acclamare gridando tumultuosamente*) - Conclamare victoriam, poeana, Italiam, triumphum. - Salutare, consalutare aliquem regem, ducem - Inclamare adjutorem, auxilium... (*invocare*).

Acclimarsi – **Acclimatarsi**: solo caeloque assuescere (*acclimatarsi*); caeli solique naturae assuescere. - Caeli solique naturae assuetus (*acclimatato*). - Caeli solique naturae assuescere non posse (*non potersi acclimatare*). - Caeli solique naturae assuefacere (*acclimatare*). - Ad caeli solique naturam assuescere, assuefacere; caeli solique natura assuescere, assuefacere, assuetus.

— *V. Ambientarsi.*

Accolito: Acolythus - Adlectus inter acolythos. - « Acolythus » vox est e graeco fonte ducta (ἀκόλουθος). - Administer; satelles; administer et satelles (*accolito in senso di subalterno, di cooperatore, ed anche di complice*).

Accomodamento: *V. Compromesso.*

Accompagnato: Comitatus, a, um (ex verbo: comito, as) - Comitatus aliquo, *vel* aliqua re - Militibus et armis comitatus - Puero ut uno esset comitatior (*Cic.*).

Accorato: Maerore affectus; maestitia affectus; maestus aliqua re; anxius aliqua re, *vel* de ... in ... pro ...

Accordarsi – **Armonizzare**: I. Consentire, convenire, congruere, concordare cum aliquo - Rem componere, *vel* transigere cum aliquo - Concinere cum aliquo, *vel* inter se (*armonizzarsi fra* ...) - Pacem pacisci (*Liv.*); pacisci concordiam cum aliquo - Pacisci cum aliquo ut ... (*acordarsi per* ...).

II. Consistere cum aliquo (*Cic.* = *armonizzarsi, stare insieme armonicamente con* ...) « Plane sentientes incolumitatem juris Nostri cum salute, libertate, prosperitate italici generis optime posse consistere » (*Acta Leonis* 1891, p. 391) - « Nullum est genus scientiae, nulla elegantia doctrinae, quae non optime possit cum doctrina atque institutione catholica consistere » (*Ibid.* 1897, p. 344).

— *V. Armonia - Armonizzare.*

Acinesia: Achinesis, is, f.; *vel* achinesia, ae, f. (*v. gr.* = *mancanza del movimento nei muscoli*). - Quod quidem vocabulum ex grae-

cis vocibus ductum (*a privativa - χίνησις = movimento*) latine redditur: « musculorum immobilitas ».

Acme: (*v. gr.: ἄχμή = punto culminante; termine usato dai medici per indicare il massimo di intensità in una malattia*) Morbi discrimen; maxima morbi vis; morbi crisis; crisis (*Cf. Senec., Ep.* 83, 4) = *crisi della malattia.*

— Apex; vertex; culmen (*in senso generico, punto culminante*).

Acne: Achne, es, f. (ex graeca voce ἄχνη = *pula*) = *lesione dermatologica del sistema sebaceo-pilare, così detta per l'aspetto che dà alla parte, che ne è affetta.*

Acolia: Bilis defectio; *graece:* acholia (*a privativa - χολή = fiele*).

A corpo morto: Velis, ut ita dicam, remisque contendere (*Cic., Tusc.* III, 11) - Omnibus nervis contendere ut... (*Cic.*) - Nervis et artubus contendere... - Pertinaciter acriterque pugnare...

Acqua - Acqua santa: I. Aquae, *vel* fontes medicatae (*Sen.: Acque o sorgenti minerali*) - Aquari; *vel* aquatum ire; adaquari; *vel* adaquatum ire (*andare a prendere acqua*) - Aqua fluens, *vel* profluens (*Cic. = acqua corrente*) - In rem suam quidquid potest convertit (*porta l'acqua al suo molino*) - In freta collectas alta addere aquas (*Ov. = portare acqua al mare*); atque eadem fere significatione: teruncium adjicere Craesi pecuniae (*Cic.*); arare litus, *vel* litora (*Ov.*); in litus fundere arenas (*Ov.*) = *portare acqua al mare, far cosa inutile* - Aqua poculenta, *vel* potulenta (Cf. *Cic., Nat. Deor.* II, 56) = *acqua che si beve;* aqua potui apta, ad potandum apta, ad bibendum apta, salubris (*contr.* insalubris), aqua salubri potu (*contr.* insalubri potu), aqua salubri haustu, aqua saluberrimi haustus (*acqua potabile*).

— Aqua marcia, *vel* martia (*acqua marcia, detta così da Q. Marcio Cons. che la fece venire a Roma*); aqua felix (*acqua felice*); aqua virginis (*acqua di Trevi; V. Trevi*); aqua pia, *vel* piana (*acqua pia; da Pio IX*).

— Secunda aqua (*Liv. = secondo la corrente*); *vel* secundo amne (*Virg.*). - *Contra:* adverso amne (*contro corrente*).

— Libramentum aquae (*Cic. et a. = livello o pelo dell'acqua*).

— Aqua pluvia (*Cic., Mur.* 9, 22); *vel* aqua caelestis (*Liv. = acqua piovana*).

— *Acqua distillata: V. Distillare.*

— *Acqua ossigenata: V. Ossigeno, Ossigenare.*

— Aquae paludium corrivatae (*acque delle paludi incanalate*) - Fistula (*tubo per acqua*) - Lacus (*deposito d'acqua, lago ed an-*

che vasca, bacino di una fonte); piscina (*serbatoio d'acqua per esercizi di bagno, di nuoto, di pesca; vasca della camera da bagno*) - Castellum, *vel* dividiculum, est aquarum receptaculum, elatiore loco positum, ex quo aqua per fistulas in varia loca distribuitur (*Vitruv., Plin. et a.*) - *All'acqua di rose: V. Rose.*

II. Aqua rite piata (*Morcelli: acqua santa*) - Aqua lustralis; ita enim Ovidius (*Pont.* III, 2, 73): « Spargit aqua captos lustrali Graja sacerdos ». - Adjectivum lustralis, e (*Liv.-Ovid. et a.*) idem est ac ad expiationem pertinens - Hac eadem significatione usurpatur etiam adject. lustricus, a, um (*Suet., Ner.* 6); unde habetur « aqua lustralis *vel* lustrica » (*acqua santa*).

— *V. Pila dell'acqua santa.*

Acquasantiera: *V. Pila dell'acqua santa.*

Acquedotto: Aquae ductus (*Cic. et a. = acquedotto in genere*); arcus ductus (*Inscript. = acquedotto sorretto da archi*); rivus, *vel* aquarum rivus (*acquedotto - canale*); v. g. aquarum rivus Apuliae (*acquedotto Pugliese*). - *V. Canale.*

— « Arcus ductus aquae Virginis disturbatos per C. Caesarem a fundamentis novos fecit ac restituit » (*Morcelli,* III, 105) - « Rivos aquarum, compluribus locis vetustate labentes, refecit » (*Idem,* III, 105) - « Imp. Caes. Divi Iulî F. Augustus ... rivos aquarum etc. ... » (*Idem,* III, 39).

Acquerello: *V. Dipinto - Dipingere.*

— Lora, ae, f.; *vel* lorea, ae, f. (*Varr.-Cat. et a. = vinello*).

Acrobata - Acrobatico - Acrobatismo: Funambulus (*Ter.-Suet. = acròbata, funambolo*). « Novum spectaculi genus elephantos funambulos edidit » (*Suet., Galb.* 6). - Catadromus, i, m. (*Suet. et a. = luogo o palestra dell'acrobata, e la fune stessa su cui cammina*).

— Ad funambulos pertinens, *vel* attinens (*acrobatico*). - Hoc adjectivum redditur etiam per casum genetivum « funambuli, funambulorum »; e. g. funambulorum spectaculum (*spettacolo acrobatico*); funambulorum ludi (*giochi acrobatici*).

— Funambulorum peritia, ars, spectaculum, disciplina (*acrobatismo*).

— Opinionum inconstantia, varietas, discrepantia, inconsequentia (*Quintil.*) = *acrobatismo d'opinioni; vel* sententiarum inconstantia, inconsequentia, discrepantia.

Acromasia: Coloris defectio; *graece:* achromasia (α *privativa* - χρῶμα = *colore*).

Acromatico: Coloris expers; colore carens; iridis colore carens (*detto delle lenti che non riflettono i colori dell'iride*). - *Graece:* achromaticus.

— Ocularia vitra limpidissima; ocularia vitra nitidissima (*lenti acromatiche*); - *V. Occhiali.*

Acromatopsia: *V. Daltonismo.*

Acrocoro – Altipiano: Regio in dorso montis porrecta (*Liv.*); planities, *vel* planitia in dorso montium porrecta.

Acrostico: Acrostichis, idis, f. (*v. gr.*). « Est... genus carminis, in quo primae singulorum versuum litterae aut nomen aliquod, aut sententiam exprimunt, si a prima ad ultimam simul compositae legantur » (*Forcellini*). - Vox est e graeco fonte ducta: ἄκρον (= *sommità, capo*) et στίχος (= *verso*).

Acroterio: Acroteria, orum, n. pl. (*Vitruv.* = *termine architettonico, derivante da parola greca indicante cima, sommità; ordinariamente significa il piedistallo posto in cima al frontone, su cui è posto un ornamento o una statua* - ἀκρωτήρια).

A cuore aperto: Aperto pectore (*Cic., De Amic.*, c. 26); ex animo.

Acustica, acustico: Sonorum ratio ac leges; sonorum scientia (*in senso soggettivo*), *vel* doctrina, *vel* disciplina (*acustica*).

— Ad sonos pertinens (*acustico*); ad auditum attinens; ad sonorum disciplinam pertinens, attinens; ad sonos excipiendos aptus; ad sonos excipiendos reddendosque aptus; sonorus.

— Auditorium ad voces excipiendas reddendasque aptum (*una sala acustica, che rende bene i suoni*). - Auditionis nervus (*nervo acustico*).

Addetto: Publicae Legationi addictus (*Addetto o Attaché di Legazione*). - Sacro Consilio addictus publicis accurandis Ecclesiae negotiis (*Addetto alla Segreteria di Stato*).

Addis Abeba: Neanthopolis (= *nuovo fiore. - Così è denominata la capitale dell'Etiopia nel mappamondo della Segreteria di Stato in Vaticano, perchè tale è il significato della parola etiopica Addis Abeba*).

Addolorata: Maria perdolens (*Morcelli*) - Perdolens Virgo Maria.

Addormentarsi (*davanti ad un pericolo*): Indormire periculo - In periculis torpescere - In mediis periculis torpescere.

Addottorare – Addottorarsi: *V. Laureare, Laurearsi.*

Addurre (*una ragione per*...): Causari aliquid - Causari (cum v. inf.), v. g. causari « corrumpi equos in insula inclusos » (*Liv.*) - causari quod ... (*Suet.*) - « Plura per ambages et calumnias causati

sunt ut indigne factum tegere falsis nominibus conarentur » (*Acta Leonis* 1880, p. 119 = *addurre scuse per giustificare, etc.*).

— Obtendere, *vel* rationem obtendere (cum v. inf.); v. g. obtendunt interversos esse sodalitatum reditus (= *che le rendite sono state sviate dal loro scopo*).

Adenite: Glandularum inflammatio. - *Graece:* Adenes, itis, f. (*ἀδήν* = *glandula*).

Ad invicem: Inter se; e. g. inter se amare, timere, distare etc. ... (*Cic. et a.*); inter se obtrectare (*Nep.* = *denigrarsi, avversarsi*).

— Invicem; e. g. flagitia invicem objectare (*Tac.* = *rinfacciarsi vicendevolmente scelleratezze*); invicem diligere (*Plin.*); pugnare invicem (*Phaedr.*), invicem se obtrectare (*Tac.*); vitabundi invicem (*Tac.*); invicem se anteponere (*Tac.*); invicem se occidere (*Eutrop.*).

— Mutuo; e. g. me mutuo diligas (*Planc. in Cic.*); officia cum multis mutuo exercere (*Suet.*); de se mutuo sentire (*Auct. B. Alex.*).

— Non autem « ad invicem »; neque « ab invicem ».

Adirato: Actus in iram adversus aliquem - iratus alicui - ira plenus, concitatus, inflammatus, incensus in aliquem.

A dispetto: Tuis ingratiis - meis ingratiis etc. (*a subst.* ingratia, ae, f. - *Nep.-Plaut. et a.*) - Me invito - me invitissimo etc.

Aereolito: Lapis e caelo delapsus; lapis caelo delapsus. - Subitae caeli faces (*Cic.*); caelestes faces (*Cic. et a.*) = *bolidi ed altre meteore luminose.*

Aereonautica – Aereoplano – Aereoporto ecc.: *V. Areonautica, areoplano, areoporto ecc.*

Aerofagia: Aërophagia, ae, f. (*v. gr.-t. med.*); seu aëris devoratio; aëris deglutio - Vox « devoratio » serioris est latinitatis (*Tertull., Resurr. carn.* 54); « deglutio » autem, vel « deglutitio » infimae sunt latinitatis vocabula.

Afa: Nimius caloris aestus - fervidus aestus (*Hor.*) - Caelum crassum (*Cic.*); aëris crassitudo (*Cic.*) = *pesantezza dell'aria, aria grossa.* - *Contra:* tenue caelum (*Cic.*) = *aria leggera, pura.*

Afasia: Locutionis amissio; locutionis defectio.

— *Graece:* Aphasia, ae, f. (*a privativa* - *φημί* = *parlare*) - *V. Afonia.*

Afebbrile: *V. Apiretico.*

Affanno – Respiro affannoso: Animae interclusio et angustiae spiritus (*Cic., De Orat.*, III, 46).

Affare: Negotium; causa, *vel* caussa; inceptum.

— Cura agens ad negotia ... (*Morcelli: incaricato d'affari*).

— Interim curam agens ad negotia ... (*Incaricato d'affari ad interim*) - *Vel etiam:* Cura agens ad negotia ...; interim cura agens ad negotia... Utroque modo dici potest (cura agens - curam agens) ut videre est in Morcelliano Lexico, vol. I, p. 62; nam cura interdum idem est ac curator.

— « Quieti . Et . Memoriae . Innocentî . Kar . F . Panicierî . V. C... Romae . Praepositi . Commeantium . Cura . Agentis . Ad . Negotia . Urbis . Regia » (*Morcelli, Lex.* I, p. 336) = *Incaricato d'affari del Re presso la Santa Sede.*

— Praepositus negotiis ... (*Idem: Ministro d'affari*).

Affarismo – **Affarista**: Negotiatio (*vel* mercatura) plus aequo quaestuosa; negotiatio plus nimio quaestuosa; negotiatio immodice (immoderate, intemperate, intemperanter, incontinenter) quaestuosa; dolosa quaestuosissimaque negotiatio; res dolosa ac quaestuosissima; negotiandi sitis, *vel* cupiditas (*affarismo secondo i vari significati*).

— Homo plus aequo quaestuosus; homo plus nimio quaestuosus; homo dolo quaestuosissimus; homo immodice (immoderate, intemperate, intemperanter) quaestuosus (*affarista*).

Affiggere (*un manifesto, un proclama, ecc.*): Apponere paginam, libellum, scriptum ad...

— « Vetitum est non modo ad monumenta publica, sed etiam ad privatorum aedes quidquam apponi, quod catholicam religionem sapiat » (*Acta Leonis*).

— Legem, *vel* edictum promulgare (*affiggere una legge per promulgarla*).

— Figere, affigere, configere (*conficcare, piantare*); v. g. aliquem cruci affigere (*Liv.*); aliquem cuspide ad terram affigere (*Liv.*); Ithaca illa in asperrimis saxis tamquam nidulus affixa (*Cic.*).

Affrancare: *V. Francobollo.*

Affratellamento – **Affratellare**: Fraternum foedus; fraterna necessitudo; fraterna animorum conjunctio (*affratellamento*). - Fraterno foedere, *vel* fraterna necessitudine conjungere (*affratellare*) - Animos fraterna amicitia inter se jungere - Populos, *vel* gentes fraterno foedere, *vel* fraterna necessitudine, *vel* fraterna caritate conjungere (*affratellamento dei popoli*).

Affresco: *V. Dipingere.*

Affrettare (*il buon esito*): Aliquid ad exitum maturare - Deproperare alicui praemium, coronam, victoriam ... (*affrettare il premio ...*).

Affusto del cannone: Tormenti bellici currus. - *V. Cannone.*

Afghanistan: Afghanistania, ae, f.; Afghanistanum Regnum, Afghanistanorum natio.

Afonia: Vocis defectio; vocis privatio; vocis tenuitas, extenuatio, amissio; raucitas (*Cels.-Plin.*); vox rauca; fauces raucae.

Afta: Serpentia oris ulcera; *vel graece:* aphthae, arum, f.; quam quidem vocem Celsus (VI, 1) graecis litteris scribendo usurpat (ἄφθαι); Marcellus vero Empiricus (XI) latinis adhibet.

Agaricina: Agarici medicamentum (*medicina contro i soverchi sudori, tratta dall'*« agaricus officinalis albus »). Confer quae Plinius (XXV, 9, 57 et XXVI, 8, 48) scribit de agarico (agaricum, i, n.), quod est fungus candidus in arboribus nascens, ac medicinae vim habens.

Agenda - Taccuino: Adversaria, orum, n. pl.; commentariolum, i, n. (*Cic. = libro di note*); rationarium, ii, n. (*Suet. = registro, elenco*).

Agente: Procurator, oris (qui nomine alicujus agit) « Agere aliquid per procuratorem » (*Cic.*) = *servirsi di un agente.* - Curam, *vel* procurationem agere alicujus, *vel* alicujus rei (*essere agente*).
— Villicus (*Cic.-Varr. et a.*) = *Agente di una villa o fattoria, castaldo, fattore.* - Actor, oris (*Plin. I., Ep.* III, 19) = *Agente di campagna, fattore, maggiordomo, amministratore di beni.*
— Actor summarum (*Suet., Domit.* II), *vel* Logographus, i (*Arcad. Dig.* L. 4, 18 et *Imp. Alex. Cod.* X, 69, 1) = *Agente contabile; chi tiene in ordine i registri, i carteggi ecc.*
— Negotiator (*Cic.*) = *Agente d'affari.*
— Negotiatoris administer = *Agente di un negozio.* - Institor (*Cic.-Hor. et a.*) = *Agente di un negozio; venditore al minuto sia per conto proprio, sia come agente di un altro; venditore ambulante; commesso di negozio.*
— Conjurationis capita (*Liv.*), *vel* socii = *agenti di una congiura.*
— Publicus, i (*Plaut., Truc.* 544) = *agente di polizia.*
— Emissarius, ii (*Cic.-Suet.*) = *agente segreto.*
— Apparitor, oris (*Cic.*) = *agente subalterno di un magistrato.*
— Vices alicujus agens; partes alicujus agens; personam alicujus agens, *vel* sustinens = *agente,* o *rappresentante di uno.*

Agenzia: Procuratio - Administratio - Procurationis sedes (*sede dell'agenzia*) - Procurandis itineribus sedes (*agenzia di viaggi*) - Locandis conducendisve domibus sedes (*agenzia per affittare appartamenti*) - Rebus pervestigandis, *vel* investigandis sedes

(*Agenzia d'informazioni*) - Rebus mercandis sedes, *vel* mercaturae provehendae sedes (*Agenzia di commercio*) - Tractatorium, ii (*Sidon., Ep.* I, 7 = *luogo ove si trattano affari o qualsiasi altra cosa*).

Agghiacciare (*gli animi*): Id quasi quodam gelu contrahit animos; *vel* durat, constringit animos; *vel* animos durescere et constringi jubet. - Animi quasi quodam gelu durescunt, constringuntur.

— Glaciare (*trans.*), v. g. glaciare vinum - glaciatum vinum.

— Congelare (*trans. - intr.*); e. g. congelatur oleum.

— Conglaciare (*intr.*); e. g. conglaciat aqua frigore.

Aggio: Collybus, i, m.; seu pretium, quod a nummulariis et mensariis accipitur in pecuniis permutandis. - Collybus, quamvis vox sit e graeco fonte ducta, usurpatur tamen etiam a Cicerone. « Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione et collybo, deinde pro nescio quo cerario... Nam collybus quinam esse potest, cum utantur omnes uno genere nummorum? » (*Cic., Verr.* V, 78). - *V. Cambio.*

Agit – Prop. (*agitatori-propagandisti*): Vulgi turbatores (*Liv.* IV, 2 et 48); alicujus doctrinae (*vel* factionis, *vel* partis) facinorosi fautores; turbulentissimi alicujus factionis fautores propugnatoresque; seditiosi alicujus factionis suasores fautoresque.

Aglobulia: Globulorum rubrorum deminutio, *vel* defectio; sanguinis globulorum deminutio, *vel* defectio. Aglobulia (*t. med.*).

Agnellotti: *V. Raviòli.*

Ago: Acus, us, f. - Acus magnetica (*ago della bussola*); acus crinalis (*Quintil.* = *forcina per capelli*); horologii umbilicus (*ago della meridiana*), *vel* gnomon, onis, m. (*v. gr.*); examen (*ago della bilancia*). - Acu pingere (*Virg.* = *ricamare con l'ago*).

Agonia – Agonizzare: Mortis agon, onis, m.; extrema mortis colluctatio.

— In agone spiritus ultimo; in supremo vitae agone; in mortis discrimine (*in agonia*).

— Intermori; animam agere (*agonizzare*); *vel* in ultimo vitae discrimine esse; in ultimis esse (*Senec.*).

— Moribundus, a, um (*Cic.*); animam jam agens; intermoriens, intermortuus (*agonizzante*).

Agorafobia: Agoraphobia, ae, f. (*v. gr.* ἀγορά = *piazza* - φόβος = *paura*) = *sensazione nervosa di paura, che alcuni provano nell'attraversare grandi spazî, come piazze, strade, ecc.*

Agraria – Agricoltura – Agronomia – Agronomo: Agri cultura; agrorum cultura, *vel* cultio (*Cic.*); res rustica (*Varr. et a.*) = *agricultura.* - « Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agri cultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, homine nihil libero dignius » (*Cic., Off.* I, 42).

— Colendi agri disciplina (*Varr.*); agraria scientia, doctrina, disciplina; agrorum culturae disciplina, doctrina, ratio (*agraria, agronomia*).

— Agrorum culturae peritus, peritissimus (*agronomo*); *vel* agraria disciplina peritissimus; agrariae disciplinae peritus; ad agrariam disciplinam peritus; colendi agri disciplina peritus, peritissimus.

Agucchiare: Suere (*cucire*); consuere (*cucire insieme*); insuere (*ricamare, cucire dentro*). - Suendo operam dare (*stare agucchiando*); *vel* consuendo operam dare; insuendo operam dare.

Aiola, Aiuola: Areola, ae, f. (*Plin.* = *piccolo spazio, od area*); pulvinus, i, m. (*Varr.-Plin.*), pulvinulus, i, m. (*Colum.*) = *porzione di terra divisa e rialzata a forma di cuscino;* violarium, ii, n. (*Varr.-Virg.*) = *aiola, campo fiorito.* - Terram areolis, *vel* areis distinguere (*Plin.*); terram in areolas distribuere, dividere; hortum violariis exornare; viridarium floridis areolis ornare, *vel* florentibus pulvinis (pulvinulis) decorare, ornare = *dividere, distribuire in aiole fiorite, ecc.*

Aiutante: Adjutor, oris - Optio, onis, m. (*aiutante di un centurione, ufficiale subalterno* - *Tacit., Hist.* I, 25).

— *Aiutante di camera:* A cubiculo; cubicularius. - A cubiculo Pontificis Maximi (*aiutante di camera di Sua Santità*).

— *Aiutante di campo:* Rei militaris adjutor; in re militari adjutor; legatus (*in senso militare è l'aiutante di un comandante d'esercito*).

— *Aiutante di studio*: A studiis (*Morcelli*); adiutor disciplinae; adiutor disciplinae alicujus. - Ab Epistulis ad Principes adjutor (*aiutante di studio dei Brevi ai Principi*). - Ab Epistulis Latinis adjutor (*aiutante di studio per le Lettere Latine*). - Adjutricem operam navare alicui in aliqua disciplina, *vel* in aliqua re (*essere aiutante di studio di...*).

— *Aiutante di un computista, aiutante computista:* Adjutor a rationibus (*Morcelli*). - *V. Computista.*

Alabastro: Alabastrites, ae, m. (*Plin. et a.*). - *V. Onice.*

— A nonnullis (*Mariano, Nuovo Dizionario It.-Lat.*) hoc loco ponitur: alabastrum, i, n.; *vel* alabaster, -i, m. (*Cic., Fragm.*-

Plin. et a.). Hac tamen voce significatur *vaso di alabastro, vaso da unguenti.*

Alambicco: *V. Lambicco.*

Albania: Albania, ae, f.; Albanienses, ium (*Lat. di Curia*) = *Albanesi* - Natio, quam hodie Albaniam vocamus, partim ex Illyrico, partim vero ex Epiro constat; qui autem cives septemtrionales terras incolunt, Illyrii dicebantur; qui australem, Epirotae nuncupabantur. Vox igitur nova « Albania » necessaria omnino videtur.

Albero: I. Arbor, oris, f. - malus, i, m. (*albero della nave*). - Scrobatio arborum (*affossamento intorno agli alberi*) - Arborum oblaqueatio (*scalzamento intorno agli alberi*) - Pedamen (*albero sostegno della vite*).

II. *Albero genealogico:* Stemma, atis, n.; *vel* gentis stemma; *vel* gentile stemma (*Senec., Ep.* 44 - *Stat., Silv.*, III, 3, 43 - *Pers.* III, 28 - *Iuvenal.* VIII, 1-*Suet.-Martial.*); propaginum ordo descriptus, *vel* dispositus; propaginum series ordine descripta, *vel* disposita. - Propaginum diagramma, atis, n. - Vox « diagramma » e graeco fonte ducta, usurpatur a Vitruvio, V, 4. - *V. Genealogia.* - *V. vol. I, pag.* 106.

— Familiae, *vel* gentis origines subtexere - Familiae, *vel* gentis propagines subtexere - Familiam, *vel* gentem alicujus a stirpe ad hanc aetatem ordine describere, proponere, enarrare (*fare l'albero genealogico*).

Aia: *V. L'Aia.*

Albicocco - Albicocca: Prunus armeniacus (*Linn.*); malus armeniaca (*albicocco albero*).

— Armeniacum malum, i, n. (*albicocca*); armeniacum pomum, i, n.

Albo: *V. Registro - Ruolo.*

Alchimia - Alchimista: Alchimia, ae, f.; vox est e graeco fonte ducta, quae legitur apud Julium Firmicum Maternum (*Mathes.* III, 15). Ab aliis legitur: chimia, ae, f. (ἀλχημία).

— Alchimiae peritus; alchimiae doctor; alchimiae studiosus (*alchimista*); *vel* chimiae peritus, studiosus, doctor (*chimico*).

Alcoolismo - Alcool - Alcoolico - Alcoolizzato: Ad vinolentiam propensio, inclinatio; ad ebriositatem proclivitas, propensio, inclinatio; vinolentia; ebriositas (*alcoolismo*). - Diuturna ebriositate laborans, *vel* affectus, *vel* adustus (*alcoolizzato*).

— Potior vini sucus (*alcool del vino, spirito*); validior vini sucus; pars vini validior; praecipuum vini elementum. - Sucus alicujus rei significat etiam *elemento principale, quintessenza.*

— Merum fervidius (*Hor.* = *vino molto alcoolico*). - Vinum validum; vinum fervidum (*vino alcoolico*). *Contra:* Imbecillum vinum; tenue vinum.

Alcova: Zotheca, ae, f. Ita Plinius (*Ep.* II, 17): « Contra parietem medium zotheca perquam eleganter recedit, quae specularibus et velis obductis reductisve, modo adjicitur cubiculo, modo aufertur ».

Alfabeto: Elementa; v. g. prima elementa discere (*Hor.*); pueros elementa docere (*Hor.*) = *imparare, insegnare l'alfabeto, o abbecedario.* - *V. Abbecedario.*

— Litterarum formae; litterarum notae; litterae. - Unius et viginti formae litterarum (*Cic., Nat. Deor.* II, 37 = *i caratteri delle 21 lettere dell'alfabeto*). « Hic ego non mirer esse quemquam, qui sibi persuadeat corpora quaedam solida atque individua vi et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimet fieri potuisse, non intellego cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formae litterarum, vel aureae, vel qualeslibet aliquo coniciantur, posse ex his, in terram excussis, annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici; quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna » (*Cic., ibidem* = *Come non stupire all'udire che c'è qualcuno persuaso che certi corpi solidi e indivisibili si muovano per la propria forza e gravità, e che un mondo così ornato e bello si sia venuto formando dal loro agglomeramento fortuito? Chiunque crede ciò possibile, non vedo perchè non possa anche ritenere che se si gettassero a terra innumerevoli caratteri d'oro o d'altra materia, riproducenti le 21 lettere dell'alfabeto, esse cadrebbero in guisa da formare distintamente gli annali di Ennio. Ma io dubito che il caso possa giungere a formare anche un solo verso*).

Algebra - Algebrico: Ars (*vel* disciplina) supputandi per litterarum formas (*vel* notas). « Ars supputandi per litteras » (*Forcellini, Append.*). - Compendiaria Arithmetica (*Luciano*). Adjectivum « compendiarius, a, um » (*abbreviato; espresso con abbreviazioni*) legitur apud Ciceronem et a.

— Algebra, ae, f. (*Vallauri*); *vel* algebrica disciplina, doctrina, scientia. - Vox tamen « algebra » in Lexico Forcelliniano (*Append.*) ponitur inter verba « a nobis improbata et expulsa ».

— Ad artem supputandi per litteras pertinens *vel* attinens (*algebrico*). - Rationes per litteras supputatae (*calcoli algebrici*); *vel* rationes per litterarum formas supputatae. - Rationes per litteras,

vel per litterarum notas subducere (*fare calcoli algebrici*). - Voces « supputare » (*Senec.*) et « subducere » (*Cic.*) significant etiam = *calcolare, far calcoli.*

Alla buona: *V. Buono.*

Alla giornata: In diem vivere (*Cic., De Orat.* II, 40 = *vivere alla giornata*). - *V. Giornata.*

Alla lettera: *V. Letterale.*

Allarme: (*Stato di allarme*) Indictum, *vel* edictum civitatis periculum; indictum, *vel* edictum civitatis discrimen (*stato d'allarme o d'emergenza proclamato in una città*) - Exercitus in procinctu, *vel* exercitus procinctus (*esercito in stato d'allarme*) - Justitium, seu juristitium; v. g.: Justitium indicere, edicere, remittere, servare, etc... (*Cic.-Liv.* = *proclamare lo stato di allarme* etc. ...; *cioè sospendere l'amministrazione ordinaria della giustizia e l'esercizio degli affari nei gravi pericoli dello Stato, o in occasione di un lutto nazionale*).

— (*Dare l'allarme, detto dei soldati*): Conclamare ad arma (*Liv.*).

— (*Essere in allarme*): Trepidare; pavere; pertimescere. - Tumultu universa civitas miscetur (*Tutta la cittadinanza è in allarme*).

— Signum monitorium (*segnale d'allarme*); monitorius sonitus, *vel* tinnitus (*squillo d'allarme*); monitorius sonitus (tinnitus) elicitur, editur, personat (*suona l'allarme, la sirena*); tinnitus editur periculi index; tinnit, *vel* strepit periculi index (*suona la sirena d'allarme*).

Allegoria - Immutata oratio (*Cic., De Orat.* II, c. 65, 261) - Continuata verborum translatio; *vel* continuae translationes; v. g. « continuas translationes Graeci appellant ἀλληγορίαν » (*Cic.*) - Verborum inversio (*Quintil.* = *allegoria, metafora*); v. g. « ἀλληγορία, quam inversionem interpretamur, aliud verbis, aliud sensu ostendit » (*Id.* VIII, 6).

— *Graece:* allegoria, ae, f. (*Quintil.*); v. g. « Habet usum talis allegoriae frequenter oratio » (*Id.* VIII, 6). - Rem per imagines significare (*servirsi di allegorie*); *vel* continuata verborum translatione uti; imagine uti (*Senec.* = *parlare allegoricamente*).

Allodiale - Allodialità - Allodio: Immunis; tributorum immunis; tributis immunis; aliena potestate immunis (*allodiale, non soggetto a tributo o a feudo*). - « Allodialis » vox est infimae latinitatis.

— Immunitas; tributorum immunitas; alienae potestatis immunitas (*allodio, allodialità*).

Allopatia: Allopathia, ae f. (*v. gr.* ἄλλος = *altro* - πάθος = *soffe-*

renza). - Allopathica curatio (*cura allopatica, che consiste nel curare le malattie con mezzi contrari al male stesso*).

Allora: Ad id temporis (*fino allora*).

— Iam tum (*fino d'allora*).

Alloro: In victoriis recumbere (*riposare sugli allori*) - Omnium undique laudem colligere (*mietere ovunque allori*).

Allume: Alumen, inis (*Vitruv. et a.*).

Alluminio: Aluminium, ii (*Mariano, N. Dizionario Ital.-Lat.*).

Almanaccare: Inania fingere, effingere, facere; res varias leviorisque momenti effingere, facere.

— Inania meditari (*almanaccare con la testa*); *vel* inania sibi fingere somnia. - Hariolari (*vaneggiare*).

Almanacco – Calendario: Ephemeris mathematica (*Luciano, Nuovissimo Vocabolario Fraseologico Ital.-Lat.* = *almanacco astronomico*). « Ephemeris, idis, f. » significat *libro o diario, in cui si notavano gli avvenimenti del giorno;* « mathematicus, a, um » non modo significat *matematico,* sed etiam *astronomico, astrologico;* atque ita pariter « mathematica, ae, f. » significat *matematica, astrologia, astronomia* (*Tac.-Suet.*). Quapropter « ephemeris mathematica » apte significat *almanacco astronomico.* - Calendarium (*Ulp.*) - Fasti, fastorum (*inizialmente erano i* dies fasti, *in cui si poteva amministrare la giustizia; più tardi questa dizione venne a indicare anche l'intero calendario romano riformato da Cesare. Cf. Suet., Caes.* 40). - Compositio anni (Cf. *Cic., De Leg.* II, 29) - Ratio redigendi annum - Ratio redigendi annum ad solis cursum, comperto errore, emendata (*correzione del calendario*) - Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres (*Hor.*) = *La morte non guarda il calendario.*

Alopecia: Alopecia, ae, f. (*Plin.* = *malattia per cui cadono i capelli*) - Quod quidem vocabulum ex graeca voce (*ἀλώπεξ* = *volpe*) oritur, quia vulpes credebantur hoc morbo laborare. - « Cinis e radice asphodeli alopecias emendat » (*Plin.* XXII, 21, 30 = *si cura l'alopecia con la cenere dell'asfodelo*); « cotonea cocta in vino alopeciis capillum reddunt » (*Idem,* XXIII, 6, 54 = *le cotogne cotte nel vino fanno rinascere i capellli ai calvi*).

Alpenstock: (*parola tedesca* = *bastone da alpinista*) Alpium lustratorum baculum; montibus lustrandis baculum; alpes lustrantium baculus; baculus alpicus - Vox « alpicus, a, um » significat = *attinente alle alpi, ed anche abitante delle alpi.*

Alpinismo – Alpinista: Alpium ascensus; *vel* alpium escensus (*alpi-*

nismo in senso pratico); ascensus, us (*Cic.-Caes. et a.* = *ascensione in senso reale o figurato*); escensus, us (*Tac.* = *ascensione in senso reale; scalata*).

— Alpes ascendendi (*vel* escendendi) studium - Alpes lustrandi studium (*alpinismo in senso astratto; passione all'alpinismo*).

— Alpium lustrator studiosissimus (*Card. Galli, Inscript.* = *scrivendo di Pio XI alpinista*). - Audax alpium lustrator (*audace alpinista*). - Vocabulum « lustrator, oris » legitur apud Apulejum: « Hercules lustrator orbis » (*Apolog.*).

— A nonnullis minus recte ponitur: montivagus (*Luciano, Nuoviss. Vocab. fraseologico Ital.-Lat.*).

Altalena - Altalenare: Oscillatio, onis, f. - Oscillatione ludere (*Petron., Satyr.* 140) - Oscillum, i, n. (*Fest.*) Oscillo ludere - Jactatio per funem, qua in aëre quis libratus subvectatur.

— Nonnulli, ut Th. Vallauri (*Vocabolario Ital.-Lat.*), ponunt etiam hac eadem significatione « tollenonem » (tolleno, onis, m.). Quod tamen, ut Festus satis clare describit (*Plaut., Fragm. in Reciprocare*) genus est machinae, qua trabs trabi innixa, motu reciprocato, aquam vel alia pondera sublevat (*mazzacavallo*). Cf. etiam *Plin.* XIX, 4, 20 - Hujus machinae usus fuit etiam in urbium obsidione (*Liv.-Veget. et a.*).

Altare - Altarino: I. Altare, is, n. - Ara, ae, f. - Ara maxima, *vel* altare maximum (*altare maggiore*). - Altare durateum, *vel* duratei operis (*altare di legno* - Cf. equus durateus, *Lucr.* I, 476 = *il cavallo di Troia*).

— Altare atratum - Arae atratae (*Morcelli: altare parato a lutto*).

— Aram condere, constituere, dedicare, dicare, facere, consecrare.

— Arula, ae (*altarino*) - Obtecta alicujus vitia patefacere; *vel* arcana alicujus detegere, patefacere, proferre (*scoprire gli altarini di uno*).

— Versurā solvere, *vel* dissolvere (*Cic.* = *scoprire un altare per coprirne un altro, cioè, letteralmente, pagare un debito facendo un nuovo debito*).

II. *Altare privilegiato:* Altare « in quo sacrum ad labes piorum manium abolendas cotidie fit » (*Morcelli*, IIII, 122). - Altare, in quo sacrum ad omnes piorum manium poenas luendas (*vel* expiandas) cotidie fieri potest.

— Altare privilegiatum (*Latino curiale*).

Alter ego: Alter ego (*Cic. et al.* = *un secondo io, un amico intimo*) - Amicus est tamquam alter idem (*Cic., Amic.* 21 = *quasi un se-*

condo se stesso) - « Vide quam mihi persuaserim te me esse alterum » (*Cic., Fam.* VII, 5).

Alternativa: Vicis; vicissitudo; anceps casus - Humanae fortunae vices, *vel* vicissitudines. - In ancipiti casu esse; *vel* in ancipiti esse (*esser nell'alternativa o nel dubbio*).

— *Mettere nell'alternativa di...* : Alicui optionem dare utrum... an... - Si mihi optio daretur utrum malim defendere, an... (*Cic.*) - Quotiens ille tibi potestatem optionemque facturus sit ut eligas utrum velis... (*Cic.*).

Alternativamente: Alternis vicibus; alternis vocibus; per vices; in vicem; invicem - Non autem: « alternatim ».

Altezza: I. Altitudo; excelsitas; celsitudo; sublimitas; proceritas; elatio; e. g. altitudo montium (*Cic.*), maris (*Cic.* = *profondità*), animi (*Cic.*), orationis (*Cic.*); excelsitas animi (*Cic.*), elatio et magnitudo animi (*Cic.*), elatio atque altitudo orationis suae (*Cic.* = *enfasi ed elevatezza del suo parlare*); celsitudo corporis (*Vell.* = *altezza della statura*); proceritas corporis (*Plin.*), collorum, arborum (*Cic.*), trabium (*Sen.*); sublimitas corporis (*Quintil.*), incomparabilis invicti animi sublimitas (*Idem*), in pictura summa sublimitas (*Idem*), splendor et sublimitas narrandi (*Plin.*), sublimitas et magnificentia et nitor (*Quintil.*), sublimitas heroici carminis (*Idem*).

— *Altezza dei tempi, della situazione:* Par temporibus; temporum necessitatibus par; suorum temporum necessitatibus, culturae, progressioni par; rebus agendis par, *vel* idoneus; evincendis difficultatibus par; eluctandis difficultatibus par, idoneus (*essere all'altezza dei tempi, della situazione, delle difficoltà da affrontare, ecc.*).

II. Celsissimus vir, celsissimus Princeps (*titolo principesco*). - Non autem hac significatione « celsitudo » latine usurpari potest, quamquam sequiore aevo celsissimi magistratus honoris causa hoc titulo decorabantur (*Cod. Theod.* VI, 26, 18, et VIII, 5, 23).

Altimetria – **Altimetrico**: Altitudinum mensura; altitudinis metiendae ratio, doctrina, disciplina. - Ad altitudinem metiendam pertinens, attinens (*altimetrico*).

Altipiano: *V. Acrocoro.*

Alto Forno: *V. Fonderia.*

Alto Mare: (*essere in alto mare*) Longe a litore abesse (*in senso letterale*). - A rebus expediendis (componendis, perficiendis) longe abesse (*in senso figurato*).

Altoparlante: Vocis amplificator - Vocis propagator - *Graece:* mega-

lophonium, *vel* megaphonium, *vel* megaphonum; megalophonica tuba, radiophonica tuba (*strumento altoparlante della Radio - μέγας, μεγάλου = grande - φωνή = suono*).

Altro: *Quale altro?* = Quotus reliquus? - Quota reliqua? - Quae reliqua spes nobis est?

Alveolite: Dentium alveolorum inflammatio (*alveolite dentaria*). - Pulmonum alveolorum inflatio, *vel* inflammatio (*alveolite polmonare*).

Amaca: Pensilis lectus.

Amanuense: Librarius, ii (*Cic.*) - Amanuensis, is (*Suet., Ner.* 44 *et a.*) - Servus a manu (*Cic.*).

Amaretto: Subamara cuppedia, ae, f. (*sorta di dolce*).

Amarrare – Amarraggio: Ancoram jacere (*Caes.* = *ancorarsi*). - Navem rudentibus (*vel* funibus, *vel* restibus) alligare; navem ancoralibus firmare; navis rudentibus firmatur; navis ancoralibus alligatur (*il fermare la nave con l'amarra, cioè la fune o gomena*).
— Ancorae jaculatio, *vel* jactatio (*ancoraggio*); navis statio (*amarraggio, posto d'amarraggio*); ancorale, is, n. (*ormeggio, gomena dell'ancora*).
— *V. Idroplano.*

Amaurosi o Gotta Serena: (*semicecità o cecità non dipendente da lesione*) Amaurosis, eos, f. - Ex graeco verbo *ἀμαυρόω* = *oscuro.*

Ambasciatore – Ambasciata: Orator, oris; legatus, i. - Orator liberis cum mandatis (*ambasciatore plenipotenziario*). - Legatus cum publica auctoritate (*Cic., Verr.* I, 3); legatus cum auctoritate (*Cic., Att.* I, 19) = *Plenipotenziario.* - Legatio, *vel* legationis munus (*ufficio dell'Ambasciatore*) - Legati sedes, domicilium, domus (*sede dell'Ambasciata*).

Ambiente – Ambientarsi: Res externae (*l'ambiente, ciò che è esterno a noi*). - Rerum locorumque adjuncta (*ambiente = circostanze di luoghi e di cose*). - Rerum locorumque adjunctis assuescere (*ambientarsi*). - Tempora ac mores (*ambiente in senso morale*). - Morum temporumque vitia, corruptelae, turpitudines (*ambiente viziato*).
— *V. Acclimarsi.*

Ambrogette: *V. Mattonelle.*

Ambulatorio: Ambulatorium medicabulum omnibus patens, *vel* omnibus apertum — Ambulatorium Valetudinarium (ambulatorius, a, um habetur apud Vitruvium, Plinium et a.; medicabulum apud Apuleium, Florid. 16; valetudinarium apud Senecam et a.) —

Amburgo: Hamburgum, i, n.

A mente: Memoriter (*Cic.*) — Aliquid memoriter pronuntiare (*Cic.*) — Memoria aliquid tenere (*Cic.*).

Americanismo: Americanismus, i, m. (*Acta Leonis* 1899, p. 18) — Quid significet ibidem exponitur, pp. 18, 19.

Amigdalite: Tonsillarum inflatio, *vel* inflammatio. — Graece: Amygdalites, is, f. - Ex graeca voce ἀμυγδάλη.

Amitto (*indumento sacerdotale*): Amictus us, m.; lineus amictus — Amictus, inter alias significationes, sacerdotale etiam velum indicat (*Virg. et a.*).

Ammasso: Congestus, us, m. (*Cic. et a.*) - Copiarum congestus (*Tac.: ammasso di provvigioni*).

— Ad communis annonae congestum aliquid conferre (*portare all'ammasso*); *vel:* Ad communem coacervandam annonam aliquid conferre. - Publicis horreis inferre; ad publica horrea conferre; in publicis horreis condere (*Cod. Justinian.*).

— Eamdem sententiam omnibus imponere (*mandare i cervelli all'ammasso*); *vel* ad idem sentiendum omnes cogere.

Ammenda: Satisfactio (*risarcimento*); mulcta (*multa*); poena (*pena*); compensatio (*compenso*); castigatio (*castigo*); emendatio, correctio, reprehensio (*correzione, emendazione*).

— Damna sarcire, compensare (*fare ammenda per danni recati*).

— Mulctam imponere alicui, *vel* in aliquem (*Liv.*); mulctam dicere, irrogare alicui (*Cic.-Liv.*); mulctam exigere (*Cic.*); mulctam remittere (*Cic.*); mulctare aliquem aliqua re (*Cic. et a.*).

— Aliquid luere, expiare (*fare ammenda di ...*); stuprum morte luere (*Cic.*); delicta majorum luere (*Hor.*).

— Poenas luere, pendere, solvere, persolvere, sustinere, subire, ferre, perferre (*Cic.*); poenas alicui pendere, solvere, persolvere alicujus rei (*Cic. = fare ammenda ad uno di...*).

Ammenda onorevole: Honoris satisfactio - Debiti honoris compensatio - « Honesta satisfactio, quam reparationem vulgato nomine vocamus » (*Acta Ap. Sedis*).

Amministrazione dei Beni della S. Sede:

— Consilium Apostolicae Sedis bonis (*vel* opibus, *vel* substantiis) administrandis.

— Peculiare Consilium bonis (*vel* opibus) Apostolicae Sedis administrandis (*Amministrazione speciale dei Beni della S. Sede*).

Ammiragliato: Imperium maritimum - Classis regimen - Maris praefectura.

Ammiraglio: Navarchus, i (*Cic. et a.*) - Navarcha, ae - Hae voces

(navarchus et navarcha) e graeco fonte sunt ductae; prima tamen a Cicerone usurpatur, altera vero a nemine ex optimis latinitatis scriptoribus.

— Classi, *vel* classis praefectus; dux praefectusque classis - Navis praetoria (*Vallauri: nave ammiraglia*) - Vexillum, *vel* insigne navis praetoriae proponere, *vel* deducere (*Issare o abbassare le insegne della nave ammiraglia*).

Ammonitorio: Monitorius, a, um (*Sen.*); hortativus, a, um (*Quint. V*, 10, 83 = *esortativo*); v. g. hortativum genus dicendi; exhortativus, a, um (*Id.*).

Ammortizzare – **Ammortizzamento**: Extinguere; restinguere (*estinguere, annullare*). - Debitum alicui solvere (*Cic.* = *ammortizzare o pagare un debito*); debitum gradatim solvere (*ammortizzare a rate*). - Aes alienum minuere (*Plin.*), solvere, dissolvere (*Cic.*), persolvere (*Sall.*), exsolvere (*Plin.*) = *ammortizzare un debito pagandolo*. - Aeris alieni solutio (*Liv.* = *ammortizzamento o pagamento di un debito*); *vel* rerum creditarum solutio (*Cic.*); justi crediti solutio (*Liv.*).

— Justi crediti solutionem in decem annorum pensiones distribuere (*Liv.* = *ammortizzare il debito in dieci rate annuali*). - Decreverunt ut tribus pensionibus ea pecunia solveretur; primam praesentem (*in contanti*) ii, qui tum essent, duas (*le altre due*) tertii et quinti consules numerarent (*Idem*).

Amnistia: Admissorum venia atque impunitas - Aliquem venia incolumitateque donare (*concedere l'amnistia ad uno*) - « Omnium factorum dictorumque veniam et oblivionem in perpetuum sanxit ac praestitit » (*Suet., Claud.* 11). - Impunitatem omnibus largiri, omniumque discordiarum memoriam sempiterna oblivione delere (*amnistia generale per ragioni di pubblica concordia*).

— Ex graeco fonte: amnestia, ae, f. - Quam vocem usurpavit Vopiscus, historiae scriptor (saec. IV p. Ch. n.): « Amnestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Atheniensium; cujus rei etiam Tullius in Philippicis meminit » (*Idem, Aurelian.* 39). Hanc itidem vocem latine scripsit Paulus Orosius saec. V post Ch. n. - Hanc autem eamdem vocem graecis litteris scripsisse Cicero creditur in quadam oratione hodie deperdita, ad Senatum in templo Telluris habita, de pace cum Antonio facienda. Quod ipse Tullius hisce verbis attingit: « In quo templo (Telluris), quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis, Atheniensiumque renovavi vetus exemplum; graecum etiam verbum usurpavi,

quo tum in sedandis discordiis usa erat civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui » (*Philip.* I, 1) - *Cf. Forcellinianum Lex. et « Thesaur. Linguae Latinae »*.

Ampère – Amperometro: Amperiana electridis mensura (*un ampère, cioè l'unità di misura dell'intensità della corrente elettrica, dal celebre fisico francese di questo nome, 1775-1836*). - Amperometrum, i, n. (*strumento per misurare l'intensità della corrente elettrica*).

Amsterdam: Amstelodamum, i, n. (*città dell'Olanda*).

Amuleto: Amuletum, i, n. (*Plin.*).

Anacoluto: Orationis inconsequentia. - *Graece:* Anacoluthon, *vel* anacoluthum, i, n. (ἀνακόλουθον).

Anacoreta: Anachoreta, ae (*Morcelli*). - Haec vox ex graeco fonte ducta (ἀναχωρητής = *solitario, romito*) usurpatur a Sulpicio Severo, (*Dial.* I, 18) a Sidonio et al. - Minus recte scribitur a nonnullis « anachorita ».

— *V. Eremita.*

Anacronismo: Falsa, *vel* errata temporum computatio. - Rectum temporum ordinem non servare.

— *Graece:* anachronismus, i. m. (ἀναχρονισμός).

Anagrafe: Civium album; civium index; liber civium index; publicae civium tabulae. - In civium album referre; in publicas civium tabulas referre; in albo describere (*mettere all'anagrafe; iscrivere all'anagrafe*).

Analfabeta: Illitteratus - Illitteratissimus (*Cic. et a.*); litterarum ignarus; litterarum omnino ignarus.

Analisi – Analizzare: Alicujus rei explicatio, inquisitio (*analisi in generale*) - Alicujus rei elementa, particulas, corpuscula, atomos scrutari, investigare, indagare, experiri, perscrutari (*far l'analisi di una cosa in senso scientifico*). - Sanguinis elementorum inquisitio (*analisi del sangue*).

— *In ultima analisi*: Ad extremum (*Cic. = infine, in ultimo, detto nello scrivere e nel parlare*); illud extremum est quod...; ad summam (*Cic. = in poche parole, in conclusione*); postremo (*da ultimo, finalmente*).

Analitico – Analiticamente: Analyticus, a, um; analytice; quae voces apud Severinum Boëthium leguntur. - Rationibus omnibus explicatis, perscrutatis...; rebus omnibus explicatis, investigatis... (*in modo analitico*).

Analogia: Similitudo, inis, f.; comparatio, onis, f.; congruentia, ae, f, v. g. morum congruentia (*concordanza, somiglianza*) - Vicinitas, atis, f., v. g. « Est quaedam virtutibus ac vitiis vicinitas » (*Quint.* III, 7). - *V. Vicinanza.*

— *Graece:* analogia, ae, f. (ἀναλογία) - Per similitudinem, *vel* similitudine (*per analogia*) - Similitudine uti (*Liv.* = *usare una similitudine; procedere per analogia*). - Vide tamen: *Proporzione.*

Ananas: Bromelia ananas (*Linn.*).

Anarchia: Omnium jurium officiorumque recusatio - Civitas legibus resoluta (*Stato anarchico*) - Nullis juribus, officiis, legibus Civitas continetur - Omnia divina humanaque jura ita in re publica permiscentur, ut nullum omnino supersit simulacrum, vel vestigium Civitatis. - Morum perturbatio ac confusio (*anarchia morale*).

— *Graece:* Anarchia, ae, f. (ἀναρχία) - Anarchica, *vel* anarchistarum secta - Anarchica, *vel* anarchistarum doctrina, commenta, somnia - Anarchici, orum (*Acta Leonis* 1902, p. 63).

Anatomia: Cadaverum sectio, incisio, concisio. - *Graece:* Anatomia, ae, f. *vel* anatomice, es, f.; *vel* anatomica, ae, f. (*Macrob.* - ἀνατομηκή).

Anatomico: Ad cadaverum sectionem pertinens (*adjectivum*) - Cadavera dissecans (*Apul.*) - Cadavera dissecandi magister (*Medico anatomico* - *Vallauri*); cadavera secandi magister, doctor, peritus, peritissimus.

— *Graece:* Anatomicus.

Anchilostoma: Anchylostoma, atis, n.; *vel* ankylostoma, atis, n. (ἀγκυλοστόμα = *piccolissimo verme, che si fissa alle mucose dell'intestino tenue producendo emorragie*).

Andar per legna – Andar per foraggio, per grano...: Egredi lignatum, *vel* ad lignandum (Lignor, aris habetur apud *Caes. et a.*) - Ire frumentatum, *vel* ad frumentandum (Frumentor, aris apud *Caes. et a.* = *raccoglier grano*) - Pabulatum, *vel* ad pabulandum, ire, egredi (pabulor, aris apud *Caes. et a.* = *foraggiare*) - Pabulandi causa milites mittere (*Mandare i soldati a foraggiare*) - Hostem pabulatione intercludere (*impedire al nemico di foraggiare*).

Andare alla deriva: *V. Deriva.*

Andito, Corridoio, Corsia: Mesaulae, arum, f. pl. (*Vitruv.*); andron, onis, m. (*Vitruv. et a.*) - Haec vocabula fere idem significant; mesaulae tamen sunt locus medius inter aulas (*corridoio, passaggio libero dalla parte esterna all'interno dell'appartamento*); an-

dron autem indicat *passaggio fra due pareti, ed anche fra due edifici o giardini = corridoio, androne.* « Inter haec peristylia et hospitia itinera sunt, quae mesaulae dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita. Nostri eas andronas appellant » (*Vitruv.* VI, 10). « Interjacens andron parietem cubiculi hortique distinguit, atque ita omnem sonum media inanitate consumit » (*Plin., Ep.* II, 17, 22).

— A nonnullis ponitur: cryptoporticus, us, f. (*Criptoportico, galleria interna e coperta fiancheggiata da pareti e provveduta di finestre*); ambulacrum, i, n. (*passaggio coperto o scoperto nelle case o nei giardini*); aditus, ūs, m. (*adito, ingresso*).

— Vomitoria, orum, n. pl. (*corridoi di passaggio nei teatri e anfiteatri*).

— Fori, orum, m. pl. (*Cic. et a. = corridoi, corsie nelle navi*).

Anemia – Anemico: Sanguinis debilitas; sanguinis defectio; sanguinis infirmitas (*anemia*). - *V. Aglobulia.*

— Ex graeco fonte: Anhaemia, ae, f. (ἀναιμία).

— Sanguinis debilitate (*vel* infirmitate) laborans (*anemico*).

Anemografia: Ventorum descriptio; disciplina (*vel* doctrina) de ventis eorumque vi ac motu.

— *Ex graeco fonte:* Anemographia, ae, f. (ἄνεμος = *vento* - γράφω = *descrivo*).

Anemometro: Index ventorum motus; mensorius ventorum index; instrumentum venti mensorium. - Adjectivum tamen « mensorius, a, um » infimae est latinitatis.

— *Ex graeco fonte:* Anemometrum, i, n. (ἄνεμος-μέτρον).

Anemoscopio: Venti index; instrumentum ventorum index.

— *Ex graeco fonte:* Anemoscopium, ii, n. (ἄνεμος-σκοπέω).

Anestetico – Anestesia: Dolorem levans, minuens, obtundens (*anestetico, anodino*). - Medicamentum dolorem levans, minuens, obtundes (*un anestetico*). - *Graece:* Anaestheticus, a, um. - Anaesthesia, ae, f.; anodynus, a, um. (ἀν = *senza* - αἰσθάνομαι = *sento;* et ἀν = *senza* - ὀδύνη = *dolore*).

Aneurisma: Arteriarum amplificatio; arteriarum dilatatio. Vox tamen « dilatatio » serioris est latinitatis (*Tertull.*) *Graece:* aneurysma, atis, n. (*Veget.* - ἀνεύρυσμα).

Angelo: Angelus, i. - *Adject.:* Angelianus (*Morcelli*); angelicus.

— *Angeli Custodi:* Angeli custodes - Angeli tutelares - Caelestes Angeli tutelares - Angelus monitor, propugnator - Angelus praeses, idis (v. g. urbis, provinciae).

— *Castel S. Angelo:* Arx Romana, Arx Urbana (*Morcelli*) - Aptius tamen dixeris: « Romanam mediae aetatis arcem »; *vel* « Molem Hadrianalem », *vel* « Hadrianale Mausoleum ». *Adject.:* Hadrianalis, e, ex antiquissimis inscriptionibus, idem est ac « ad Hadrianum Augustum pertinens »; dum *adject.* Hadrianus, a, um (*Liv.*) = « ad Hadriam urbem pertinens ». Haud dixeris igitur « Molem Hadrianam ».

— *S. Maria degli Angeli alle terme:* Maria in therm. Diocl. (*Morcelli*).

— *Ponte S. Angelo:* Pons Aelius (*Morcelli*).

— *Monte S. Angelo:* Garganus (*Id.*).

— *S. Angelo in Vado* (*abitanti di*): Tifernates Metaurenses (*Id.*).

Angiò (*D'Angiò*): Andegavensis (*Id.*).

Angioma: Angioma, atis, n. (*v. gr. - vizio del sistema vascolare, detto popolarmente voglia del vino; deriva da un'agglomerazione di vasi sanguigni, che costituiscono una tumefazione locale. Dalla voce greca* ἀγγεῖον *= vaso, vena*).

Anima: I. Animus, i (*anima intellettuale*) - Anima, ae (*principio vitale - respiro - principio animale di un vivente - anima separata dal corpo*) - Spiritus (*alito*) - Mens (*mente*) - Anima, animula, vita (*vezzeggiativo*) - Meae carissimae animae (*Cic.*) - Egregiae animae (*Virg.*) - Anima suavissima - Corculum (*Plaut. = cuoricino*) - Deliciae meae.

II. *Anime dei defunti:* Manes - Pii manes - Sancti manes - Manes adquiescentium curiatorum (*defunti della parrocchia*).

— *Anime ss. del Purgatorio:* Defuncti admissa expiantes (*Morcelli*) - Sancti defunctorum manes admissa purgatorio igne expiantes (*Id.*) - Pii manes, quos purgatorius ignis sideribus inserendos emundat (*Id.*) - Manes piaculari igne expiandi.

Annichilamento – Annientamento – Annullamento: Abrogatio, v. g. legis (*Cic.*) - Abolitio, v. g. sententiae, legis, tributorum (*Tac.*). - Eversio, v. g. rei publicae (*Cic.*), rei familiaris (*Tac.*), urbis (*Flor.*) - Exstinctio (*Cic.*), interitus, ruina, excidium, dissolutio; v. g. dissolutio legum, judiciorum (*Cic.*), imperii (*Tac.*).

— Solutio justi crediti (*Liv.*); solutio rerum creditarum (*Cic.*) = *annullamento di un credito per pagamento.* - Tabulae novae (*annullamento generale e condono di ogni debito*). *V. Bancarotta.*

— Non autem: exinanitio, onis (*svuotamento*), v. g. praeceps alvi exinanitio (*Plin. = subitaneo svuotamento dell'intestino*).

Anniversario: Dies natalis; *vel* natalis (*anniversario della nascita*).

— Anniversarius funeris dies (*Morcelli: anniv. della morte*).

— Anniversario sacro litare (*Id.: fare l'anniversario di requiem*); *vel:* Piis manibus justa anniversaria facere - Piis manibus anniversaria exsequiarum justa facere, *vel* solvere - Anniversariis exsequiis pacem adprecari (*Id.*).

— Anniversarius a suscepto, *vel* ab inito sacerdotio dies (*anniv. di sacerdozio*); sacerdotii natalis, *vel* sacerdotalis muneris natalis; quinquagesimus sacerdotalis muneris natalis (*cinquantesimo anniversario di sacerdozio*).

Anno: Annus sacer, *vel:* Piacularis annus (*anno santo*) - Annus intercalaris (*bisestile*) - Amplius sunt quam viginti anni; *vel* amplius sunt viginti annis, postquam ... (*Sono più di 20 anni dacchè ...*).

— Anniculus (*Nep. et a. = di un anno*) - Bimus, *vel* bimulus (*Cic. et a. = di due anni*) - Trimus, *vel* trimatus (*Plin. et a. = di tre anni*) - Quinquennis (*Ovid. et a. = di cinque anni*) - Sexennis (*Plaut.-Plin. = di sei anni*) - Septennis (*Plaut. = di sette anni*) - Octennis (*Ammian. = di otto anni*) - Novennis (*Lactant. = di nove anni*) - Decennis (*Quintil. = di dieci anni*) - Decennalis (*Ammian.*) - Decennalia, *vel* ludi decennales (*Dion.* l. 53, c. 13) - Duodecennis (*Sulpic. Sever. = di dodici anni*) - Vicennalis (*Lactant. et Antiq. inscr.*), Vicennalia, *vel* ludi vicennales.

Anno Domini: Anno post Christum natum ... - Anno a Christo nato ... - Anno a reparata salute ... - Anno ...

— Haud dixeris latine: Anno Domini, *vel* A. D. - In Lexico Epigraphico Morcelliano locutio « Anno Domini Nostri », *vel* « Anno D. N. » non improbatur; mihi tamen videtur latinitatem non sapere (Cf. *Lex. Ep. Morcellian.*, vol. I, p. 95).

— A nonnullis ponitur « anno christiano ... ». Ita e. g. in *Lex. Morcelliano*, vol. I, p. 95; itemque non semel in laudatissimis Thomae Vallaurii atque Antonii Angelini inscriptionibus.

Annullamento: *V. Annichilamento* ecc.

Annunziata: Maria Dei Parens designata (*Morcelli*) - Magna Virgo Dei Parens designata (*Id.*) - Maria Virgo Genetrix Dei designata (*Id.*).

— Maria ab Angelo salutata.

Anodino: *V. Anestetico.*

Anomalia - Anomalo: Dissimilitudo (*Cic.*). enormitas (*Quintil. = irregolarità*); inaequalitas; inaequabilitas; haud apta corporis compositio (*irregolarità, anomalia nella conformazione del corpo*).

— Enormis (*Tac.-Quintil.* = *irregolare*); abnormis (*Hor.*); exlex, egis (*Cic.*); inaequabilis; v. g. inaequabilis venarum percussus (*Plin.* = *polso irregolare*).

— *Graece:* Anomalia (*Varr.*); anomalos, *vel* anomalus (*Diom.* - *Alfa privativa* e ὁμαλός = *piano, uguale*).

Anonimo: Sine nomine - Sine auctore - Ignotus - Incertus - Ita v. g.: versus sine auctore (*Suet.* = *versi anonimi*); litterae sine nomine scriptae (*lettere anonime*); carmina ab incertis scriptoribus vulgata (*poesie anonime*); ignotus, *vel* incertus auctor, scriptor (*anonimo*).

— E graeco fonte: Anonymus (ἀνώνυμος).

— *Società anonima:* Societas nulli inscripta nomini; *vel* societas nullius inscripta nomini; anonyma societas.

Antenna della Radio: Antenna (*vel* antemna) radiophonica; antemna (antenna) radiotelephonica.

Antepenultimo: Tertius ab extremo; non autem « antepenultimus », vox cadentis latinitatis (*Capell.*).

Anticamera: Procoeton, onis, m. (*Plin., Ep.* II, 17). - Non autem, ut nonnulli scribunt, « amphíthalamum », quod erat cubiculum, ubi ancillae commorabantur, prope dominam suam, ut ad ejus imperia praesto esse possent (*Lex. Forcell.*).

— Diu multumque expectare debemus, donec admittamur ... (*dobbiamo fare molta anticamera per essere ricevuti*).

— Alicujus admissiones pro credito sibi munere curare (*far servizio di anticamera per le udienze*); *vel:* Admissiones apud aliquem pro demandato sibi munere curare.

Anticamera Pontificia: Procoeton Pontificis Maximi (*in senso materiale e locale*). - Vox « procoeton, onis, m. » est ex graeco fonte derivata et usurpatur a Plinio (*Ep.* II, 17); προκοιτών = *anticamera.*

— Nobilis coetus Pontificiae Aulae addictus; *vel* nobilis coetus Pontificali Aulae addictus; *vel* nobilis coetus procoetoni Pontificio addictus (*Nobile Anticamera Pontificia, in senso personale*). - Nobilis sacerdotum (*vel* Praesulum) ordo Pontificiae Aulae addictus (*Nobile Anticamera Ecclesiastica*). - Nobilis laicorum virorum ordo Pontificiae Aulae addictus (*Nobile Anticamera Laica Pontificia*).

Anticlericale - Anticlericalismo: Clericorum osor; sacrorum administrorum osor (*anticlericale*). - Clericorum (*vel* sacrorum administrorum) odium, simultas, offensio, taedium (*anticlericalismo*);

vel aliena a sacris administris voluntas; aliena (aversa) a clericis voluntas; alienus (aversus) a clericis (a sacris administris) animus. — A sacris administris (a clericis) abhorrere (*essere anticlericale*); *vel* sacros aversari administros; sacros fastidire atque aversari administros.

Anticristo: Antichristus (*Morcelli*).

Antimonio; Stibium, ii, n. (*Plin.* XXXIII, 6, 33).

Antinefritico: Nephriticis medendis curatio (*cura antinefritica*); nephriticis curandis medicamentum (*medicina antinefritica*).

Antinomia: Leges contrariae (*Quintil.* VII, 7 = *antinomie*).

— *Graece:* Antinomia, ae, f. (*Quintil.*, ibidem et VII, 10). - Antinomiae Kantianae (*le antinomie di Kant*). - *αντι* = *contro* *νόμος* = *legge*.

Antipapa: Non legitimus Pontifex - Pseudopontifex (*Vallauri*) - Pontifex Max. invita lege delectus.

Antipasto: Promulsis, idis, f. (*Cic. et a.*).

Antipatia: Adversus, *vel* alienus animus; aversa mens, *vel* voluntas ab aliquo; repugnantia; fuga, *vel* declinatio alicujus rei; taedium, fastidium, odium; naturalis animi repugnantia.

— *Graece:* Antipathia, ae, f. (ἀντιπάθεια) - Plinius habet: antipathiam et sympathiam, quae est naturalis animi inclinatio in aliquem vel in aliquid (XXXVII, 4, 15).

Antipirina: Medicamentum antipyricum (*ἀντί* = *contro* - *πῦρ* = *fuoco*) = *medicina antifebbrile.* - Latine dicitur: Febris remedium; medicamentum febrim mitigans (*Quintil.*).

Antipodi: Antipodes, odum, m. pl. (*Cic. et a.*) « Nonne dicitis esse e regione nobis, e contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos antipodas vocatis? » (*Cic., Acad.* IV, 39) - Contraria terrae pars - Aversa terrarum orbis pars - Qui aversam terrarum orbis partem incolunt (*gli abitanti degli antipodi*); vel, e graeco fonte: Antipodes, odum (*Cic.-Sen. et a.* - ἀντίποδες).

Antisemita - Antisemitismo: Semitarum (vel Iudaeorum, Hebraeorum) osor, oris (*antisemita*). - Semitas (Hebraeos, Iudaeos) aversari (*essere antisemita*); *vel* a Semitis (a Iudaeis, ab Hebraeis) abhorrere. - Semitas (Hebraeos) male habere, hostiliter habere, hostiliter consectari, vexare, exagitare, conflictare, lacessere; cum Semitis (Hebraeis) inimice agere, hostiliter agere (*perseguitare i Semiti, gli Ebrei*).

— Semitarum (Hebraeorum) odium, simultas (*antisemitismo*); *vel*

aliena (aversa) a Semitis voluntas; alienus (aversus) a Semitis, a Iudaeis, ab Hebraeis animus.

Antiseptico: *V. Septico.*

Antispasmodico: Mitigans; mitigatorius (*Plin.*); mitigatorium medicamen *vel* medicamentum (*un antispasmodico*). « Contra renum, lumborum vesicaeque cruciatus in balnearum soliis pronos urinam reddere, mitigatorium habetur » (*Plin.* XXVIII, 6, 17).

Antitesi: Verba relata contrarie (*Cic., De Or.* II, c. 65) « Ornant igitur in primis orationem verba relata contrarie » (*Ibidem*). - Oppositio negationis (*Cic. Invent.* 1, 28) «Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo: sapere et non sapere» (*Ibidem*).

Antitetico: Aversus, alienus ab...; contrarius alicui. - *Graece:* Antitheticus, a, um (*ἀντί - θέσις*).

Antologia: Scripta selecta; selecta latinitatis scripta (*Antologia latina*); selecta graecitatis scripta (*Antologia greca*); vox tamen « graecitas » serioris est latinitatis; selecta italici sermonis scripta (*Antologia italiana*); carmina selecta (*antologia poetica o di poesie*), *vel* selecta poëtarum carmina; selecti latinitatis flores (*florilegio latino*).

— *Graece:* Anthologica, orum, n. pl. - « Ex nostris... inscripsere aliqui libros anthologicon » (*Plin.* XXI, 3, 9). - Libri anthologicon (*antologia*); vox autem « anthologicon » casus est genetivus pluralis (*ἄνθος* = *fiore* - *λόγος* = *discorso*).

Antonomasia: Antonomasia, ae, f.; id est tropus, quo ponitur aliquid pro nomine proprio (*Quint.* VIII, 6) - Id tamen e graeco fonte; e latino autem fonte: pronominatio, onis f. (*Auct. ad Herenn.* IV, 31).

Antrace – Antracite: Anthrax, acis, m. (*v. gr.*) = *antrace;* anthracites, ae, m. (*Cf. Plin.* XXXVI, 28, 38 = *antracite* - *ἄνθραξ* = *carbone, antracite*).

Antropofago – Antropofagia: Humanae carnis edax (*antropofago*). *Graece*: anthropophagus (*Plin.*).

— Humana carne vesci, ali; humanam carnem edere, manducare (*essere antropofago*). - Anthropophagia, ae, f. (*v. gr.*) = *antropofagia.* - Ex graecis vocibus *ἄνθρωπος* = *uomo* - *φάγω* = *mangio.*

Antropolatria – Antropolatra: Hominis adoratio (*antropolatria*). - *Graece:* Anthropolatria, ae, f. (*ἀνθρωπολατρεία*).

— Hominis adorator (*antropolatra*). - *Graece:* Anthropolatra, ae, m. (*Cod. Justinian.*) - Vox « adoratio » adhibetur a Livio, Plinio et a.; « adorator » a Tertulliano.

Antropologia – **Antropologo**: Humanae formae descriptio, doctrina, scientia; humanae naturae descriptio, doctrina, scientia (*antropologia*). - *Graece:* anthropologia, ae, f. (ἄνθρωπος - λόγος).

— Humanae formae naturaeque describendae doctor; anthropologiae doctor, cultor, peritus, peritissimus (*antropologo*); *vel* anthropologus.

Antropomorfismo – **Antropomorfita** – **Antropomorfo**: Eorum ratio (*vel* doctrina), qui Deo humanam formam tribuunt (*antropomorfismo*). - Humanam Deo formam tribuens (*antropomorfita*). - Humanam habens formam (*antropomorfo*).

— *Graece:* Anthropomorphismus; anthropomorphus; anthropomorphita, ae, m. (*S. August.*). - Ex graecis vocibus ἄνθρωπος = *uomo* μορφή = *forma.*

Anzitutto: Principio (*Cic., Tusc.* III, c. 16) - Primo loco - Primum - In primis.

Aorta: Arteria magna (*Vallauri*); aorta, ae, f. (ἀορτή).

Apatia: Lentitudo, inis, f. (*Cic., Tusc.* IV, 43) - torpor, oris, m., animi torpor. - Non autem, ut a nonnullis hac significatione ponitur: indolentia, ae, f.; qua voce significatur *assenza del dolore, l'esser libero dal dolore* (*Cic.-Sen.*), seu, ut Cicero saepius scribit, « doloris vacuitas ».

— *Graece:* apathia, ae (ἀπάθεια). - *V. Incurante, indifferente, indifferenza.*

A perfezione: Ad unguem « Carmen decies castigare ad unguem » (*Horat.*).

Aperitivo: Propoma, atis, n. (*vox graeca a Palladio saec. IV p. Ch. n. usurpata*); seu potionis genus ex vino, melle, absinthio..., quod ante cibum sumitur. - Potio apertiva, *vel* aperitiva. - Adjectivum tamen « apertivus, a, um » *vel* « aperitivus, a, um » cadentis est latinitatis (*Coel. Aurel., Acut.* III, 4).

Apiressia – **Apiretico**: Febris remissio (*Cels.*); febris remissio ac defectio (*apiressia*).

— Febri carens (*apiretico*). - Febris decedit, intermittit (*Cels.* = *entrare nello stato apiretico, cioè afebbrile*).

— *Graece:* Apyresis, is, f.; apyreticus, a, um (*alfa privativa* e πῦρ = *fuoco, calore*).

Apocrifo: Apocryphus, a, um; vox est e graeco ducta (ἀπόκρυφος). - Liber dubiae fidei, *vel* liber ignoti auctoris (*libro apocrifo o, più esattamente, libro di autore dubbio, o ignoto*).

— Subditivus, a, um (*Plaut.-Cic.-Senec.-Suet.* = *falso, illegittimo*);

vel subditicius, a, um. - Liber subditicius (*Cf. Quintil.* I, 4) = *libro apocrifo.*

Apologia: Defensio - Laudatio - Purgatio. - Aliquem dilaudare, laudibus efferre, ad caelum efferre, tollere (*Cic.*) = *far l'apologia.* - Aliquem defendere, *vel* purgare de... (*Cic.*) *far l'apologia in difesa.* — *Graece:* Apologia ae, f. (απολογία).

Apoplessia – Paralisi: Nervorum resolutio (*Cels.* II, 1); *graece:* apoplexia, ae, *vel* apoplexis, is (ἀποπληξία - ἀπόπληξις); paralysis, is (*Plin.*). - E veteribus latinis nonnulli hunc morbum ictum sanguinis vocaverunt, cum crederent ab ictu sanguinis oriri.

Apostasia – Apostata: A vera religione defectio - Religionis desertor; a vera religione transfuga; ad impietatem, *vel* ad falsam religionem transfuga (*apostata*).

— E graeco fonte: Apostasia, ae, f. et apostata, ae (ἀποστασία-ἀποστάτης).

Apostema – Postema: Vomica, ae (*Cic. Cels. et a.*); suppuratio, onis (*Cels.* II, 8); abscessus, us, m. (*Cels.* V, 18, 2); *Graece:* apostema, atis, n. (*Plin.* - ἀπόστημα).

Apoteosi: I. Consecratio (*Tacit., Ann.* XIII, 2). - In Deos relatio (*Forcellini*) - In Deorum numerum cooptatio - In Deorum numerum aliquem reponere (*Cic., Nat. Deor.* III, 19); aliquem Deum facere (*Ibidem*); honore Deorum immortalium aliquem consecrare (*Ibidem*); Deorum honore aliquem afficere (*Ibidem* I, 15); Deorum religione aliquem consecrare (*Cic., Verr.* II, 2, 21) = *far l'apoteosi di uno, divinizzare uno.* - *Vel etiam:* Aliquem in Deorum numerum referre, *vel* cooptare. - In Deos novensiles adscribere.

II. Consecratio usurpatur etiam pro « canonizatione » (*canonizzazione*), per quam viri vel mulieres sanctitate praestantes in sanctorum vel sanctarum caelitum numerum a Summo Pontifice referuntur. - Sollemnem alicuius consecrationem in Vaticanae Basilicae majestate coram sacro Purpuratorum Patrum Collegio ingentique multitudine pontificali ritu peragere.

— *V. vol. I, pag.* 193 *sq.*

III. Praeconium, ii, n. (*elogio*) - Praeconium tribuere alicui (*Cic.* = *far l'apoteosi di uno con ampie lodi*) - Aliquem ad caelum laudibus efferre. - Aliquem, *vel* aliquid in caelum ferre, *vel* ad caelum tollere (*Cic.*) - Aliquem summis exornare laudibus - *V. Canonizzazione.*

Appalto – Appaltare – Appaltatore: *V. Cottimo* ecc.

Apparenza: Species - Simulacrum, *vel* fucata species (*falsa apparenza*) - Per speciem honoris (*sotto l'apparenza di ...*)

— Per speciem tutandae rei publicae, *vel* simulacro tutandae rei publicae (*sotto l'apparenza di difendere la repubblica*).

— Fucata veri species, *vel* ementita veri species, *vel* simulata veri species, *vel* veritas ementito nomine (*apparenza di verità*) - Simulacra virtutis (*Cic., De Off.* I, 15 = *apparenza di virtù*).

— Interdum verba « *apparenza e realtà* » « *apparenza e sostanza* » latine redduntur per « rem et umbram »; v. gr. « Novatores christiani nominis vix umbram retinent, rem fere exuunt » (*Acta Leonis*).

Apparizione: Visus, us, m. (*facoltà visiva, vista, sguardo; ed anche apparizione, visione*); ita verbi gratia: horribilis visus (*Virg.* = *orribile visione*), nocturnus visus (*Liv.* VIII, 6 = *apparizione notturna*).

— Visio, onis, f. (*Cic. et al.*) est actus videndi atque etiam res oculis objecta: v. g. visio veri et falsi (*Cic.*), doloris visio (*Cic.*); « Utrum igitur censemus dormientium animos per se ipsos in somniando moveri, an externe et adventicia visione pulsari? » (*Cic. De Div.*, II, 58 = *Quindi pensiamo noi forse che gli animi di coloro che dormono siano mossi nei loro sogni da se stessi, oppure da una visione esterna, che sopravviene dal di fuori?*).

— Visum, i, n. (*Cic. et al.*) significat solummodo rem oculis objectam (*visione, fantasma, apparizione*): v. g. « turpia visa » (Prop. II, 5, 19 = *oggetti turpi, che si presentano allo sguardo*); « mihi discussit talia visa metus » (*Idem*, II, 20, 20); visa somniorum (*Cic.*).

— Manifestatio, onis, f. (*Sulpic. Sever., Dial.* III, 4), est actus manifestandi se vel aliquid - Non autem hac significatione usurpari potest *apparitio, onis* (*Cic. et a.*); quae vox significat officium et obsequium ministri apparentis magistratui et ad jussa exsequenda parati (*Forcellini*); unde apparitores, seu ministri magistratus (*guardie, ordinanze*).

— Prodigialis visus (*apparizione miracolosa*); *vel* prodigialis visio; *vel* prodigiale visum.

— B. Virgo Maria, cujusvis labis ab origine expers, in Lapurdensi specu se conspiciendam dedit (*Apparizione dell'Immacolata a Lourdes*).

Appartamento: Diaeta, ae, f. - Quae vox, e graeco fonte derivata (δίαιτα), apud Ciceronem (*Att.* IV, 3) significat *modo di vivere,*

dieta; apud Suetonium (*Claud.* 10), Statium, Plinium et alios indicat etiam *luogo dove si vive, stanza, appartamento, o insieme di stanze;* v. gr. « diaetae duae, quarum in altera cubicula quatuor, altera tria » (*Plin., Ep.* V, 6).

— Gynaeceum, i, n. (*Appartamento delle donne*).

— Diaetarchus, i (*Inscript. Murat.* = *Sovrintendente all'appart. o maestro di casa*).

Appellare – Appello: *V. Reclamare. - V. Giudice d'appello.*

Appendicite: Colicae appendicis morbus, *vel* vitium. - Adjectivum « colicus, a, cum », seu ad colon intestinum pertinens, usurpatur a Plinio, graecisque litteris a Celso.

Apposta (*appositamente*) De industria - Consulto - Consilio - Dedita, *vel* data opera - Cogitate (*pensatamente*) - Studio (*appositamente*).

Approvvigionamento – Approvvigionare: *V. Rifornimento, Rifornire.*

A priori: In antecessum (*Sen. et a.*).

Araldica: De gentiliciis insignibus honoribusque ratio ac doctrina. - *V. Blasone.*

Arazzo: Aulaeum, i, n. (*Cic. et a.*) - Pictura textilis (*Lucret.* II, 35; *Cic., Verr.*, VI, 1 = *pittura intessuta o ricamata; arazzo*); pictura in textili (*Cic.*).

— Peripetasmata, um, n. pl. (*Cic.* = *arazzi, tappezzerie, paramenti*).

— Peristroma, atis, n. (*Cic.* = *arazzo, tappeto*).

— Aulaeorum textor (*arazziere*).

— Aulaeorum officina (*Fabbrica di arazzi*) - Mirae Raphaëlis Sanctii imagines textoris ope expressae (*Arazzi di Raffaello*); *vel* textiles Raphaëlis Sanctii picturae.

Arbitrale – Arbitrato: *Commissione arbitrale, v. Commissione. - V. anche: Compromesso.*

Arcaismo – Arcaico: Priscum verbum (*Cic., Balb.* 16, 36 - *Contra:* usitatum verbum). - Verbum obsoletum; verbum ab obsoleta vetustate sumptum (*parole arcaiche*).

Archeologia: Antiquarum rerum doctrina; antiquitatum studia; antiquitatum doctrina; antiquitates. - Vox « antiquitas », praesertim in plurali numero, significat etiam = *cose, monumenti, avvenimenti antichi.*

— Doctrinae quae ad antiquitatis monumenta spectant.

— Antiquitatis monumenta.

— *Graece:* Archaeologia, ae, f. (ἀρχαιολογία).

Archeologo: Antiquitatum studiosus. (Vox « antiquitates » significat *monumenti antichi* apud *Tacitum, Plinium et Gellium*).

— *Graece:* Archaeologiae studiosus, cultor, doctor, peritus, peritissimus; archaeologus

Archetipo: *V. Prototipo.*

Archiatra: *V. Medico.*

Archibugio: Ballista ignivoma (*Vallauri*) - Ballistam ignivoman explodere (*Idem: sparare l'archibugio*) - Ictus globi ab ignivoma ballista explosi (*Id.: colpo di archibugio*) - Manuballista ignivoma.

— Nonnulli habent: « sclopetum », *vel* « scropetum », *vel* « sclopum » (*fucile*). - *V. Fucile.* - Voces tamen « sclopetum », « scropetum » et « sclopum » sunt barbarae latinitatis.

Archiginnasio: Archigymnasium (*Inscr. Murat.*).

Architrave: Epistylium, ii, n. (*Varr.-Vitruv.*).

Archivio - Archivista - Archiviare: Tabularium, ii. n. (*non* Archivum; quae vox graeca necessaria non est, cum jam habeatur latina, hoc est « tabularium » = *archivio*).

— Tabulae publicae, *vel* acta publica (*documenti di archivio*).

— Praefectus tabularii (*Morcelli: Capo dell'archivio*).

— Tabularius, ii, *vel:* A tabulario (*Id.: archivista*).

— In tabularium referre (*archiviare*); *vel* in publicas tabulas referre; tabulario consignare, mandare; in tabulario describere; in tabulis describere.

Arciduca e Arciduchessa: Magnus Dux, cis, m. - Magna Dux, cis, f. - Archidux, ucis, m. et f. - Non autem *Archiduchissa,* ut nonnulli ponunt. Etenim Dux, ucis est gen. m. et f.

— Quam ad rem haec in *Lexico Epigraphico Morcelliano* (Vol. I, p. 116) notantur: « Heinneccius... qui fere pro latina lingua pugnat acriter, et Latii fines contra peregrinitatem tuetur; non dubitat tamen, "ubi magna nos urgeat necessitas" (*Fund. st. cult.* part. I, c. 2, n. 5), vel iis vocibus locum dare, quas grammatici hybridas nominant, cujusmodi quaedam antiquitus receptae sunt, ut biclinium et epitogium (*sopravveste*): eosque probat, qui Austriae Principes malint Archiduces appellare, quam Magnos, aut Supremos Duces, quod neutro scilicet titulo satis vel designentur, vel distinguantur ».

Arcobaleno: Arcus - Arcus caelestis (*Cic. et a.*) - Arcus pluvius (*Horat.*) - Imbrifer arcus (*Tibul.*) - « Arcus ipse ex nubibus efficitur quodam modo coloratus » (*Cic., Nat. Deor.* III, 20) - « Ceu nubi-

bus arcus mille jacit varios adverso sole colores » (*Virg.*, *Aen.* V, 88-89).

Arcolaio: Sucula, ae, f. (*Cf. Vitruv.* X, 2 *et Cato, R. R.* 19 = *Originariamente q. parola significa porchetta; poi anche argano, arcolaio, naspo*). - Alabrum, i, n. (*Isid.*). - Girgillus, *vel* gyrgillus, i, m. (*Gloss. Philox.*). - Omnes tamen hae voces videntur potius significare genus machinae tractoriae, quam nos vocamus « *argano* »; sed apud seros latinitatis scriptores usurpantur etiam pro « *naspo, arcolaio* ».

— Arcus ad filum glomerandum (*Vallauri*). - Aliquem ut turbinem agere, *vel* circumagere (*far girare come l'arcolaio*); veluti turbo agitur, *vel* circumagitur (*gira come l'arcolaio*).

Ardesia - Lavagna: Lapis sectilis (*Plin.*); niger sectilisque lapis. - Lapidea tabula scriptoria (*lavagna da scrivere*).

Areometro: Aëris index, icis, m.; aërometrum, i, n.

Areonauta: Aërius nauta; aëronauta, ae, m.; aërius viator, oris, m. — *V. Aviere.*

Areonautica: Aëria classis (*flotta aerea*); ars aëronautica; disciplina aëronautica; industria aëronautica (*come scienza ed arte*); inventa aëronautica (*invenzioni aeronautiche*).

— Supremum Consilium aëriae classi praepositum (*Ministero dell'aeronautica*) - Ab aëria classe (*vel* classi) Administer; *vel* aëriae classi instruendae moderandaeque praepositus, praeses (*Ministro dell'areonautica*). - *V. Aviazione.*

Areoplano: Velivolum, i, n.; velivola navis; navis velivolans; navis volans, pervolans; aëria navis; cymba velivola, velivolans, pervolans; aligera ratis - Adjectiva « velivolus, a, um » ac « velivolans, antis » habentur apud *Cic.-Ovid.-Lucret. et a.* - Aëronavis; aërovehes, is, f. (*Aug. Nardis, Carmina subseciva,* p. 17). Vehes, is, f. (*Plin.*) idem significat ac vehiculum (*Cic. et a.*) - Aërovehiculum, i, n.; *vel* aërium vehiculum.

— A nonnullis ponitur etiam: aëroplanum, monoplanum et biplanum, i, n. (*areoplano, monoplano e biplano*). - Vox « aëroplanum» *vel* « aëroplanon » e graeco fonte ducitur, seu ex verbis ἀήρ et πλανάω (*aria, errare*). Cf. *P. L. Rocci: Nuove favole Latine,* p. 13. - Idem dicendum est de voce « monoplanum, i, n. ». - Notandum autem est verba, quae supra posuimus (velivolam navem, ratem, aëriam navem, aëronavem...), si orationis contextus non adjuvet, intellegi etiam posse *nave a vela, dirigibile, aeronave, aerostato;* dum contra vocabula graeca « aëroplanum », « monoplanum »

etc., itemque vox nova « velivolum » rem clarius ac distinctius indicant.

— Velivolum ignivomis globis verberans, diruens, diffringens, confringens... (*areoplano da bombardamento*). - Velivolum ex improviso ad perpendiculum aggrediens; *vel* velivolum ex improviso ad perpendiculum illabens atque ignivomis globis verberans, diruens etc... (*areoplano da bombardamento in picchiata*). - Velivolum propulsans (*areoplano da caccia*). - Velivolum explorans (*areoplano da ricognizione*). - Velivolum incursitans, incursans, aggrediens, impugnans... (*areoplano d'assalto*). - Velivolum radioelectricis undis gubernatum (*areoplano radiocomandato*).

— Velivolum duobus, tribus, quattuor, pluribus machinamentis instructum; *vel* aëria navis duobus, tribus, quattuor, pluribus machinationibus instructa (*areoplano bimotore, trimotore,* ecc.) - Velivola, *vel* aëronaves, *vel* aëriae naves inter se collidunt (*scontro di areoplani*). - Velivolorum, *vel* aëronavium incursio, seu incursus (*incursione aerea*) - Aëronaves (velivola) incursionem faciunt in hostium fines, in hostium urbes, oppida ... - Hostium aëronaves (velivola) ab incursionibus prohibere; aërias incursiones arcere, compescere, prohibere; irruentia hostium velivola arcere, prohibere, profligare (*azione contraerea*). - Aëronaves classem insectantur, eamque, ignivomis (igniferis, displodentibus) demissis globis deturbant, demoliuntur, submergunt (*scontro areonavale*). - Adjectivum « ignifer, a, um » usurpatur a Lucretio et ab Ovidio; « ignivomus, a, um » a Lactantio.

— « Spectandus acer nauta per arduum
« Caelum, procellis fortior arcticis,
« Cum turbines inter nigrantes
« Nubivaga properas carina ».

(*Ex Carmine V. Genovesi S. I., quod inscribitur* « Ad aërios Nautas Italos »).

— *V. vol. I, pag.* 100.

— *Elicottero, Autogiro: V. Elicottero.*

— *Flottiglia aerea: V. Squadriglia.*

Areoporto – **Areodromo**: Aëronavium portus, us, m.; aëroportus; aërodromus, i, m.; aërodromos, i, m. - Cf. « hippodromos, i, m. »; quae vox adhibetur a Plauto, Martiale, Plinio (*ippodromo*).

Areosilurante – **Aerosilurante**: Aërovehes navibus demergendis - Aërovehiculum ad infringendas (*vel* diffringendas) naves instructum - Aërovehes navibus diffringendis - Aëronavis igniferos

siluros jaculans - Aëria navis ignivomos siluros jactans - Velivolum (*vel* aëria navis, *vel* aëronavis) ignivoma (*vel* ignifera) machinamenta jactans. - Velivolum tranatantia missilia per maris undas jactans. - Velivolum ignivoma missilia per maris aequora jactans.

— *V. Siluro, Silurare.*

Areostatica: Ars aërostatica; disciplina aërostatica; industria aërostatica; inventa aërostatica (*invenzioni dell'areostatica*).

Areostato: Folliculus aërius, *vel* folliculus aërostaticus. - Folliculus est globus aëre plenus, apud Suetonium (*Aug.* 83).

— Globus aërostaticus; follis aërostaticus; navis aëria (*P. L. Rocci: Nuove favole latine*, p. 98).

Argano: *V. Arcolaio.*

Argentina: Argentina, ae, f.; Argentini, orum (*gli abitanti*); Bonaëropolis (*la capitale: Buenos Aires*).

Argento - Argenteria - Argentiere: Argentum - Argenteus (*di argento*), *vel* argentarius, seu ad argentum pertinens. - Vasa argentea (*vasellame d'argento*) - Argentum escarium (*argenteria da tavola*) - Argentum potorium (*argenteria per bere*) - Trulla argentea anaglypta (*Morcelli: tazza di argento lavorata a basso rilievo*) - Calix argenteus caelato opere ornatus (*calice a basso rilievo*) - Flatuarius auri et argenti monetarii (*Morcelli: fonditore di monete*).

— Argentaria, ae (*Morcelli: miniera d'argento*); *vel* metalla argentaria; *vel* fodina argentaria.

— Argenteus, i (*Liv.* XXXVIII, 11, 8 - *Tacit., Germ.* 5) = *moneta d'argento.*

— Argentum probum (*Morcelli: di buona lega*).

— Faber argentarius (*argentiere*).

— Vascolarius argentarius (*argentiere*); vascularius, i (*Cic., Verr.* IV, 54) = *vasaio, orafo, fabbricatore di vasi di metallo nobile.*

Arieggiare - Arieggiato: *V. Ventilare, Ventilato.*

Aristocrazia - Aristocratici: Optimates (*Cic.*); proceres (*Cic.*); primores civitatis (*Liv.*). - Non autem « aristocratia ».

— Optimatium arbitrium (*Cic., Rep.* I, 26); *vel* optimatium (optimatum) imperium (*governo aristocratico*). - Exsistit ex rege dominus, ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio (Cf. *Cic., Rep.* I, 45 = *Nasce dalla monarchia la tirannide, dall'aristocrazia la fazione, dalla democrazia la sommossa e il disordine*).

Aritmetica - Aritmetico: *V. Matematica, Matematico.*

Armamenti: *V. Corsa agli armamenti - Pace armata.*

Armeria - Arsenale: Armamentarium, ii (*Cic. et a. = Armeria - Luogo ove si conservano le armi*).

— Navale armamentarium (*arsenale*); *vel* navalia, ium, n. pl. (*Cic.-Caes.-Liv. et a. = cantieri navali*).

— Armorum fabrica, *vel* officina (*fabbrica d'armi - Bottega d'armaiolo*). - Armamentorum fabrica, *vel* officina (*fabbrica d'attrezzi guerreschi sopra tutto navali* = armamenta).

Armîstizio: Indutiae, *vel* induciae, arum, f. pl. - Pacisci indutias XXX dierum cum hoste (*Cic.*) - Pax negata: indutiae biennii datae (*Liv.*) - Indutias impetrare (*Liv.*) - Indutias facere (*Cic.*) - Indutias aequis condicionibus inire (*Plin.*) - Indutias petere, conservare (*Nep.*) - Indutias tollere (*Liv.*) - Indutiarum tempore, *vel* per indutias (*durante l'armistizio*). - Indutias violare, *vel* indutiarum fidem rumpere.

Armonia - Armonizzare: I. Concordia, convenientia, cohaerentia cum aliquo, *vel* cum aliqua re - Rerum cohaerentia atque concordia - Conspiratio et quasi concentus voluntatum - Quaedam cogitandi agendique similitudo (*armonia di pensiero e d'azione*). - Animorum conspiratio atque consensus - Numerus, i, m. (*Cic. et a.*) = *misura, ritmo, armonia nella poesia e nella musica.* - Numerosus, a, um (*Cic. et a.*) = *ritmico, armonioso.* « Apta et numerosa oratio » (*Cic.*). - Sonorum concentus; modulatus sonorum concentus; modulata vocum concordia (*armonia musicale*).

— *Graece:* harmonia, ae, f. - Haec vox etiam apud Tullium invenitur, cum de sonorum concentu agitur, vel de corporum inter se cohaerentia (*Tusc.* I, c. 11-c. 18).

— Mundi cohaerentia (*armonia del creato*). « Circuitus solis et lunae reliquorumque siderum, quamquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen et spectaculum hominibus praebent » (*Cic., Nat. Deor.* II, 62). - Convenientia consensusque naturae (*Cic., Nat. Deor.* III, 11 = *armonie del creato*).

— *V. Proporzione, Simmetria.*

II. Concinere, congruere, convenire, consentire cum aliquo, *vel* inter se (*armonizzare, concordare*). - Resonare alicui; v. g. gloria « virtuti resonat tamquam imago » (*Cic., Tusc. III*, c. 2).

— Concinnare, conciliare, concordem reddere (*trans.*).

— *V. Accordarsi, Armonizzare.*

Armonium - Armonio: Plectrum pneumaticum (*Cf.: Iosephi Bennini Can. Inscriptionum Fasciculus*, p. 30).

Arrendevole – **Arrendevolezza**: I. Facilis, indulgens, mitis, tractabilis. - « Virtus ... in amicitia tenera atque tractabilis est » (*Cic., De Amic.* c. XIII).

— Obsequens alicui (*Ter.* = *condiscendente verso di uno*).

— Alicui, *vel* alicujus voluntati morem gerere - Morigerari alicui (*mostrarsi arrendevole con uno*).

II. Obsequentia (*Caes., Bel. G.* 7, 29, 4 = *arrendevolezza; condiscendenza*); facilitas; indulgentia; animi facilitas.

Arricciare il naso: Nares corrugare - Aversari, *vel* fastidire aliquid (*mostrare disgusto per qualche cosa*) - Aliquem, *vel* aliquid suspendere naso (*Hor.*) « Naso suspendis adunco ignotos, ut me libertino patre natum » (*Id., Sat.* I, 6, 5 = *schernire, motteggiare*). - Cf. *Hor., Sat.* II, 7, 38.

Arrivismo – **Arrivista**: I. Immodicus, effrenus ambitus, us, m.; immodica, effrena ambitio (*il correre smoderatamente verso qualche cosa per ottenerla*). - Publicorum munerum ambitus, *vel* effrenatus publicorum munerum ambitus (*arrivismo nelle cariche civili e politiche*). - Gloriae ambitus, *vel* ambitio (*Tac.*); immodicus et effrenatus gloriae ambitus (*l'ambiziosa corsa alla gloria*). - Effrenatus lucri *vel* quaestus ambitus (*la corsa al denaro, al guadagno*). - Lex de ambitu (*Cic.* = *Legge contro l'arrivismo e il broglio per ottener cariche*). - Ambitus aliquem accusare, *vel* damnare (*Cic.* = *accusare uno di arrivismo, di broglio, di corruzione nella caccia agli impieghi*).

II. Ambitiosus; ambitiosissimus; immoderate, immodice, effrenate ambitiosus; v. g. publicorum munerum, lucri, quaestus captator ambitiosissimus (*arrivista*); *vel* in publica captanda munera (in lucra audaciter facienda, in quaestus audacter faciendos) ambitiosus, ambitiosissimus; in assequendas dignitates potestatesque ambitiosissimus; effrenatus et audax alicujus rei captator.

Arrotino: Faber acuminarius. - Vox « acuminarius, a, um » e latinitatis scriptoribus usurpatur a nemine; habetur tamen: Faber tignarius (*Cic.*), lignarius (*Liv.*), ferrarius etc .- Faber ferris acuendis peritus.

Arrugginire: *V. Ossidare, Ossidarsi.*

Arte – **Arti**: Ars, disciplina - Arte; ex arte; affabre; scite; scienter; scientissime (*Cic. et a.* = *con arte, con molta arte*) - Artem docere, tradere, exercere, profiteri (*insegnare, esercitare, professare un'arte*).

— Artes fabriles, operosae, quaestuosae, sordidae (*arti manuali*).

— Artes ingenuae, liberales, honestae, elegantes - Bonae, optimae, liberales artes, *vel* disciplinae - (*Arti belle*).

— Artes et studia - Optima studia - Artes et disciplinae - Optimae artes et disciplinae (*Arti e scienze*).

— Opus summo artificio factum - Opus summa, *vel* politissima arte perfectum (*opera d'arte*).

— Belli pacisque artes (*le arti della pace e della guerra*) - Ars caligaria (*del calzolaio*) - Ars fabrilis (*del fabbro*) - Ars textrina (*del tessitore*) - Ars nova libraria (*Morcelli: arte della stampa*).

Arteria: Arteria, ae, f. (*Cic. et a.*); arteria, orum (*Lucr.*) n. pl.; *vel* arteriae, arum. - Haec vox significat *trachea* atque etiam *arteria* (*Contra:* vena).

Arteriosclerosi: Arteriarum duritia, ae, f.; arteriarum durities, ei, f. - Arteriosclerosis (*v. med.* - σκληρός = *duro*) = *indurimento del tessuto dei vasi arteriosi che produce disordini circolatori ed altre alterazioni.* - Arteriarum duritiâ laborans (*arteriosclerotico*); *vel* arteriosclerosi laborans.

Artesiano: Artesianus, a, um; puteus artesianus (*pozzo artesiano*).

Artiglieria – Artigliere: I. Tormenta bellica - Instrumenta bellica (*Morcelli*).

— Plumbivoma tormenta (*L. Luciano, Vocab. fraseologico Ital.-Lat.*) - Nova tormenta bellica (*Idem*).

— Tormenta muralia (*Bazzarini-Vallauri*) - Tormenta muralia (*Virg., Aen.* XII, 921), murales machinae (*Plin.* VII, 56, 57), murales ballistae (*Sil.* VI, 269) erant machinamenta bellica quatiendis hostium muris apta.

— Pyroballista, ae, f. - Ballista ignivoma, *vel* incendiaria. - Pyroballistae; *seu* ballistae ignivomae, *vel* incendiariae (*artiglierie*).

— Praepositus manuballistariorum, *vel* praepositus machinariorum et instrumenti bellici (*Morcelli: Comandante d'artiglieria*); *vel* ignivomis ballistis praepositus; *vel* incendiariis ballistis praefectus; *vel* tormentis bellicis ac militibus ballistariis praepositus.

— Strepitus tormentorum, *vel* tonitrus tormentorum (*Id.: Spari d'artiglieria*).

II. Miles legionis manuballistariorum (*Vallauri: artigliere*). - Aptius fortasse : Milites ballistarii (*artiglieri*), *vel* milites pyroballistarii; *vel* pyroballistarii - Milites tormentis bellicis addicti (*artiglieri*).

— Nonnulli (*Mariano, Nuovo Dizionario Ital.-Lat.* - *Luciano, Vocab. Ital.-Lat.*) ponunt etiam « cohortem tormentariam », « mili-

tes tormentarios »; « tormentarios » (*artiglieri*). Attamen adject. « tormentarius, a, um » apud latinos scriptores optimos non invenitur; et in Forcelliniano Lexico ponitur inter vocabula barbara « a nobis improbata et expulsa ».

— Fortasse rectius dixeris si « milites tormentis bellicis addictos » *vel* « milites ballistarios » pro *artiglieri* usurpaveris; et « milites manuballistarios» pro «*mitraglieri, fucilieri*. Atque ita pariter « tormenta bellica », *vel* « ballistas », *vel* « incendiarias ballistas » pro *cannoni, mortai;* et « manuballistas », *vel* « ignivomas manuballistas », *vel* « incendiarias manuballistas », pro *fucili, mitragliatrici* usurpaveris. - Etenim ballistae sunt militares machinae, quibus ingentia saxa magno impetu jaciuntur; manuballistae vero, quibus minora tela jactantur. Item ballistarii sunt qui ballistas tractant; manuballistarii vero qui manuballistas (*Veget*., *Milit.* II, 15; III, 14; IV, 21).

Artrite - Artritico: Articulorum morbus, articulorum dolores (*Cic. et a.*); articularis, *vel* articularius morbus, dolor (*Cato, R. R.* 157 - *Suet., Galb.* 21); *graece:* arthritis, idis (ἀρθρῖτις) - « Vehementer ejus artus laborabant » (*Cic., Tusc.* II, 25 = *Soffriva di artrite acutissima*).

— Arthriticus, a, um (*Cic., IX Fam.,* 23). Dixeris tamen latine: articulari morbo affectus, *vel* laborans.

Ascensione: Ascensus; ascensio - Festum Iesu Christi caelos ascendentis - Sollemnia divini Redemptoris ad caelum escendentis - Sospitator mortalium Deus Filius ad caelestia rediens (*Morcelli*).

Ascensore: Pegma scansorium - Cellula scansoria - Machina scansoria - Anabathrum, i, n. - Anabathrum aquae molimine actum (*ascensore ad acqua*) - Anabathrum electrica vi actum, *vel* anabathrum electricum (*ascensore elettrico*) - Per scansorium pegma ad tertiam domus tabulationem escendere (*salire al III piano con l'ascensore*).

— Pegma, atis, n. ex graeco fonte machinam significat ex pluribus tabulis aliisque rebus compactam, quae ad plures usus pertinebat, ut v. g. ad reponendos libros (*Cic., Att.* IV, 8) et ad sublevanda pondera. In theatro potissimum et in circo pegmata habebantur, quae occulto machinamento acta, vel attollebantur, vel deprimebantur ut varia spectacula ad oblectationem repraesentarent (Cf. *Senec., Ep.* 88 - *Iuvenal.* IV, 122) - Adjectivum vero « scansorius, a, um » habetur apud Vitruvium X, 1, ac significat « ad scandendum pertinens ». Apte igitur pegma scansorium illam indicare po-

test versatilem cellulam, quam nos vulgato nomine *ascensore* appellamus.

— Anabathrum vero, item ex graeco fonte, eamdem fere rem significat; haec vox invenitur apud Iuvenalem VII, 45.

— *V. vol. I, pag.* 65, 66, 148.

Ascesso: Abscessus, us, m. (*Cels.*, V, 18, 2); seu concursus mali humoris in aliquam corporis partem (*Forcellini*).

Ascetismo – Asceta – Ascetico: I. Divinarum rerum contemplatio exercitatioque virtutum; caelestium (aeternarum) rerum contemplatio; contemplativae vitae ratio (« contemplativus, a, um » legitur apud *Senecam, Ep.* 95, 10); umbratilis vita caelestibus contemplationibus dedita (Cf. *Cic.*, *Tusc.* II, 27: « umbratilis vita » = *vita contemplativa, dedita alla meditazione, allo studio* ecc); ascesis, eos, f. (*A. Ap. Sed.*); asceseos disciplina, doctrina, ratio; asceticae vitae ratio atque institutum = *ascetismo come dottrina e come genere di vita.*

II. Divinarum rerum contemplator; caelestium (aeternarum) rerum contemplator; « asceta » qui dicitur; asceta, ae, m. (ἀσκητής = *chi si esercita sia materialmente, sia intellettualmente e spiritualmente; in quest'ultimo senso anche asceta*).

III. Ad divinarum rerum contemplationem virtutemque pertinens; ad caelestium (aeternarum) rerum contemplationem attinens; contemplativus (*Sen.*, *Ep.* 95, 10); asceticus, a, um (*A. Ap. Sedis*) = *ascetico. - V. Contemplativo.*

— Asceteria, iorum, n. pl., loca in quae secedunt homines caelestium rerum contemplationi addicti (*Cf. Cod. Iustinian.* I, 3, 33 et 41).

— Voces « ascesis, eos », « asceticus, a, um », « asceta, ae » et « asceteria, iorum » ex graeco fonte derivantur (ἀσκέω = *esercito, istruisco, educo, sempre però col senso prevalente di esercitare - ἄσκησις = esercizio, ecc.*); agitur tamen hoc in casu de exercitatione virtutum divinarumque rerum contemplatione.

Aseptico: *V. Septico.*

Asfissia: Suffocatio, onis; venarum pulsus parvitas, deminutio, defectio; *graece:* asphyxia, ae. (ἀσφυξία).

Asindeto: Dissolutio (*Cic.*); « Constructio verborum tum conjunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur » (*Cic.*, *Partit.* 6). - Dissolute dicere (*Cic.*, *Or.* 39 = *parlare con asindeti, slegatamente*). - *Graece:* Asyndeton, *vel* asyntheton, i, n. (ἀσύνδετον).

Asma: Anhelatio, onis; anhelitus, us; spiritus difficultas, *vel* spirandi

difficultas; spirandi asperitas; *graece:* asthma, tis, n. et orthopnoea, ae, f. (*Plin.* XXXII, 4, 14 ἄσθμα - ὀρθόπνοια).

Aspersorio: Aspergillum, i, n.; haec vox legitur apud Sidonium (saecul. v p. Ch.) et in Glossario Labbaei. - Aspersorium, ii, n. (*Thesaurus novus latinitatis,* p. 547). Utrumque vocabulum christianae est latinitatis.

Aspettazione del Parto di M. V.: Exspectatio partus B. M. Virginis. — Sollemnia honori D. N. Deum pariturae (*Morcelli: Festa dell'...*).

Aspirante: Candidatus, i, m.; v. g. candidatus sacerdotii (*Senec., Benef.* VII, 28); quaesturae (*Suet., Tib.* 42), aedilitatis, consulatus... - Candidatus atticae eloquentiae (*Quintil., Prooem.,* 6); « Candidatus non consulatus tantum sed immortalitatis et gloriae » (*Plin., Paneg.* 63). - Candidata, ae, f.

— Captator, oris, m. (*chi cerca di afferrare, conquistare; aspirante; ambizioso*); v. g. captator aurae popularis (*Liv.* III, 33). - Vox « captatrix, icis, f. » serioris est latinitatis (*Apul.*).

— Tiro, onis, m. (*principiante - novizio - recluta*); tiro alicujus rei, *vel* aliqua re, *vel* in aliqua re; v. g. tiro scientiâ (*Cic., Rosc. Amer.* 6); nulla in re tironem ac rudem (*Id., Orat.* I, 50); non provinciae rudis erat et tiro (*Id., Verr.* IV, 6).

— (*Aggettivo e participio = che aspira*): Cupidus, avidus alicujus rei; appetens, concupiscens, expetens, discupiens, optans, exoptans, affectans, aucupans aliquid; inhians aliquid, *vel* alicui rei; contendens ad ... nitens ad ... (*aspirante a ...*); magna spectans (*aspirante a grandi cose*); laudi et gloriae inhians; ad majora contendens; ad victoriam nitens.

— *Pompa aspirante e premente: V. Pompa.*

Assegno Bancario: Nummaria alicujus mensae chartula, *vel* scidula; nummarium alicujus mensae mandatum; nummaria publicae mensae chartula, *vel* scidula; nummarium publicae mensae mandatum.

Assioma: Pronuntiatum, i, n. (*Cic., Tusc.* I, c. 7); enuntiatum (*Cic., Fat.* 9 et 12); enuntiatio (*Cic., Fat.* 10 - *Quintil.* VII, 3, 2); effatum (*Cic.-Senec.*); v. g. « ἀξίωμα, quod est quasi effatum » (*Cic., Acad.* IV, 29); « Non corpus quidem est, quod nunc loquor, sed enuntiativum de corpore: quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum » (*Senec., Ep.* 117); « non omnis enuntiatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera, aut falsa erit » (*Cic., Fat.* 10); « omne pronuntiatum — sic enim mihi in praesentia occurrit ut appellarem ἀξίωμα; utar post alio, si invenero, melius —

id ergo est pronuntiatum, quod est verum aut falsum » (*Cic., Tusc.* I, 7). - Certa stabilisque sententia.

— *Graece:* axioma, atis, n. (*Apul.-Boet.*).

— Manifestior res est, quam ut declaranda, vel demonstranda sit. (*È un assioma, che non ha bisogno di dimostrazione*).

Assiomatico – Assiomaticamente: I. Certus; certissimus; certa stabilique sententia edictus, *vel* pronuntiatus; certa firmaque ratione pronuntiatus, edictus (*assiomatico*).

I. Certe; certissime; certa stabilique sententia; firma certaque ratione; sine ulla dubitatione (*assiomaticamente*).

Assistente: Adjutor, oris, m.; adjutrix, cis, f.; auxiliator, oris, f. (*aiutante*). - Custos (*custode*). - Curator (*che ha cura*). - Assidens (*che sta vicino per consiglio, aiuto*). - Consulens, consiliarius (*Cic.*), consiliator (*Plin.*) = *consigliere, assistente.*

— *Assistente Medico:* Medicus assidens; medicus auxiliarius, *vel* auxiliaris.

— *Assistente Ecclesiastico:* Sacerdos consiliarius, *vel* consulens, *vel* assidens, *vel* curator (*Assistente ecclesiastico in genere*). - Sacerdos consiliarius sodalitatis ab Actione Catholica (*Assistente Eccles. dell'Azione Cattolica*); *vel* sacerdos Actionis Catholicae sodalibus consulens, assidens; *vel* sacerdos consociationis curator Actioni Catholicae provehendae; *vel* sacerdos Actionis Catholicae societati consiliarius addictus; *vel* sacerdos Actionis Catholicae sociis (sodalibus) addictus.

— Sacerdos catholicorum juvenum sodalitatis (societatis) curator (*Assistente Eccles. associazione giovanile cattolica maschile*); *vel* sacerdos catholicorum juvenum sodalitatis consiliarius; *vel* sacerdos catholicorum juvenum sodalitati consulens, assidens; *vel* sacerdos catholicorum juvenum societati addictus.

— Sacerdos hominibus assidens (*vel* consulens) in Actionis Catholicae agminibus militantibus (*Assistente Eccl. associazione uomini cattolici*); sacerdos mulieribus consulens (*vel* assidens) Actionis Catholicae societati addictis (*Assistente Eccl. associazione donne cattoliche*); sacerdos puellis consulens (assidens) in Actionis Catholicae societatem adscitis (*Assistente Eccles. associazione delle giovani cattoliche*).

— *Brevius dici potest:* Sacerdos consiliarius, *vel* sacerdos curator; *v. gr.* catholicorum hominum, juvenum; *vel* catholicarum mulierum, puellarum (*Assistente Eccles. uomini cattolici, giovani cattolici,* ecc.).

Assistente al Soglio, al Trono: Adstator ad Solium (*Morcelli*).
— Episcopus ad Pontificium Solium adstator, oris; *vel* Episcopus ad Solium Pontificis Maximi adstator; *vel* Episcopus Solio Pontificio adstans, ad Solium Pontificium adstans, ad Solium Pontificis Maximi adstans (*Vescovo assistente al Soglio*).
— Stator proximus a Solio Pontificis Maximi (*Morcelli: Principe assistente al Soglio Pontificio*); *vel* Princeps stator proximus a Solio Pontificis Maximi; *vel* Princeps ad Pontificium Solium adstans, Pontificio Solio adstans, ad Solium Pontificis Maximi adstans.

Assólo - Assolista: *V. Solista.*

Assoluto - Relativo: Simplex, proprius (*assoluto*); cum aliis comparatus (*relativo*); v. g. modo simplici ac proprio (*in modo assoluto*). - Summum imperium (*Cic. = potere supremo, potere assoluto*); infinita, *vel* immoderata potestas; summa imperii (*Caes.-Nep. = potere supremo, comando supremo*); imperium infinitum (*Cic.*), potestas infinita (*Cic. = potere illimitato, assoluto*). - Non autem hac significatione usurpari potest adjectivum « absolutus, a, um » (*= completo, perfetto*).
— *In senso assoluto... o relativo:* Simpliciter aut comparate (*Cic.*); « Cum quaeritur quale quid sit, aut simpliciter quaeritur, aut comparate: simpliciter, expetenda ne sit gloria; comparate, praeponenda ne sit divitiis gloria » (*Cic., Top.* 22).
— *Relativo:* Pertinens ad ... attinens ad ... (*relativo a ...*). - Comparatus cum aliquo, cum aliqua re (*paragonato a ... in relazione a ...*). - Ceterorum (ceterarum rerum) collatione (comparatione) aestimatus (*in relazione alle altre cose*). - Relativus, a, um (*Priscian. term. gram.*); v. g. pronomen relativum. - Modus incertus (*mezzo relativo*). - Celeritas, quae pro ceterorum (ceterarum rerum) celeritate aestimatur (*velocità relativa*). - Notiones, quae collatione habita (*vel* comparatione habita) intelleguntur (*idee relative*). - Haec omnia magis ex aliorum comparatione, quam ipsa per se dignosci atque intellegi possunt (*Queste cose si possono conoscere piuttosto in modo relativo, che assoluto*). - Ut cuiusque hominis condicio et fortuna est, ita dives et pauper dici potest (*la ricchezza e la povertà sono cose relative*).
— *V. Relativamente.*

Assunta - Assunzione: Caelestis Regina sideribus recepta (*Morcelli*) = *M. V. Assunta in cielo.*
— Deipara Virgo caelo recepta.

— Sollemnia honori caelestis Reginae caelo receptae (*Festa dell'Assunta*).

Asta: Hasta, ae - Licitatio, onis - Auctio, onis, f. - Hasta venditionis - Auctionem facere (*Cic.* = *vendere all'asta*) - Auctionari (*Idem*). - Hasta posita, bona vendere (*Cic.*, *De Off.*, II, c. 8) - Ius hastae (*Diritto di vendere all'asta*) - Sub hasta vendere (*Liv.*) - Hastae subicere (*Suet.*).

Astrazione e astratto: Animi evagatio, animi alienatio (*Vallauri*) - Universalis notio (*idea astratta*) - Reconditae subtilioresque notiones (*nozioni astratte*) - Reconditae subtilioresque disciplinae (*scienze astratte*); *vel* ratiocinantis mentis disciplinae; *vel* mentis a rerum concretione revocatae (*vel* abstractae) ratiocinatio.

— Re postposita, *vel* re posthabita (*fatto astrazione da una cosa*) - Sevocatus, *vel* abstractus, *vel* sejunctus a sensibus (*astratto*) - Res neque visu, neque tactu manifestae, sed quae a ratiocinante mente solummodo attingi possunt (*cose astratte*); *vel* ratiocinantis mentis species; mentis ratiocinantis formae.

— « ... Qui — ut rudes sunt atque inculti — sive a rerum concretione enitendo ratiocinandoque discedere, sive ex causis earum effectus eruere, vel nolunt, vel saltem nequeunt » (*Acta Ap. Sed.* 1936, p. 255: *le persone rudi e incolte non vogliono, o almeno non possono procedere per astrazione o deduzione*).

Astronomia - Astronomo - Astronomico: Sideralis scientia (*Plin.*), *vel* disciplina. - Spectandorum siderum disciplina, *vel* ars.

— *Graece:* Astrologia, ae (*Cic.*). « Eudoxius Platonis auditor, in astrologia facile princeps » (*Cic.*, *Divin.* II, 42). - Astronomia, ae (*Senec.-Petron.*) - Mathematica, *vel* mathematice, es, f. (*Senec. et a.* = *matematica ed anche astronomia, astrologia*).

— Siderum computator (*astronomo*); *vel* caeli siderumque spectator; spectandis sideribus peritus, peritissimus; astronomiae peritus; astronomiae cultor, doctor, studiosus, studiosissimus. - Astrologus, i, m. (*Cic.* = *astrologo, astronomo*); Astronomus, i, m. (*Firmic. Mat.*); mathematicus, i, m. (*Cic.-Tac.* = *astronomo, astrologo, matematico*). - Spectandorum siderum arte pollere (*essere un valente astronomo*).

— Ad sideralem disciplinam (*vel* ad sideralem rationem) pertinens, attinens (*astronomico*) - *Graece:* Astronomicus, a, um (*Hyg.*).

Asunción: Assumptionopolis (*Capitale del Paraguay. - Lat. di Curia*).

Atavismo: Indoles ex atavis accepta, orta, habita, suscepta; peculia-

ris indoles ac natura ex avis (atavis) suscepta, habita, orta. - Atavismus qui audit (*vel* quem vocant, qui dicitur).

Ateismo: Nulla religio - Dei negatio - Dei infitiatio - Deum esse negàre, *vel* infitiari (*professare l'ateismo*) - Atheismus qui audit; *vel* quem vocant.

Ateismo di Stato: Nulla Civitatis religio; nulla rei publicae religio; res publica a religione aliena; res publica religionem repulsans, *vel* repudians; religio a rei publicae institutis (legibus, moderatoribus) rejecta. - « Atheam esse rem publicam oportere; in variis religionis formis nullam esse causam, cur alia alii anteponatur: eodem omnes loco habendas » (*Acta Leonis* 1884, p. 58).

Ateneo: *V. Università.*

Ateo: Dei infitiator; Dei infitiator et osor; impius. - Atheus (ἄθεος) - Deum esse negare; Deum esse infitiari (*essere ateo*).

Atmosfera: Aër purus et tenuis (*Cic., Nat. Deor.* II, 16 = *atmosfera pura e leggera*) - Aër crassus (*Cic., Acad. pr.* II, 22 = *aria densa*) - Gravitas caeli (*Cic., Att.* XI, 22 = *aria pesante*) - Aër temperatus (*Cic., Div.* II, 42 = *clima temperato*) - Caelum tenue purumque et propterea salubre (*Cic., Div.* I, 57) - *Aër* terrae circumjectus, *vel* circumfusus (*atmosfera*) - Liberiore caelo frui (*godere più pura atmosfera*) - Eodem caelo frui (*vivere nella stessa atmosfera*) - Inquinato vitiis aëre afflari (translata verbi significatione: = *atmosfera viziata*).

Atomico: Atomicus, a, um (*vox gr.*). - Vis atomica (*energia atomica, energia nucleare*).

— *Bomba atomica:* Pyrobolum atomicum, *vel* pyrobolus atomicus; globus atomica vi displodens. - *V. Bomba.*

— Adjectivum « atomicus, a, um » id per se indicat, quod dividi non potest (*alfa privativa e* τέμνω = *divido*).

Atomismo: Doctrina, quae ex atomorum coagmentatione omnia constare retinet; doctrina, quae in atomorum coacervationem redigit omnia. - Atomismus qui dicitur (*vel* qui audit, *vel* quem vocant). - « Atomos, quas appellat... censet... ita ferri, ut concussionibus inter se cohaerescant, ex quo efficiantur ea, quae sint, quaeque cernantur, omnia » (*Cf. Cic., De Fin.* I, 6, 17).

Atomo: Corpusculum individuum; corpusculum insecabile.

— *E graeco fonte:* atomus, i, f. (*Cic. et a.*). - « Ille atomos, quas appellat, id est corpora individua... » (*Cic., Fin.* I, 17). « In hac immensitate infinita vis volitat atomorum, quae, interjecto inani, cohaerescunt tamen inter se, et aliae alias apprehendentes, conti-

nuantur » (*Cic., Nat. D.*, I, 20). « Insecabilia corpora » (*Vitruv.* II, 2).

— Vocabulum, ex graeco ductum, atómos, *vel* atomus, i, f. id per se significat, quod separari non potest (*alfa privativa e τέμνω = divido*).

Atonia: Torpor, oris; stomachi inertia, *vel* resolutio (*Cels.*); stomachus torpens, flaccus, flaccidus, enervatus (*atonia di stomaco*). « Vulgatissimum pessimumque stomachi vitium est resolutio, id est cum cibi tenax non est » (*Cels.* IV, 5 = *atonia gravissima con vomito*). — *Graece:* atonia, ae (ἀτονία).

Attaché: (*parola francese = addetto*) Publicae Legationi addictus (*Addetto di Legazione*). - Sacro Consilio addictus publicis accurandis Ecclesiae negotiis (*Addetto della Segreteria di Stato*).

Atteggiarsi a ... (*più rettamente: darsi l'aria di ...*): Simulare aliquid, v. g. simulare aegrum (*Liv. = atteggiarsi ad ammalato*); simulare apostolos Christi (*atteggiarsi ad apostoli di Cristo*).

Attendibile: Propius fidem. « Invenio apud quosdam, idque propius fidem est ... » (*Liv.* II, 41) = *Trovo presso alcuni, e ciò è molto attendibile, che ...*

— Credibilis (*contra:* incredibilis, *vel:* supra quam cuipiam credibile est).

— Veri similis, e; veri simillimum (*Cic.*); similia veri, *vel* vero (*Liv. = cose verosimili, attendibili*).

Attenersi a ...: Judicio alicujus stare (*attenersi al giudizio di uno*) - Stare ab aliquo, *vel* esse ab aliquo (*Cic. = Attenersi al partito, alla dottrina ... di uno*); v. g. stare a se potiusquam ab adversariis (*Cic.*); erat ab Aristotele (*Cic. = era un aristotelico*). - Stare cum aliquo (*Cic.-Liv.*); stare pro aliquo (*Liv.-Quint.*). - Temporum ordinem servare (*attenersi all'ordine cronologico*).

Attillato: Totus de capsula. - Compositus; comptus; elegans; bellus. - *V. Cassa.*

Attivo: Industrius, navus, adsiduus, impiger, operosus.

— Activus (*contra:* contemplativus). Haec adjectiva verba a Seneca et a Quintiliano usurpantur solummodo, cum de rebus philosophicis agitur: « Philosophia autem et contemplativa est et activa: spectat simulque agit » (*Sen., Ep.* 95). « Hi thesin a causa sic distinguunt, ut illa sit spectativae partis, haec activae » (*Quintil.* III, 5). - Verbum agens, verbum patiendi (*Gram.: verbo attivo-passivo*).

— Actio vitae (*Cic., De off.* I, 5 = *vita attiva*).

Atto notarile: *V. Rogito.*

Attrattiva: Illecebra; v. g. peccandi illecebra (*Cic.*); vitiorum illecebris se dedere (*Cic.*) Vox « illecebra » interdum, sed raro, bona cum significatione sumitur; e. g. « Suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus » (*Cic., Somn. Scip.* 7) - Invitamentum; incitamentum; suavitas; dulcedo; v. g. gloriae, orationis suavitas, dulcedo.

Attuale: *V. Virtuale.*

Attuare: Efficere - Aliquid ad effectum, *vel* ad exitum, *vel* ad rem deducere, adducere (*Cic. et al.*).

Augusto – **Augusteo:** I. Augustus, a, um (*augusto, venerabile, sacro*) - Augustior - Augustissimus (*Liv.*).

II. Augustus, a, um (*di Augusto Imperatore*) - Pax augusta - Mensis augustus - Domus augusta - Forum augustum - Aqua augusta (ab Augusto Imp. Romam perducta) - Aetas augusta (*Ovid.-Plin.-Tacit.-Suet.*). - Mausoleum augustum (*Cf. Suet., Aug.* 100), *vel* Augusteum, i, n. (*Inscript. antiq.*) = *l'Augusteo.*

III. Augusteus, a, um (*vox est dubia apud Suet., Claud.* 11) - Augustanus, a, um (*Tacit., Ann.* XIV, 15, *de Nerone*) - Augustianus (*Suet., Ner.*, 25).

Aula – **Sala:** I. Oecus, i, m. (*Vitruv.-Plin. = sala per adunanze, convivi,* ecc.) vox est e graeco fonte ducta. - Spectabilis magnitudine oecus (*magnifico salone*) - « In his oecis fiunt convivia » (*Plin.: sala da pranzo*).

II. Triclinium, ii, n. (*Cic.: sala da pranzo*).

III. Exedra, ae, f. (*Cic. = sala da conversazioni, discussioni ..., scoperta o coperta, circondata da sedili o da portici, peristilii,* etc.). - Exedrium, ii, n., *vel* parva exedra (*salotto*).

IV. Conclave, is, n. (*stanza*) - Conclave magnum, *vel* maximum (*Morcelli: sala*).

V. Auditorium, i, n. (*sala per scuola, per audizioni, adunanze dotte* etc.). Cf. *Quintil.* II, 11 et X, 1 - *Suet., Tiber.* 11 - *Paul., Dig.* XXXXIX, 9, 1. - Auditorium Principis (*Ulp.* IV, 4, 18: *sala d'udienza*).

VI. Atrium, ii, n. (*Cic. et a.*). Quod idem non est ac vestibulum, ut Gellius monet (XVI, 5); sed interior domus pars, saepe porticibus cincta, interdum tecta, interdum vero aream habens sub diu patentem. In atrio servari solebant majorum imagines, vel tabulae pictae et aliae pretiosae supellectiles, quibus custodiendis servus atriensis praeerat (*Cf. Forcellini*). Haud satis recte igi-

tur nonnulli (Cf.*Goelzer: Nouveau Dictionnaire Français-Latin, v. salle*) hoc vocabulum proponunt ad conclave illud significandum, quod nos *sala* vocamus.

VII. Sellaria, ae, f. (*Plin.* XXXVI, 111 - *Suet., Tib.* 43), seu conclave in quo sellae, vel ampliores sedes disponuntur.

VIII. A nonnullis (Cf.*Lexicon Epigr. Morcellinianum,* vol. IV, 212) hac eadem significatione « aula » quoque usurpatur. Attamen hoc vocabulum significat *cortile* (cavaedium), *corte, reggia.* Usurpari igitur potest solummodo, cum agitur de auditorio Principis (*sala d'udienza del Sovrano*), vel de ipsa domo regia (*abitazione reale o Corte reale*).

— Aula Judiciorum (*Morcelli: sala o corte del tribunale*) - Magnum a centum diebus conclave (*sala dei 100 giorni nella Cancelleria Apost.*) — Conclave diagrammatum (*Morcelli: sala dei disegni*) - Chalcidicum, calchidicum, chalchidicum magnum Bibliothecae Vaticanae (*Morcelli: aula magna della Biblioteca Vaticana*).

— *V. vol. I, pag.* 93, 197 *seq.*

Aureola: Aureola corona - Adjectivum « aureolus, a, um » (*color d'oro, ornato d'oro, aureo*) legitur apud Plautum, Varronem et alios.

— Corona nitens, fulgens, renidens, refulgens. - Lucis corona. - Gloriae laudibus florere (*essere circondato da un'aureola di gloria*).

— Nimbus, i, m.; quae vox (= *nembo, tempesta*) apud Virgilium et al. significat etiam *nube luminosa e raggiante.*

Australia: Australasia, ae, f. (*Lat. di Curia*).

Autambulanza - Autocarro: *V. Automobile.*

Autenticare: *V. Ratificare.*

Autenticazione: *V. Ratifica.*

Autista: Autoraedarius, i, m. (*conduttore di automobile*). « Raedarius » (*colui che guida la* raeda) legitur apud *Cic., Mil.* 29.

— Ductor machinarius. Adjectivum « machinarius, a, um » vox est serioris latinitatis (*Apul.-Ulp. et a.*).

— *V. vol. I, pag.* 137.

Autobiografia: *V. Biografia.*

Autoblinda: Autocurrus loricatus; automatarius currus loricatus.

Autocarro: *V. Automobile.*

Autogiro: *V. Elicottero.*

Autografo - Chirografo: Mea, tua sua ... manu scriptus. - *Graece:* Autographus, a, um (*Suet., Aug.* 71 et 87); v. g. epistula, litterae.

— Chirographum, i, n. (*Cic. et a.*); *vel* chirographus, i, m. (*scritto a mano, manoscritto, ed anche obbligazione, cambiale* (*Suet. et a.*).

Automa: Automatum (*Suet., Claud.* 34); automatón, i, n. (*Petron.*). - Se ipse movens; *vel* se ipsum movens.

Automatico: Machinalis, e (*Plin.* VII, 37, 38 = *meccanico, fatto a macchina, attinente a una macchina*).

— Automatárius, a, um (*Paul., Dig.* 30, 41 *ad finem* = *che si muove da sè*).

Automobile - Autoveicolo: Automatum, i, *vel* automaton, i, n. (*Suet., Claud.* 34), seu machina, quae interno machinamento sua sponte movetur (Cf. *Forcellini*). Quod vocabulum - ni fallor - ad hanc rem significandam primus invexit Josephus Bonavenia e Soc. Jesu (Cf. « *Alma Roma* » *comment.* a. 1939, p. 65).

— Autocinetum, i, n. (*P. Lorenzo Rocci: Nuove favole latine*, p. 1 *et al.*) - Haec vox, item e graeco fonte derivata, fere idem significat ac automatum. Attamen, dum automatum usurpatur a Suetonio (*Claud.* 34,), autocinetum a nemine e latinitatis scriptoribus adhibetur.

— A nonnullis ponitur: automobilis raeda, automobilis currus etc... - Adjectivum tamen « automobilis, e », partim ex graeca, partim ex latina lingua ductum, e latinitatis scriptoribus usurpatur a nemine. Ceterum vide quod de hisce vocabulis, quae grammatici hybrida vocant, ad vocem *Arciduca* scripsimus.

— Aptius dicitur: automataria raeda (*automobile*) - automataria carruca (*automobile berlina di lusso*) - automatarius currus (*autocarro, camion*).

— Covinus automatarius (*autocarro militare, carro armato*). Covinus, i, m. genus erat vehiculi, quo in bello utebantur Britanni et Belgae, eius axes falcibus armantes, ut Mela III, 6 docet; quamobrem milites, ejusmodi subvecti curru, in media agmina ad hostes interimendos irruebant - Automatarius covinus ignivomus (*carro armato*); *vel* covinus ignivomus; *vel* automatarius currus ignivomus; *vel* currus ignivomus.

— Automatarium petoritum, *vel* petorritum (*torpedone*). « Petoritum, *vel* « petorritum » genus erat vehiculi (*Hor.-Plin.*), quod videtur quattuor habuisse rotas.

— Automatarius, a, um, invenitur apud Paul. (*Dig.* 30,l. 41), Ulp. et inscript. antiq.; idque significat, quod, interna machinatione actum, sponte sua movetur.

— Motoria rheda (*I. Bennini, Inscript.* II, 35). Adjectivum « motorius a, um » invenitur apud Tertullianum (*Anim.* 14).

— Autoraeda, ae, f. (*automobile*) - autocurrus, us, m. (*autocarro*) - autovehiculum, i, m. (*autoveicolo*) - autoarcera, ae, f. *vel aptius:* automataria arcera (*autoambulanza*). Arcera, ae (*Varr., L. L.* IV, 31 *ad finem*) significat plaustrum tectum undique, quo senes et aegroti cubantes vectebantur (Cf. *Forcellini*).

— Autochamulcus, *vel* aptius: automatarius chamulcus (*camion;* Cf. *Ammian.* 17, 4).

— Autoraedarius, i, m. (*autista, conduttore di automobile*). « Raedarius » (*cocchiere, colui che guida la* raeda) legitur apud Cic., Mil. 29.

— Rotula moderatrix, icis (*volante dell'automobile*); moderatrix automatariae raedae rotula. - Automatariae raedae fenestella (*finestrino dell'automobile*). - Automatariae raedae ostiolum (*sportello o porticina dell'automobile*). « Ostiolum » legitur apud Plinium. - Automatariae raedae machinamentum, *vel* machinatio (*motore dell'automobile*).

— Sufflamen, inis, n. (*freno*). Haec vox (*Juven.*, VIII, 148) significat *freno a scarpa per arrestare le ruote*). - Sufflaminare rotam (*Sen., Apoc.* XIV. 3) = *frenare la ruota.*

— *Automobile staffetta: V. Staffetta.*

— *Pneumatici: V. Pneumatico.*

— *Copertone: V. Gomma.*

— *V. vol. I, pag.* 76, 110, 137, 249.

Autonomia: Suis legibus vivendi potestas (*Forcellini*). - Suis legibus vivere; suis legibus esse (*avere l'autonomia*); sui juris esse (*Cic. et Senec.* = *esser padrone di sè, non dipendere da altri*); aliquem proprii juris facere (*Justin.* = *rendere uno autonomo, o indipendente*); aliquem sui juris facere (*Vell.* II, 69 = *rendersi alcuno soggetto, togliergli l'autonomia*). - *V. Indipendenza.*

— *Graece:* Autonomia, ae, f. (ἀυτονομία). Haec tamen vox in Lexico Forcelliniano ponitur inter vocabula « a nobis improbata et expulsa ».

Autonomo: Nulli subjectus (*Forcellini*); nullius potestati obnoxius.

— *Graece:* Autonomus, a, um (ἀυτονόμος). Haec tamen vox in Lex. Forcell. improbatur.

Autoparco: *V. Autorimessa.*

Autore – Scrittore: I. Scriptor, oris, significat vel qui alius opera scribit ut amanuensis, scriptor librarius, servus a manu; vel qui

propria, ut « bonarum artium scriptores » (*Cic.*), ut optimi scriptores (*i classici*), ut rerum scriptores (*Liv.: storici*), vel historiarum scriptores (*Quintil.*).

II. Auctor, oris, interdum eodem sensu accipitur ac scriptor, ut v. g. versus sine auctore (*Suet. = anonimo*); auctor carminis (*Horat.*); haudquaquam spernendus auctor (*Liv.*); discrepat inter auctores (*Liv. = vi è discrepanza fra gli storici*); auctor bonus, optimus, locuples, fide dignus (*Cic.*); latinitatis auctor (*Cic.*); optimus latinitatis auctor (*classico latino*).

— Saepius tamen significat *causa, inventore, fondatore, fabbricatore, consigliere;* v. g. auctor vulneris, necis, mortis, sceleris, urbis, acceptae dignitatis etc.; alicui auctorem esse ut ... vel cum genet. v. g. pacis), vel cum inf., vel ad aliquid faciendum (= *consigliare uno a ...*).

Autorimessa: Tabernaculum automatariis vehiculis adservandis - Tabernaculum automatariis raedis adservandis. - Tabernaculum autovehiculis adservandis. - Autoraedarum statio. - Autovehiculorum statio.

— *V. vol. I, pag.* 110.

Autorizzare: Facultatem facere, *vel* dare, *vel* concedere.

— Dare alicui facultatem ad dicendum (*Cic.*).

— Facere alicui facultatem judicandi (*Idem*).

— Alicui facultatem dare, facere, concedere ut ... (*Cic. et a.*).

Autoscafo: Automataria scapha; navigium automatarium, *vel* automataria linter, tris, f. - Scapha, ae, f. habetur apud *Cic.* (*Invent.* II, 51), unde automataria scapha, *vel, si mavis,* autoscapha.

— *V. Motoscafo.*

Autotreno: Automatarium plaustrum; *vel* sarracum automatarium; *vel* autoplaustrum; autosarracum. - Voces « plaustrum » et « sarracum » significant genus vehiculi magnis oneribus ferendis (*Cic. et a.*) - Non autem, ut nonnulli ponunt, « autotrahea », quia « trahea, ae, f. » (*Virg. et a.*) significat *treggia, slitta, o traino senza ruote.*

Autoveicolo: *V. Automobile.*

Autrice: Auctor, oris, f.; haec vox est communis generis (*Cic. et a.*). - Femina auctor mortis (*Liv.*).

— Auctrix, icis, f. vox est cadentis latinitatis.

— Mulier auctor; *vel* mulier scriptorum, carminum ... auctor (*scrittrice*).

Avallare - Avallo: Syngraphae alterum subscribere nomen cautio-

nis gratiâ (*avallare una cambiale, cioè appore la seconda firma di sicurtà*). - Alterius nominis subscriptio in syngrapha cautionis causâ (*avallo di una cambiale*). - Cf. Facere cautionem pecuniarum (*Cic.* = *fare sicurtà per una somma*); exigere cautionem ab aliquo (*Suet.*); cautionem offerre, interponere, polliceri (*Dig.*).

— Brevius dici potest: Syngraphae cautionem facere; syngraphae cautionem interponere.

Avana: Habana, ae, f. (*Capitale dell'isola di Cuba. - Lat. di Curia*).

Avanguardia: *V. Guardia, in fine.*

Ave Maria: Salutatio angelica (*preghiera dell'Ave Maria*). - Matutinae (vespertinae) precationis sonitus (*suono dell'Ave Maria*). - Marialis coronae globulus, *vel* granum (*un'Ave Maria o grano della corona*).

Aviazione: Aëria classis.

— Aëriae Italorum naves, *vel* Italiae aëronautae igneis globis (*vel* incendiariis missilibus, *vel* ignivomis glandibus) oppidum verberarunt (*L'aviazione italiana ha bombardato* etc. ...).

— Aëriae classis Praefectus (*Comandante dell'aviazione*). - Aëriae classis Administer, *vel* Ab aëria classe (classi) Administer (*Ministro dell'Aviazione*) - *V. Areonautica e Areoplano.*

Aviere - Aviatore: I. Viator aërius - Aërius nauta - Aëronauta, ae, m. (*Aviatore in genere*).

— Aëronauta marconigrammatis addictus (*Aviatore marconista*); *vel* aërius nauta marconigrammatis addictus. - Ad hybridas ejusmodi voces quod attinet, ea confer, quae ad vocabulum *Arciduca* notavimus.

II. Miles aëriae classi addictus (*aviere militare in genere*); *vel* miles aëronavium classi addictus. - Delectus miles aëriae classi addictus (*primo aviere*); aëriae classis miles marconigrammatis addictus (*aviere marconista*); aëronauta primi ordinis (*primo pilota*); aëronauta secundi ordinis (*secondo pilota*); miles machinamento velivoli addictus (*motorista*), *vel* aëronauta machinamento velivoli addictus; aëronauta photographicae arti addictus (*aviere fotografo*); aëronauta armis addictus (*armiere*); artifices, *vel* opifices aëriae classi addicti (*specialisti montatori e vari armieri*).

Avvicinarsi a ...: Prope, *vel* propius, *vel* proxime accedere ad ...

— Applicare se, *vel* animum ad ... (*Cic.*); v. g. se propius ad multitudinem applicare (*Avvicinarsi maggiormente al popolo per comprenderlo, aiutarlo ...*). - « Prodire in populum, in eoque salutariter versari opportunum esse, prout res sunt ac tempora, non

semel Nobis, homines e clero allocutis, visum est affirmare » (*Acta Leonis* 1901, p. 17, *Enc.* « *Graves de communi* »).

Avvilimento – Viltà: I. Animi abjectio (*Cic.*); v. g. debilitatio atque abjectio animi (*Cic., Pis.* 88 = *avvilimento e scoraggiamento dell'animo*); abjectus animus (*Cic. et al.*); jacens animus (*Cic. et al.*); animum jacentem excitare (*sollevare dall'avvilimento o scoraggiamento*).

II. Turpitudo; probrum; dedecus; flagitium; animi turpitudo, dedecus, ignavia (*viltà d'animo*); ignobilitas; ignominia.

— Vilitas, atis, f. quae tamen vox significat *basso prezzo, buon mercato,* v. g. annonae vilitas (*Cic. et al.* - *Contra*: annonae caritas = *alto prezzo*); itemque significat *dispregio, poco pregio di sè o di un altro;* v. g. « in nullo deprehendes vilitatem sui, ne neglegentiam quidem » (*Cf. Senec., Clem.* I, 4 - *Cf. etiam Ep.* 121).

Avvilire: Deprimere; v. g. animos deprimere (*Plin.*); aliquem *vel* aliquid per contemptionem deprimere (*Cic. et al.* = *screditare*).

— Frangere (*Cic. et al.* = *umiliare, avvilire, scoraggiare*). - Abicere; v. g. se, aliquem, animum abicere (*Cic. et al.* = *demoralizzare, umiliare, avvilire*).

— Dedecoris labe (macula, nota) aliquem afficere; turpitudinis nota aliquem afficere; dedecoris (turpitudinis) notam alicui inurere (*bollare uno col marchio della viltà o del disonore*).

Avvilirsi: I. *Nel senso di scoraggiarsi: V. Svenirsi, Scoraggirsi, Smarrirsi.*

II. Dedecoris macula se inficere (*macchiarsi di viltà, di disonore*); *vel* turpitudinis macula (labe, nota) se inficere. - Dedecoris (turpitudinis) notam sibi inurere.

Avvocato: I. Actor, oris, *vel* causarum actor, oris (*Cic. et a.*), est qui causas agit (*avvocato, procuratore, colui che intenta processo e ne è esecutore, ordinariamente nei processi criminali, talora anche nelle cause civili*).

II. Causidicus, i, item significat, qui causas agit; saepe tamen indicat *avvocato da strapazzo* (*Cic. et a.*).

III. Patronus, i, *vel* patronus causae (*Cic. et a.*), est qui causam dicit et in judicio defendit, causidicum et oratorem agens. « Patronum causae dare aliquem » (*Cic.*). « Huic causae patronum exsistere » (*Id.*).

IV. Advocatus, i; hoc nomine, Ciceronis tempore, « significacabatur non is, qui causam agebat, sed is tantummodo, qui advocabatur ut consilio et... quacumque alia ratione in judicio cau-

sam juvaret, jus suggereret etc. » (*Forcellini*). - Deinde vero haec vox idem significavit ac causae patronum, causidicum, oratorem (*Quint., Plin. et a.*).

— Advocatus ad lites et maleficia (*Morcelli*: *avvocato civile e criminale*).

— Advocatus sacri Consistorii (*Idem: avvocato concistoriale*).

— Advocatus fisci (*Id.: avvocato del fisco*).

— Advocatus plebis (*Id.*: *avvocato dei poveri*).

V. Juris cognitor - Juris peritus (*Cic. et a.*). - Juris consultus, *vel* jure consultus (*Cic. et a.* = *Giureconsulto, dott. in legge*). - Legulejus (*Cic. et a.* = *Avvocato cavillatore, leguleio*).

VI. Defensor, oris (*avvocato difensore*). « Actor hic defensorque causae meae » (*Cic.*). « Adoptare sibi aliquem defensorem sui juris » (*Idem*). - « Constituere alicui defensorem » (*Idem*).

— Causam agere, *vel* causam dicere pro aliquo, de aliqua re (*Cic.* = *fungere da avvocato per uno*).

Azienda: Administratio - procuratio; v. g. administratio, *vel* procuratio rei domesticae (*Azienda domestica*); rei frumentariae, rei oleariae, rei caseariae, rei linteariae, rei sagariae etc. (*Azienda di frumento, di olio, di formaggi, di biancheria, di stoffe*).

Azione - Azionista: Collocatae pecuniae syngrapha (*azione in senso commerciale*) - Collocatae pecuniae syngraphae (*vel* syngrapharum) dominus (*azionista*). - *Cf.* « collocare pecuniam » *vel* « collocare pecuniam in aliqua re » (*Cic. et a.*) = *investire denaro in una cosa.*

— *V. Buono II.*

— *Società per azioni, o di azionisti:* Societas collocatae pecuniae syngraphis coalescens; societas collocatae pecuniae dominis coalescens; societas publicis nominibus coalescens. - *V. Obbligazione II.*

B

Baccellierato - Baccelliere: Prima laurea (*Fornari, Parvum antibarbarum* = *Baccellierato*) - Prima laurea donatus (*Idem* = *Baccelliere*) - Baccalaureatus, us, m. (*Vallauri: Baccellierato*). - Baccalaureus, i (*Mariano: Baccelliere*). Quae tamen vocabula « baccalaureatus », « baccalaureus » sunt barbarae latinitatis.

Bacchetta magica: Virgula divina (*Cic., De Off.* I, 44): « Quod si

omnia nobis, quae ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut aiunt, suppeditarentur ».

Bacchettoneria – Bacchettone – Baciapile: Superstitio, onis (*Cic. et a.*) - Superstitiosae (*vel* impensae) pietatis ostentatio. - Superstitiosae (*vel* impensae) pietatis ostentator. - Adjectivum « superstitiosus, ā, um » usurpatur a Cic. e a Liv.

Bachicultura – Bachicultore: Bombycum cultura (*bachicultura*) - Bombycum cultor (*bachicultore*).

Bacillo: Corpusculum bacilli formam habens; bacillum, i, n.; microbacillum (*bastoncino microscopico*). Haec vox, quamvis hybrida, seu partim ex graeco, partim ex latino fonte derivata, videtur rem satis apte significare. - Tiphi bacilla (*Luciano = bacilli del tifo*); *vel* tiphi microbacilla. - *V. Batterio e Microscopio.*

Badessa: *V. Abbadessa.*

Badia: *V. Abbazia.*

Baffi: Superioris labri pili; superiora labra pilosa. - Faciem radere praeter labrum (*lasciarsi i baffi*). - Superioris labri pili succrescunt (*crescono i baffi*). - Occulte ridere; *vel* occulte subridere; occultare risum; tecte subridere (*ridere sotto i baffi*). - Risus occultatio (*riso sotto i baffi*). - A nonnullis hac significatione perperam ponitur: ridere in stomacho (*Cic. = ridere con la rabbia in cuore*).

Bagarino – Bagarinaggio: (*voce dialettale romana = chi fa incetta per rialzare i prezzi; l'incetta stessa*). *V. Accaparratore - Accaparramento - Mercato nero.*

Bagdad: Babylon, onis, f. (*= Babilonia; corrisponde forse all'attuale Bagdad, capitale dell'Iraq*).

Bagnasciuga: (*parte della nave, che è a fior d'acqua*) Immersionis limes (itis) in navibus; demersionis limes in navibus. - Voces tamen « immersio » (*Arnob.*) et « demersio » (*Macrob.*) serioris sunt latinitatis.

Bagno a doccia: Balneae pensiles (*f. pl.*).

Baie – Freddure: Jocularia, ium, n. (*Liv., Hor. et a.*) - Ridiculum, i, n. (*Cic. et a.*) - Sententiose ridicula dicere (*Cic.*) - Nugae, ineptiae - Campas dicere (*Plaut., Truc.* V, 50). - Aliquem ludibrio habere (*dar la baia a uno*) - *V. Freddura - Freddurista.*

Baionetta: Mucro, onis, m. (*Vallauri*) - Cuspis, idis, f.; mucro et cuspis fere idem significant (*punta acuminata*).

— Framea, ae, f. Ita habet Tacitus (*Germ.* VI): « Hastas, vel ipsorum vocabulo, frameas gerunt, angusto et brevi ferro; sed ita

acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent ».

— Cuspidem praefigere (*Georges-Calonghi: innestare la baionetta*) - Infestis cuspidibus concurrere (*Id.: assaltare alla baionetta*). - Cuspide, manuballistae ignivomae praefixa, hostes petere, lacessere, profligare (*innestare la baionetta sul fucile, assalire, inseguire, sbaragliare il nemico*).

Balaustrata: Lorica, ae, f. - Loricae septum, i, n. - Haec vox non modo significat munimentum pectoris et laterum (*corazza*) aliaque munimenta bellica (*trincea, baluardo*) ut videre est apud Cic., Caes., Tacit., Veget., sed quaelibet etiam septa, quibus res circumdatur, munitur, protegitur (*parapetto, riparo, balaustra, o balaustrata*).

— « Avitum altare cum omni cultu et vetus loricae septum e marmore facienda curavit » (*Morcelli* V, 28) - « Cellam sacramenti Augusti ... lorica marmorea protegendam curavit » (*Id.* V, 21).

— Nonnulli lexicographi hoc loco ponunt: « cancellos » « clathros » *vel* « clathra »; sed hae voces indicant potius *cancello, grata, inferriata, ringhiera.*

— Apud alios legitur hoc loco: crepido, inis, f. Sed haec vox significat potius locum editiorem, vel partem loci editiorem (*parapetto o sostegno o baluardo contro le acque del mare o del fiume*); *anche base o basamento* « crepidines obelisci » (*Plin.*); vel in architectura, membra quaedam excurrentia et projecta (*Vitruv.* IV, 6); *vel* denique viae margines (*marciapiede*), ut legitur apud *Petron., Satyr.* 9: « Vidi Gitona in crepidine semitae stantem ».

Balcone – Terrazza – Loggia – Portico: Podium, ii, n., quod est pars domus extra parietem porrecta instar suggestus (*Plin., Vitruv. et a.*) - Externum Vaticanae Basilicae podium (*Loggia esterna della Basilica Vaticana*).

— Maenianum, i, n. (*Cic., Vitruv. et a.*) est « tabulatum, vel lapis extra parietem projectus et ad prospiciendum aptus » (*Forcellini*), *ballatoio, loggetta.*

— Pacem ex aedium publicarum maeniano a Deo exorato impertire (*Morcelli*) - Civitatem salutari precatione de curiae maeniano lustrare (*Idem: dare la benedizione dal balcone del palazzo pubblico*).

— Xystus, i, m. - Xystum, i, n. apud Graecos erat porticus, vel ambulatio tecta; apud Romanos vero haec vox significat ambulationes, vel gestationes in viridariis et in hortis, interdum tectas, sed ple-

rumque apertas ad apricandum, ad ambulandum, ad colloquendum (*viale - loggiato - pergolato nei giardini*).

— Peristylium, ii - Peristylum, i, n. (*Cic.-Vitruv. et a. = loggia circondata da colonne*) - Peristylia Vaticana, *vel* Peristylia Sanctiana (*Logge del Pal. Vaticano, logge di Raffaello*).

— Porticus, i, f. (*Portico*).

— Solarium, ii, m. « locus editus supra domum, lithostroto pavimento tectus, soli expositus, ad apricandum idoneus etc. » (*Forcellini*) = *terrazza nella parte superiore della casa.*

— Vox « solarium » significat etiam horologium solarium (*meridiana*).

Baldacchino: Fastigium, ii, n. (*Morcelli*) - Aeneum fastigium (*Idem: baldacchino di bronzo*) - « Sepulcrum Apostolorum fastigio aereo decoravit » (*Idem: baldacchino di bronzo sopra la Confessione in S. Pietro*) - Vocabulum « fastigium » rem apte significare Morcellianum Lexicon (*Lex. Epigr.*, vol. II) eruit ac declarat ex *Hist. Nat. Plinii* (XXXVI, c. 2, n. 2), ubi « fictilia Deorum fastigia » nihil aliud fuisse videntur « nisi aedicula, seu tegumentum aediculae, vel statuae impositum, et quattuor columnis suffultum ... » (Cf. *Murat., Inscr.*, III, p. 618).

— Tentorium, ii, n. (*Morcelli = Baldacchino di stoffa*).

— Nonnulli lexicographi hoc loco ponunt umbellam, *vel* umbraculum (*ombrello*). Alii ponunt aulaeum, i, n. (*arazzo*), *vel* peristroma, atis, n. (*tappeto - arazzo*). - Attamen, ut facile cernere est, vocabula a Morcelliano Lexico data rem melius aptiusque significant.

Balì: Eques major (*Morcelli*) - Eques major Melitensis (*Idem: Balì dell'Ordine di Malta*).

Ballatoio: *V. Balcone ecc.*

Ballottaggio: (fr. « *ballottage* »; *brutta parola, « ma non è possibile cacciarla nè con ragioni, nè con lepidezze ». Rigutini*). Altera suffragiorum latio. - « Latio suffragii » (*il votare*) legitur apud Livium IX, 43, 24 et alibi.

Ballotte: *V. Bruciate.*

Bambola: Icuncula puellaris (*Suet., Ner.* 56); imaguncula puerilis (*Idem*); pupa, ae, f. (*Varr. apud Non.* II, 675 - *Pers.* II, 70).

— *V. Burattino.*

Banca - Banchiere: Mensa argentaria; *vel:* Argentaria, ae, f. - Argentaria taberna (*Liv.*) - Mensa publica (*Banca di Stato*).

— Argentarius, ii, *vel* nummularius, ii (*Cic. et a. = banchiere*) -

Mensarius, ii (*Cassiere pubblico, magistrato adetto alla « res nummaria » Liv. et a. - Banchiere, Suet., Aug.* 4).

Bancarotta: Argentariae dissolutio. - Argentariam dissolvere (*far bancarotta da parte di una banca*); argentaria dissolvitur. - Apud Ciceronem legitur: « argentaria dissoluta ».

— Decoquere (*Cic., Phil.* II, 18); *vel* decoquere creditoribus (*Plin.*, XXXIII, 10) = *far bancarotta, fallire.* - Publici aerarii dissolutio (*bancarotta dello Stato*).

— Tabulas novas polliceri, *vel* facere etc. ... (*Sallust.-Cic. et a.*). - Id nonnulli lexicographi significare scribunt publici aerarii dissolutionem (*bancarotta di Stato*). Rem tamen valde dissimilem indicat; eo enim spectabat « ut, abolitis prioribus debitis, novae tabulae creditorum conficerentur, et ipsi a persolvendis usuris et capite liberarentur » (*Forcellini*) - « Tabulae vero novae quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? » (*Cic., Offic.* II, 23) - Quapropter ad latine reddendum « *bancarotta dello Stato* » non « tabulas novas » dixeris, sed « publici aerarii dissolutionem ». - « Tabulae novae » significant *condono e annullamento generale dei debiti passati.*

— In aere alieno vacillare (*Cic.* = *esser vicino a far bancarotta o fallimento*). - Creditores decoquendo fraudare (*far bancarotta fraudolenta*). - Creditorum fraudator (*chi fa bancarotta fraudolenta*); *vel* decoctor fraudulentus. - Suorum bonorum decoctor (*un fallito*).

— Dissolutio; eversio; ruina; naufragium (*bancarotta in senso di fallimento*); v. g. patrimonii, rei familiaris, fortunarum.

— *Bancarotta della civiltà:* Humani civilisque cultus naufragium, eversio, ruina, dissolutio.

Banda (*di suonatori*): Symphonica solidalitas; symphoniacum agmen; symphoniacorum societas, sodalitas, manus, cohors, agmen, manipulus. - Tympanotribarum, tubicinum fidicinumque sodalitas, manipulus, agmen, cohors. - Voces e graeco fonte derivatae, « symphoniacus » et « symphoniaci, orum » (*suonatori*) leguntur apud Ciceronem et alios latinitatis scriptores; « tympanotriba » (*suonatore di tamburo*) usurpatur a Plauto; « tubicen, inis » (*suonatore di strumenti a fiato, trombettiere*) habetur apud Livium et alios; « fidicen, inis » (*suonatore di strumenti a corda*) legitur apud Ciceronem et alios.

Bandita: Privatus venationis locus (*luogo di bandita*). - Venationis

vetitum (*divieto di caccia*) *vel* venationis interdictum, venationis interdictio.

— Privatum piscationis litus (*luogo di bandita per la pesca*); piscationis vetitum, interdictum, interdictio (*bandita di pesca*).

Bandito: Patriâ extorris; exsul; profugus. - Latro; praedo (*masnadiere*).

Bangalore: Bangalorium, ii, n.; *vel* Bangaloria, ae, f. (*Lat. di Curia*).

Bangkok: Bancochium, ii, n. (*capitale della Tailandia*).

Bar: (*voce inglese entrata in quasi tutte le lingue*) Taberna potoria (*Luciano, Nuovissimo Vocabolario Fraseologico Ital.-Lat.*) - Potorius, a, um (*Plin., attinente al bere*) - Taberna pytissatoria (*Mariano, Nuovo Dizionario Ital.-Lat.*). Ex verbo « pytissare » (*Terent.: centellinare*) - *V. Caffè.*

Barbacane: *V. Contrafforte.*

Barbarismo: Barbaries, ei, f. (*barbarie ed anche barbarismo, cf. Cic., Brut.* 74); barbarica nomina (*Suet., Claud.* 47); barbarismus, i, m. (Cf. *Quintil.* I, 5); barbarae voces; barbara verba; barbarica verba.

Barbarossa: Ahenobarbus (*Morcelli*), *vel* aenobarbus; e. g. Fridericus Ahenobarbus (*Federico Barbarossa*).

Baricentro (*centro di gravitazione dei corpi*): Baricentrum, i, n. - Quae quidem vox hybrida est, partim nempe ex graeco, partim ex latino fonte ducta (*βάρος = peso* - centrum = *centro*). Vide quae supra scripsimus, cum de vocabulo *arciduca* ageremus.

— *V. Centripeto e Gravitazione.*

Barnabita: Barnabites (*Morcelli*) - E Societate Pauli et Barnabae Magn. Apost. (*Idem*).

Barocco: Turgida illa (*vel* inflata illa) artis ratio, quae saeculo praesertim XVII invaluit - Ars, quam Barocam vocant; *vel* ars, quae Baroca audit - Hoc vocabulum « *Barocco* » ex illo scholasticorum philosophorum dicto derivare videtur: « *Sillogismo in Baroco* ».

Barometro: Index gravitatis (*Morcelli*) - Tubulus torricellianus (*Bazzarini-Vallauri*).

— Aëris gravitatis index.

— *Graece:* Barometrum, i, n. (*βάρος = gravità - μέτρον = misura*).

Barone - Baronia: Baro, onis - Båronatus, us (*Baronia o Baronato*); nobilis baronis dignitas, munus, dicio, regio, territorium (*dignità, giurisdizione, regione, territorio del Baronato*).

— Thomas Vallaurius in optimo ab se exarato Lexico haec habet: Optimas, atis; dynastes, ae, m. - Adlectus inter primores Romani imperii (*Barone del Romano Impero*). Fere idem habetur in Mor-

celliano Lexico. Attamen quisnam cum haec legerit, de Barone agi intellegat? Quamvis igitur Baro, onis aliam rem apud latinos significet (apud *Cic. et a.: stolto, fatuo*), nihil tamen aliud invenio ad rem clare satis indicandam. Opportunum tamen erit adjectivum « nobilis, e » adiicere, ut v. g. Nobilis Baro - Ceterum apud cadentis latinitatis scriptores haec vox « Baro, onis » aliud significat, quod non omnino alienum a re nostra videtur, ut v. g. miles strenuus, vir operosus et fortis (Cf. *Benoist et Goelzer, Nouveau Dict. Lat.-Français - Thesaurus Linguae Latinae - Forcellini, Lex.*) - Nobilis Baronis uxor, *vel* nobilis Baronis filia (*Baronessa*).

Barzelletta: *V. Freddura.*

Base - Piedistallo: Basis, is, f. - Quamvis ex graeco fonte ductum, vocabulum invenitur apud *Cic., Ovid., Vitruv.* etc. « In basi statuarum » (*Cic., Verr.* IV, 63) - « Basis columellae » (*Id., Tusc.* V, 23).

— Stylobata, ae *vel* stylobates, ae, *vel* stylobates, is, m. (*Varr.-Vitruv.* = *base di una colonna*) - « Supra stylobatas columnae disponendae » (*Vitruv.* III, 3). Vox est ex graeco fonte: στυλοβάτης.

— Quadra, ae, f. (*Vitruv.* = *base di forma quadrata*); plinthus, i, m. (*Vitruv.* = *piedistallo quadrato di una colonna*), vox est item e graeco fonte ducta.

Basilica: Basilica, ae - Sacra Aedes Princeps - Templum Maximum.

— Sacram aedem nomine et jure Basilicae donare (*dichiarare basilica*).

— Princeps Ecclesiarum Basilica, *vel* Templum Maximum in Laterano (*Morcelli: S. Giov. in Laterano*).

— Petriana Basilica, *vel* Vaticana Basilica (*Basilica di S. Pietro in Vat.*).

— Aedes Mariana Major, *vel* Templum Liberianum, *vel* Liberianum in Exquiliis Templum (*Morcelli: S. Maria Maggiore*).

— Moles augusta Basilicae Honorianae (*Morcelli: S. Paolo fuori le mura*) - Paulliana in via Ostiensi Basilica.

Bassorilievo: Caelatum opus - Vasa caelata (*Cic.*) - Caelatum aurum et argentum (*Idem*).

— Anaglyptus, a, um - Anaglypta, orum, n. pl., seu vasa caelata, apud Plinium (XXXIII, 11, 49) et apud Martialem (IV, 39 - ἀνάγλυπτα).

— Ectypus, a, um - Ectypa, orum, sunt caelatae imagines ex argilla, ut videre est apud Plin. XXXV, 12, 43; non autem *altorilievi*, ut nonnulli putant (Cf. *Forcellini*).

— Ectypae imagines, *vel* sculpturae dicuntur etiam quae in gemmis scalpro figurantur (*cammei*), ut est apud Senec., Benef. III, 26 et apud Plin. XXXVII, 10, 63 (*ἔκτυπος = figurato in rilievo*).

Battaglione: Phalanx, angis, f. (*Morcelli*). - *V. Compagnia.*

Battello sottomarino: Linter, quae proprio machinamento acta, mergi potest. - Linter, quae mersa, vel emersa, navigat. - Apud nonnullos lexicographos hoc loco legitur: subaquea linter, *vel* submarina linter, *vel* submergibilis linter, *vel* mersabilis linter - Attamen adjectiva « subaqueus » « submarinus » « submergibilis » « mersabilis » apud latinos scriptores optimos nequaquam inveniuntur.

— « Subaquaneus, a, um » legitur apud Tertullianum (*Anim.* 32). Rectius igitur dici potest: « subaquanea linter », *vel* « navigium subaquaneum ».

— Ac fortasse aptius: Subnatans liburna; *vel* subnatans linter; *vel* navigium subnatans. - Verbum « subnatare » legitur apud Apulejum (*Met. de curru Veneris*, 4) et apud C. Silium Italicum (XIV, 483)

— Ex graeco fonte: Hypobrychion, ii, n.; *vel* hypobrychios, ii, m. (*P. L. Rocci: Nuove favole latine*, p. 94) = *ὑπο-βρύχιος* (*sott'acqua, sommerso*).

— Quotiescumque tamen fieri potest, opportunum est rem per aptum verborum ambitum latine reddere. Verbi gratia: Innumerae lintres, quae occultae sub undis navigant, onerarias naves ex insidiis adgrediuntur, atque ignivomis (igniferis) injectis telis (machinamentis), eas vulnerant, diffringunt, submergunt (*innumerevoli sottomarini aggrediscono insidiosamente le navi mercantili, le silurano, le squarciano, le sommergono*). - Adjectivum « ignifer, ra, rum » habetur apud Lucretium et Ovidium; « ignivomus, a, um » apud Lactantium.

Batteria: Tormenta bellica (*di guerra*); *V. Cannone e Artiglieria.* - Vasa coquinaria (*Plin. = Batteria di cucina*).

— *Batteria elettrica:* Pilae electride actae; pilae electrica vi actae; pilae electricae. - *V. Pila elettrica.*

— Adversus hostiles aëronavium incursiones tormenta bellica (*Batteria antiaerea*).

Batterio – Bacterio – Bacteriologia: *V. Bacillo e Microbio.*

— *Graece:* Bacterium, ii, n. (*Βακτηρία = bastone*).

— De bacteriis (*vel* de microbacillis) ratio, doctrina, disciplina. Bacteriologia, ae, f. (*Batteriologia*).

Battesimo – Battezzare – Battistero: Sacrum lavacrum - Expiationis lavacrum. - Baptisma, atis, n.

— Alicui albas imponere parentum vice (*Morcelli: tenere a battesimo*).

— Rite abluere (*Morcelli: battezzare*) - Baptismate sancto rite ablutus, *vel* lotus (*Idem: battezzato*) - Aera ritu sanctissimo abluta (*Idem: campane battezzate*) - Sacro fonte expiare aliquem; lustrali sacri fontis aqua aliquem expiare; sacro fonte lustrare aliquem (*battezzare*).

— Salutaris lavacri fons (*Morcelli: Battistero*). - Fontem salutaris lavacri expiare (*Idem: fare la benedizione del Battistero*).

Bazar: (*voce araba entrata in quasi tutte le lingue*). Taberna ubi omne genus res venales prostant - Emporium, ii, n. (*Mariano, Nuovo Diz. Ital.-Lat.*). Hoc tamen est mercaturae locus, *vel* forum nundinarum (*Cic. et a.*). - Aptius dixeris: institorium, ii, n. (*Suet., Ner.* 27), seu taberna institoris (*luogo ove si vende al minuto*).

Beatificazione – Beatificare: Honores beatorum caelitum decernere - In beatorum caelitum album referre, *vel* adscribere (*beatificare*) - Sollemnia in Petrianae Basilicae majestate habita ob decretos beatorum caelitum honores (*Cerimonia della Beatificazione*) - Caeles beatus, *vel* caeles beata novensilis (*Morcelli: Nuovo beato o beata*).

Becero – Becerume: *V. Canaglia, Canagliume.*

Befana: Puerorum strena (*befana che si dà ai bambini*). - Lamia benigna (*fata che porta la befana*); *vel* larva benigna - *V. Epifania.*

Belgio: Belgica, ae, f. (*sottintesa* Gallia), *vel* Belgica Gallia; v. g. « procurator Belgicae » (*Tac., Hist.* I, 58); Belgicae Galliae rationes procurans (*Plin.* VII, 16, 17). - Belgium, ii, n. (*Caes., B. G.* V, 24). - Belgae, arum (*gli abitanti*); Bruxellae, arum (*la capitale: Bruxelles*).

Belgrado: Singidunum, i, n. - Ab aliis ponitur: Taurunum, i. n.

Bellimbusto: Totus de capsula. - *V. Cassa.*

Bemolle: Hemitonium (*Vitruv.* V, 4); semitonium (*Macrob.*) = *semitono*. - Hemitonii signum; hemitonii nota (*bemolle*).

Benedettino: Benedictinus (*Morcelli*) - Virgo Benedictina (*Idem: Monaca Benedettina*) - Monachus Benedictinus Cassinensis (*Idem*).

Benedire – Benedizione: Bene dicere, *vel* benedicere alicui (*Cic.*) significat laudare aliquem (*dir bene di uno; dir buone parole per*

uno). « Bene equidem tibi dico, qui te digna ut eveniant precor » (*Plaut., Rud.* III, 2, 31).

— Bene alicui precari, *vel* bene omnia alicui precari (*benedire in senso religioso*); *vel* salutaribus (sanctis) precationibus lustrare aliquid, aliquem (*Ant. Angelini, Inscriptiones*).

— Expiare; lustrare; piare; fausta (*vel* salutari) precatione lustrare; fausta rite precari (*Morcelli: benedire in senso religioso*) - Aqua rite piata lustrare agros (*Idem: benedire la campagna*) - *V. Rogazioni.*

— Expiatus, lustratus, piatus, rite piatus (*Idem: benedetto*) - Cerei rite piati (*Id.: candele benedette*).

— Caelestis favor; Dei favor; caelestia munera, *vel* divina munera, *vel* superna munera (*Benedizioni di Dio*).

— Vox « benedictio, onis » serioris est latinitatis (*Apul.-Tertull. et a.*); ac significat laudem, vel actum bene dicendi).

Benefizio Ecclesiastico - Beneficiato: Sacerdotium *vel* Titulus (*Morcelli: Benefizio ecclesiastico*) - Sacerdotium amplissimum assecutus est (*Ha ottenuto un Benefizio ragguardevolissimo*) - Majore titulo contempto, *vel* posthabito (*Non curandosi di avere un Benefizio maggiore*).

— Munus sacrum.

— Beneficium ecclesiasticum (*Cod. Jur. Can.*).

— Beneficiarius (*Morcelli: Beneficiato*). - Vox « beneficiarius » legitur apud Caesarem et Vegetium, eumque significat, cui stipendia dabantur (*prebenda*) vel ob honestiorem in militia gradum, in quo alicujus beneficio esset, vel ob exactam ex more militiam, vel denique ob militaris muneris vacationem praemii loco acceptam. - Hac eadem fere significatione usurpatur interdum vox « beneficium ». (*V. Forcellini*).

— Curator rei beneficiariae (*Morcelli: Economo generale dei Benefizi ecclesiastici*).

Benestare: Ratum ducere aliquid (*dare il benestare*) - Ratum facere aliquid (*ratificare, confermare qualche cosa*).

Benpensanti: Viri incorrupte judicantes - Egregie cordati homines - Recte sentientes viri.

Benzina: Benzinum, i, n. (*Mariano, Nuovo Diz. Ital.-Lat.*); *vel* benzinium.

Beone: Vinosus (*Horat.*) - Vinosissimus (*Ovid.*) - Vini capacissimus (*Ovid., Art. am.* I, 136).

Bere a centellini: Sorbillare (*Ter.*) - Pytissare, *vel* pitissare (*Idem*).

Bergamotta: (*sorta d'agrume*) Citrus bergamia vulgaris (*Riss.*) = *l'albero.* - Citreum bergamium (*il frutto*). - Citrei bergamii subtilissimus sucus (*essenza di bergamotta*). *V. Quintessenza.*

Bergamotto: Pirus communis Falerna, *vel* pirus Falerna (*l'albero*). - Pira Falerna (*Cf. Plin.* XV, 15, 16) = *le pere bergamotte* (*Cf. Forcellini*).

Beri-Beri: (*parola cingalese* = *la malattia del sonno*) Somni morbus.

Berlina: *Automobile berlina: V. Automobile.*

Berlino: Berolinum, i, n.

Berretta: Pileus, *vel* pileum, i (*Liv. et a.* = *berretto rotondo*).

— Galerus, *vel* galerum, i (*Virg. et a.* = *berretto di pelliccia*).

— Quadratum pileum clericorum (*Cordara* = *berretta da prete*); non autem biretum, quae vox est barbarae latinitatis.

— Romanae purpurae, *vel* sacrae purpurae insigne alicui deferre (*portare ad uno la berretta cardinalizia*).

— *V. Cappello.*

Bersagliere: Manuballistarius, i (*Morcelli*). Quae tamen vox videtur potius significare *balestriere,* et quodam modo etiam *fuciliere, moschettiere.* - *V. Artiglieria, Fucile.*

— Aptius dicitur: Plumatus miles, *vel* plumatus veles, itis, m.

Bersaglio: Destinatum signum; propositum signum; destinatum, i, n.; v. g. destinatum petere (*Liv.*); destinata certo ictu ferire (*Curt.*); destinare aliquid, v. g. sagittas (*lanciare al bersaglio*).

— Collineare (*Cic.* = *cogliere nel bersaglio*). « Quis est enim, qui totum diem jaculans, non aliquando collineet? » (*Cic., De Div.* II, 121).

Bestemmia - Bestemmiare - Bestemmiatore: Maledictum; exsecratio; impia in Deum verba; exsecranda in Deum verba (*bestemmia*).

— Exsecrari Deum; exsecranda in Deum proferre, *vel* evomere verba; maledictis Deum incessere; impias in Superos voces (impia verba) emittere, *vel* jactare; scelesta lingua Deum lacessere (*bestemmiare*).

— Impius in Deum obtrectator; contumeliosus in Deum (*Vallauri: bestemmiatore*); contumeliosa in Deum (*bestemmiatrice*).

— Verba « blasphemare », « blasphemia », « blasphemator » sunt infimae latinitatis.

Bibbia: *V. Scrittura II* (*Sacra Scrittura*).

Biberon: (*v. franc.*) *V. Poppatoio.*

Biblioteca - Bibliotecario: Amalthea, ae, f., *vel* amaltheum, i, n. (*Cic. et a.*) - Bibliotheca, ae, f. (*Cic. et a.*) = *biblioteca.*

— Chalcidicum, *vel* calchidicum magnum Bibliothecae Vaticanae (*Morcelli: aula magna della Biblioteca Vat.*).

— Abdere se in bibliothecam (*Cic.* = *detto di chi si dà tutto agli studii*). - Bibliothecae praeesse (*Suet.*) - Bibliothecam suam graecam supplere (*Cic.* = *completare la propria biblioteca greca*) - Bibliothecam comparare et digerere (*Suet.*). - Bibliothecam ordinare (*Idem*) - Aristotelis librum e bibliotheca promere (*Gell.*) - Ex armariis infinita volumina educere (*Vitruv.*) - Librorum corpus (*un insieme o collezione di libri*); v. g. corpus juris Romani (*Liv.*). - Conficere bibliothecam (*Cic.* = *fare una biblioteca*); bibliothecam instituere (*Vitruv.*):

— Bibliothecarius (*Corn. Fronto, Ep. ad M. Caes.* IV, 5) = *Bibliotecario; vel* a Bibliotheca; Curator a Bibliotheca; Praefectus Bibliothecae; Magister a Bibliotheca; esse a Bibliotheca (*Morcelli*). - Bibliothecarius S. E. R. (*Morcelli: Bibliotecario di S. Chiesa*); Cardinalis Vaticanae Bibliothecae praepositus (*Cardinale Bibliotecario*).

— Bibliothecae aliquem praeficere; *vel* praepositum Bibliothecae aliquem constituere (*fare alcuno Bibliotecario*).

Bicicletta: Birota, ae, f. - Adjectivum « birotus, a, um » invenitur apud Nonium Marcellum grammaticum, II, 139, ac pertinet ad cujusvis generis vehiculum duas habens rotas. Vox « birota, ae, f. », seu raeda duas habens rotas, est apud Imp. Constantium (*Cod. Theod.* VIII, 5, 8).

— Ocypes, pedis, m. (*Vallauri* = *velocipede*). Vox est partim ex graeco, partim ex latino fonte derivata (ὠκύς = *veloce* - pes = *piede*). - « Est qui ocypede insidens, hora una septem millia passuum confecit » (*Vallauri*).

— Automataria birota (*motocicletta*), autobirota. - Adjectivum « automatarius, a, um » habetur apud Julium Paulum jurisc̃ons. (*Dig.* 30, *l.* 41 *ad fin.*), apud Ulpianum, et in antiq. inscriptionibus (*Grut.* 642, 5 - *Murat.* 935, 8).

— Automataria birota cum adjecto cisio (*motocicletta col carrozzino*).

— Birota vehi, *vel* ocypede vehi (*andare in bicicletta*) - Birota insistere (*Luciano, Nuovissimo Vocabolario Fraseologico It.-Lat.* = *pedalare*) - Birota insistens, alato pede currit. - *V. Pedalare.*

— Bicyclula, ae, f. Ita venustissimum Ludovici Graziani carmen inscribitur, anno MDCCCC in poëtico Amstelodami certamine praemio ornatum. - Haec vox, ut ocypes, hybrida est, partim nempe ex

latino, partim ex graeco fonte derivata (bis et κύκλος). *V. Arciduca, Arciduchessa.*

— Puerorum bicyclula (*bicicletta da bambini*); mulierum bicyclula (*bicicletta da donne*).

— *V. vol. I, pag.* 20, 21, 110.

— Birotula, ae, f. (*Luciano*). Quod tamen vocabulam apud nullum invenio latinum scriptorem.

— *V. Ciclismo, Ciclista.*

Bidello: Custos, odis, m.; e. g. scholae custos; ludorum custos; sedis sodalicii, *vel* sodalitatis custos (*bidello di una scuola, società ecc.*).

Biglietto: Scida, scidula, scheda, schedula (*pezzo di carta*).

— Litterulae, arum, f. pl. (*Cic., Att.* XII, 1: *letterina*) - Epistolium, ii (*Catul.* 68, 2).

— Charta salutatrix, *vel* charta salutatoria, *vel* schedula salutatrix, salutatoria (*Vallauri: biglietto da visita*) - Vox « salutatrix » legitur apud Juvenal. et Martial.; adjectivum « salutatorius, a, um » apud Plin. - Nominalis charta, *vel* scida, scidula (*biglietto da visita*).

— Charta nummaria (*Mariano: biglietto di banca*); *vel* Rei publicae syngrapha (*Luciano: biglietto di Stato*); nummarium Rei publicae mandatum (*Buono di Stato*). - « Chartam nummariam libellis mille valentem » (*P. L. Rocci, Nuove favole latine, p.* 72) = *biglietto da mille. - V. Buono II.*

— Cursualis scida, scidula, charta, schedula (*biglietto postale, o cartolina postale*).

— *Biglietto ferroviario - Biglietto ferroviario di andata e ritorno: V. Ferrovia.*

Bilancino: Equus additicius (*cavallo a bilancino*). - Adjectivum « additicius, a, um » legitur apud Celsum et a.

Bilancio: Acceptorum et expensarum ratio - Acceptorum et datorum ratio (*bilancio*).

— Inire subducereque rationem (*fare il bilancio*) - Cf. Cic. fragm. apud Nonium IV, 436: « Ineundis subducendisque rationibus ».

— Codicem dati et accepti habere (*Vallauri: registro del bilancio*); tabulas accepti et expensi conficere; codicem expensi et accepti exhibere (*Morcelli*).

— Ratio constat (*Idem: il bilancio torna alla pari, il conto torna*).

Bilaterale: Anceps, itis (*che ha due parti, anfibio, incerto*), ut v. g. bestiae ancipites; bestiae quasi ancipites (*Cic.* = *bestie anfibie*); imago anceps, anceps montis acumen (*Ovid.* = *immagine*

bifronte, duplice cima di monte); bellum anceps; periculum anceps.

— Mutuus, a, um (*che obbliga due parti*).

— *Graece:* synallagmaticus, a, um; v. g. pactum synallagmaticum, conventio synallagmatica (*συνάλλαγμα = relazione scambievole*).

— A nonnullis ponitur: Bilateralis, e. Haec tamen vox apud latinos scriptores non invenitur.

Biliardo: Tabula ad pilis ludendum, *vel* alveus ad eburneis pilis ludendum accommodatum - Eburneis pilis in tabula ludere (*giocare al biliardo*); *vel* clavis (clava) globulos impellere (*Bazzarini*).

Bimolle: *V. Bemolle.*

Bimotore: *V. Areoplano.*

Binario: *V. Ferrovia.*

Binocolo: Telescopium geminatum, *vel* geminum telescopium.

Biografia - Biografo - Autobiografia: Suae vitae narratio; meae vitae narratio... (*autobiografia*). Cf. « Suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum, quam adrogantiam arbitrati sunt » (*Tac., De vita Agric.* I).

— Vitae narratio (*biografia*). Cf. « At nunc narraturo mihi vitam defuncti hominis venia opus fuit » (*Tac., Ibidem*). - Vitae memoria. Cf. Vitae memoriam prosa oratione componere (*Suet.*) - Alicujus vitae commentarium (*Una biografia*).

— Exponere vitam alicujus totam (*Cic.*); exponere de vita Imperatorum (*Nep.*); facta moresque alicujus enarrare (*Tac.*); alicujus res gestas narrare, enarrare, describere, exponere; alicujus gesta ac mores diserte copioseque exponere, describere, enarrare (*fare la biografia di uno*).

— Rerum gestarum narrator, *vel* scriptor (*biografo*); *vel* vitae alicujus narrator, scriptor; qui vitam alicujus narrat, enarrat, exponit, scribit, scripsit etc...

— Ad vitam alicujus pertinens, attinens (*biografico*); exactae vitae memoriae (*ricordi biografici*).

Biologia - Biologo - Biologico: Doctrina de animantium vita (*biologia*); *vel* doctrina de animantibus eorumque vitae rationibus - *Graece:* Biologia, ae, f. (*βίος = vita - λόγος = discorso*).

— Biologiae studiosus (*biologo*); *vel* biologiae doctor; biologiae peritus, peritisssimus; biologus.

— Ad animantium vitam pertinens, *vel* attinens (*biologico*); ad biologiam pertinens, attinens; biologicus.

Biplano: *V. Areoplano.*

Birilli: Conorum ludus; *vel* coniludium (« *Alma Roma* » *Commentarius*, 1942, p. 100) = *gioco dei birilli.*

Birmania: Birmania, ae, f.

Biscotti: Crustula, orum, n. pl. (*Hor.* - *Sen. et a.*).

— Crustum, i, *vel* Crustulum, i, n. = *pasta dolce, sottile e rivestita di crosta.* - Crustularius (*Sen.*) = *venditore di biscotti, pasticciere.*

— Pastillum, i, n. (*Varr.*); pastillus, i, m. (*Plin.*) = *pasticcino.*

— Panis nauticus (*Plin.* XXII, 25, 68 = *pane biscottato, galletta; così dicevasi perchè si usava specialmente durante i tragitti marittimi*).

Bisonte: Urus, i, m. (*Caes. et a*).

Bisturì: Culter anatomicus (*strumento per operazioni anatomiche e chirurgiche*).

— Specillum, i, n. (*Cic.-Cels. et a.*); seu instrumentum chirurgorum ad exploranda vulnera, ad inungendum, tergendum etc. (*Forcellini*) = *strumento per medicare piaghe, aprire e medicare tumori, per malattie agli occhi, denti, orecchi...*

Blasone – **Stemma**: Generis insigne, is, n. - Gentilicium insigne - Gentilitatis insigne.

— Nonnulli (*Vallauri*) hoc loco ponunt: stemma, atis; quae tamen vox significat potius *albero genealogico* (*V. Albero*).

— Vallaurius item ponit: arma, orum, n. Loci tamen, e quibus haec significatio deducitur (*Virg.*, *Aen.* I, 247 - *Horat.*, *Ep.* I, 1, 4, etc.) ejusmodi sunt, ut nihil certi inde erui possit.

Blefarite: Palpebrarum inflatio; lippitudo - *Graece:* Blepharites (βλέφαρος = *palpebra*).

Blenorrea – **Blenorragia**: Urethrae destillatio, *vel* distillatio; mictualis viae destillatio; urethrae inflammatio ac destillatio (*inflammazione dell'uretra con emissione di catarro*).

— *Graece:* Blennorhagia, ae, f. (βλέννα = *muco* - ῥαγή = *eruzione*).

Blindare – **Blindato**: (*neologismo dal tedesco* « *blenden* » = *render cieco, quindi coprire, munire*). Lorica munire; ferrea lorica munire (*blindare*). - Loricatus, a, um (*blindato*); v. g. currus loricatus, vel currus ferrea lorica munitus (*carro blindato*).

Bloemfontein: Antherocrenopolis (*Città dell'Africa Australe Inglese. - Questa parola si trova nel mappamondo della Segreteria di Stato in Vaticano, e rende con parole greche il vocabolo Bloemfontein = fonte fiorito*).

Bluff: (*parola inglese = folata di vento, e quindi vanteria, millanteria, smargiassata*) Jactatio (*Cic. = millanteria*); inanis jactatio; verborum jactatio (*Cic.*). - Venditatio atque ostentatio (*Cic. = ostentazione, boria, millanteria*). - Gloriatio (*Cic. = vanteria, ostentazione*). - Gloriosius se jactare; *vel* gloriosius de se praedicare (*Cic. = fare dei bluff, delle millanterie*). - Jactanter aliquid minari (*fare dei bluff minacciosi*); jactanter fallaciterque aliquid minari.

Bobina: (*dal francese « bobine » = rocchetto; si usa come parola tecnica per indicare il rocchetto a cui si avvolgono i fili metallici*). Orbiculus ferreis (aeneis, aheneis) filis involutus; ferreis involvendis filis orbiculus; aeneis refertus filis orbiculus. - *V. Rocchetto.*

Bocca: Esse in sermone omnium (*Cic., Philip.* 10, 7 = *Esser sulla bocca di tutti*).

— Tricena et amplius capita erant (*Caes. = erano più di 300 bocche*). - Viginti ventres pasco et canes (*Petron. = mantengo 20 bocche senza i cani*). - Hoc illi verbum semper in ore est (*Cic. = ha sempre questa parola in bocca*). - Verbo uno me elinguem reddidisti (*Cic. = mi hai chiuso la bocca con una parola sola*). - Quod tibi in buccam venerit, ad me scribe (*Cic.*); mihi in buccam venit, seu mihi in mentem venit (*Cic.*); mihi succurrit. - Temere loqui (*esser di bocca larga*). - In Orci faucibus esse (*in bocca alla morte*). - Aliquid expiscari ab aliquo (*cavar di bocca*). - Ab alicujus ore pendere (*pendere dalla bocca d'uno*); *vel* intentum os tenere (*Virg.*). - Interfari aliquem; alicujus sermonem incidere (*Liv.*), abrumpere (*Cic.*); intercipere medium sermonem alicujus (*Quintil.*) = *romper la parola in bocca.* - Fraudare se victu suo (*Liv. = togliersi il cibo di bocca*); *vel* cibum de mensa sua detrahere.

Boccale: *V. Bottiglia.*

Bocchino della pipa: *V. Pipa.*

Bocciare all'esame: *V. Esame.*

Boemia: Bohemia, ae, *vel* Boëmia, ae, f.

Bogotà: Bogota, ae, f. (*Capitale della Colombia*).

Boicottare – Boicottaggio: (*Metodo di lotta politico-commerciale praticata primamente dai Land-Leaguers in Irlanda. Il Capitano Boycott fu prima e notabile vittima del sistema: da esso il nome alla cosa. Cf. A. Panzini, Dizionario moderno*): Intercludere aliquid alicui, *vel* intercludere aliquem ab aliqua re, aliqua re; intercludere alicui commercium, operam; intercludere aliquem

commercio, a commercio, ab opera. - Alicujus operam, commercium praepedire, praevertere, intercipere. - Aliquem a suo munere, commercio, opera impedire; *vel* alicujus commercium, operam, munus impedire (= *boicottare*).

— Interclusio commercii, operae, muneris (*boicottaggio*); interceptio commercii, operae, muneris.

Bolide: *V. Aereolito.*

Bolivia: Bolivia, ae, f.; Boliviani, orum (*gli abitanti*); Paxia, ae, f. (*la capitale: La Paz*).

Bolla: Litterae Apostolicae - Litterae Apostolicae sub plumbo datae (*Acta Leonis - Acta Pii X*) - Litterae decretales (*Bolle decretali*). - Constitutiones Apostolicae (*Acta Apost. Sed.: Costituzioni Apostoliche*).

— *Bolla di sapone: V. Sapone.*

Bolletta - Bollettario: Scheda; scida; scidula (*bolletta*). - Scidarum liber (*bollettario*).

Bollettino: Acta, orum, n. pl. - Acta publica (*bollettino ufficiale*). - Commentariolus; commentariolum (*Cic. et al.*).

Bomba: I. Ad inceptum, ad propositum, ad rem redire (*tornare a bomba*). - Ut illuc redeamus, unde initium sumpsimus... (*tornando a bomba... al punto di partenza*).

II. Telum ignivomum, *vel* igniferum, *vel* ignitum.

— Missile igniferum, *vel* ignivomum.

— Globus igneus, ignivomus, ignitus.

— Pila incendiaria, pila fulminea (*Vallauri*) - Tela, *vel* missilia incendiaria - Glandes ignivomae, *vel* incendiariae (*Bombe incendiariae*).

— Ignivoma (ignifera), quae disploduntur, machinamenta (*bombe esplosive*); *vel* displodentes globi; ignivomi displodentes globi.

— Ignei globi dirumpentes, *vel* diruentes, *vel* discindentes (*bombe dirompenti*).

— Machinamenta stato temporis momento eruptura (*bombe a orologeria*).

— Ignei globi diruptio, onis (*esplosione di una bomba*).

— E graeco fonte: pyrobolus, i, m. (*bomba, proiettile*); *vel* pyrobolum, i, n. (*πῦρ = fuoco, βάλλο = getto*). Pyrobolarii autem ii dicebantur milites, qui ignita jacula vel tela jactabant.

— Globus atomica vi displodens (*bomba atomica*); *vel* pyrobolus atomicus; *vel* pyrobolum atomicum.

— *V. vol. I, pag.* 76, 100, 101.

Bombarda: Ballista incendiaria, tormentum incendiarium (*Vallauri*). - *V. Archibugio.*

— Tormentum igniferis missilibus coniciendis (*Luciano, Nuovissimo Vocabolario Fraseologico It.-Lat.*).

— Bombarda, ae, f. (*Cordara, Hist.* II, p. 167): « Progressi ad portum Boniaëris, ut fuerunt in conspectu oppidi, extra ictum tamen bombardae, iecerunt ancoras ». - Vox tamen « bombarda » (*βόμβος = crepitio, rimbombo,* et « ardeo ») in Lexico Forcelliniano iure meritoque ponitur inter barbara vocabula « a nobis improbata et expulsa ».

Bombardare - Bombardamento: Complura tormentis tela coniicere (Cf. *Caes., B. G.* VII, 81, 5).

— Tormentis, *vel* ballistis incendiariis oppugnare, quatere, petere (*Vallauri*).

— Ignivomis (igniferis) globis, *vel* telis, *vel* pilis, *vel* glandibus, *vel* missilibus verberare, percutere, concutere, confringere, diffringere, diruere urbes, oppida, inermes multitudines. - « De evertendis autem diripiendisque urbibus, valde considerandum est ne quid temere, ne quid crudeliter » (*Cic., De off.* I, 24).

— *V. Areoplano (bombardamento aeronavale).*

— *V. vol. I, pag.* 76 (*bombardamento di Roma*), *et pag.* 100, 101.

Bombardiere: Ballistarius (*Morcelli*); miles ballistarius. - Vel aptius: Pyroballistarius; pyrobolarius. Quae tamen voces, e graeco fonte ductae, serioris sunt latinitatis (*Cf. Forcellini*).

— Praefectus numeri ballistariorum (*Idem: comandante dei bombardieri*). - Numerus, i, m. (*Cic.-Tac.-Plin.*) significat etiam *moltitudine, truppa o schiera di soldati.* Quapropter: Pyroballistariorum numeri praefectus (*comandante di un corpo di bombardieri o di artiglieri*); *vel* pyrobolariorum numeri praefectus.

Bonifica - Bonificare: I. Regionem insalubrem saluberrimam reddere, *vel* facere.

— Incultum silvestremque locum cultum fertilemque reddere.

— Palustria loca exsiccare in arvorumque formam redigere (*bonificare paludi*).

II. Ad frugem bonam reducere; *vel* in melius commutare; *vel* mores ad virtutem omnem conformare; *vel* correctio et emendatio morum (*Bonifica morale*).

Borbone: Borbo, onis (*Morcelli*).

— Borbonius, a, um (*Idem: di Borbone*).

Bordo: Margo, inis, c.; latus, eris, n.; navis latus, *vel* latera (*bordo*

della nave); in summa nave (navi) deambulare (*passeggiare a bordo o sopra-coperta*); navem conscendere (*Nep.* = *salire a bordo*), *vel* conscendere in navem (*Cic.*), ascendere in navem (*Nep.*); in navem imponere (*Liv.* = *caricare a bordo; imbarcare*); in nave (navi) vehere (*portare a bordo*).

— *Girar di bordo:* Ad alia devertere, *vel* divertere, *vel* transire.

— *Personaggio di alto bordo:* Vir summae dignitatis; vir maximae auctoritatis; elati ordinis vir.

Bordone: Baculum, *vel* baculus (*propriamente bastone per appoggio o camminare*); scipio = *per ornamento;* fustis = *per percuotere*); peregrinantium baculum (*bordone da pellegrino*); baculo innixus (*Ov.* = *appoggiato al bordone*).

— *Tener bordone ad uno:* Morem gerere alicui; morigerari alicui (*Cic.*).

— *Falso bordone:* Rudis ac depressus musices concentus, us (*Vallauri*); rudem ac depressum concentum canere (*Idem* = *cantare in falso bordone*).

— *Venire i bordoni; rizzarsi i bordoni:* Horrescere; arrigi; horrere; v. g. totus horreo (*Ter.*); capilli horrent (*Tibul.*); diriguere comae (*Ovid.*); arrectae sunt comae (*Virg.*).

Borneo: Borneum, i, n. (*Vallauri*).

Borraccia: *V. Bottiglia.*

Borsa: I. Sacculus, crumena, bulga, marsupium, zona (*borsa stretta ai fianchi*). - Marsupium bene nummatum, *vel* plenum assium (*borsa piena*).

— Sector zonarius (*Plaut.*, *Trin.* IV, 2, 20), *vel* manticularius (*Tertul.*, *Apol.* 44) = *borsaiolo.*

II. Annua pensio studiorum causâ tribuenda, *vel* tributa (*Borsa di studio*); *vel* annuus reditus studiorum causâ alicui tributus, seu tribuendus. - Annuam pensionem (*vel* annuum reditum) studiorum causâ alicui tribuere (*assegnare una Borsa di studio*).

III. Forum argentarium (*Mariano: Borsa* = *luogo ove si commerciano valori*).

— Mercandis nummis sedes (*Sede della Borsa*).

— In mercandis nummis temerario ausu, *vel* temere ludere (*giocare in Borsa*); *vel* in pecuniam temere ludere; nummos temere mercari.

Borsa nera: *V. Mercato nero.*

Borsaiolo: *V. Borsa I.*

Botanica: Herbaria ars, doctrina, scientia - Herbaria, ae, f. (*Plin.*).

« Herbariam et medicamentariam a Chirone volunt repertam » (*Plin.* VII, 56, 57).

— Herbarum arborumque doctrina, ars, scientia. - « Stirpium naturas omniumque fere rerum, quae e terra gignuntur, causas atque rationes persequi (*Cic., Fin.* V, 10 = *studiare la botanica*).

— Botanica ars, doctrina, disciplina. - Vox « botanicus, a, um », a graeco fonte ducta, usurpatur ab Isid. (*De Orig.*, IV, 10 - *βοτανικόν*).

Botanico: Herbarius, ii (*Plin.*) seu herbarum peritus; botanicae artis studiosus; botanicae disciplinae doctor, peritus, peritissimus; botanicae doctrinae professor. - Hortus herbarius (*orto botanico*); *vel* hortus botanicus.

Botola: Valvatum pavimenti foramen; valvatum tabulati foramen; pavimenti foricula, ae, f. - « Valvatus » legitur apud Varronem et Vitruvium; « foricula » apud Varronem (*imposta, piccola porta*).

Bottiglia - Boccale - Borraccia: Lagoena, *vel* lagena, ae, f. (*Cic. et a.*) = *vaso a collo stretto, ordinariamente di terra, talora di vetro, per contener liquidi* - Laguncula; laguncula parva (*Plin., ep.* II, 6 = *bottiglietta*). - Lagoenam exsiccare (*Cf. Q. Tullius Cicero in Fam.* XVI, 26 = *bere una bottiglia*). - *V. Fiasco.*

Bottiglieria: *V. Fiaschetteria.*

Bottone: I. Globulus (*Vallauri*); vestis globulus. - Fibula (*Liv. et a.* = *fibbia*); fibulatio (*Vitruv.* = *affibbiatura, abbottonatura*).

— A nonnullis ponitur: bulla; quae tamen vox, praeter alia, significat: *borchia.* - Ab aliis ponitur: malleolus; quae tamen vox significat *martello, magliuolo di una pianta, sorta di dardo.* Apud cadentis latinitatis auctores significat etiam *bottone per fissare le correggie delle scarpe* (*S. Isid.*).

II. Calyculus, i, m. (*Plin.* = *bottone, o bocciolo di un fiore*).

— In nonnullis lexicis hoc loco ponitur: Folliculus, i, m. (*Sen. et a.* = *involucro, o follicolo, che contiene grano o altro seme*).

Boxe - Boxeur: (*v. franc.* = *pugilato, pugilatore*) Pugillatus, us, m. (*Cic., De Leg.*, II, 38). - Pugil, ilis, m. (*Cic.* = *pugillatore*). - Pugillatu certare, concertare; pugnis ludere, certare, concertare (*giocare a boxe*).

— Aliquem superare pugnis (*Hor.* = *vincere al pugilato*). - Certare pugnis (*Cic., Tusc.* V, 27); pugnis aliquem contundere (*Plaut.*, III, 3, 46), onerare, obtundere, incursare, caedere (*Idem*).

Boy-Scout: (*espressione inglese: boy = ragazzo; scout = esploratore, battistrada*) Puer explorator; juvenis explorator.

Bozza di stampa: Scriptionis typis edendae experimenta; typis exaratae paginae (*vel* plagulae) emendandae, *vel* emendatae (*bozze da correggere o già corrette*); prelo excusae plagulae, *vel* paginae emendandae, *vel* emendatae.

— Mendosae paginae typis impressae (*bozze scorrette*).

— Paginas typis impressas mihi reddidit, ut iterum corrigantur, *vel* corrigerentur (*Mi ha consegnato - mi consegnò - le 2e bozze da correggere*) - Paginae typis impressae, primo, secundo, tertio ... recognitae, *vel* recognoscendae (*Prima, seconda, terza revisione di bozze*).

Bozzetto: Opus adumbratum (*lavoro abbozzato*) - Operis adumbratio (*Cic., Orat.* 103 = *abbozzo*). - Picta imaguncula (*bozzetto in pittura*) - Adumbrata imago (*immagine abbozzata*). - Narratiuncula (*Quintil.-Plin. = raccontino; bozzetto; componimento letterario*).

Brachicefalo: Brachycephalus (*v. graec. - βραχύς = breve - κεφαλή = capo*).

Bramini: Brachmanae, arum (*Acta Leonis*).

Brasile: Brasilia, ae, f.; Foederatae Brasiliae Civitates (*Stati Uniti del Brasile*). - Brasiliani, orum (*gli abitanti*); Rivus Januarius, *vel* Rivi Januarii urbs (*la capitale: Rio de Janeiro*).

Brefotrofio: Domus proli incertorum patrum recipiendae - Spuriae subolis hospitium (*Luciano, Nuovo Vocabolario Fraseologico It.-Lat.*).

— E graeco fonte: Brephotropheum; brephotrophium, ii, n. (βρεφοτροφεῖον).

Breve: Litterae Apostolicae (*Acta Apost. Sedis.: Brevi Apostolici*).

— Litterae Apostolicae sub Anulo Piscatoris (*Acta Leonis*).

— Litterae Apostolicae in forma brevi (*Acta Leonis - Acta Pii X*).

— A Diplomatis Pont. Max. (*Morcelli: Cancelliere dei Brevi*) - *V. Diploma*.

— Epistulae ad Principes, *vel* ad Principes Viros (*Brevi ai Principi*); epistulae Summi Pont. ad Principes (*Id.*).

— Ab Epistulis ad Principes (*Segretario dei Brevi ai Principi*); *vel* Ab Epistulis Pontificis Max. ad Principes.

Breviario: Preces horariae (*Acta Leonis,* 1880, p. 126 = *ore canoniche*).

— Horarias preces recitare (*recitare il breviario*) - Adjectivum « horarius, a, um » invenitur apud Suetonium.

— Breviarium, ii, n. apud Senecam significat *compendio, somma-*

rio di uno scritto; apud Suetonium idem est ac rationarium (*inventario statistico*); v. g. breviarium imperii.
— Summarium, ii, n. (*Senec., Ep.* 39 = *sunto, compendio*).

Brigadiere: Praefectus manipularis, *vel* manipularius; praefectus manipularis militum a publica tutela (*brigadiere dei gendarmi*).

Brigadiere Generale: *V.. Generale.*

Brigata: *V. Compagnia.*

Brindisi – Brindare: Propinatio (*Senec.*) - Propinare alicui (*Cic., Tusc.* I, 40 = *brindare alla salute di uno*). - Propino tibi salutem plenis faucibus (*Plaut., Stich.* III, 2, 15) - Praebibere alicui (*Cic. et a.* = *brindare ad uno*) - Venenum alicui praebibere (*Cic., Tusc.* I, 40 = *prender veleno brindando alla salute di uno*).

Brochure: (*Voce francese, che significa cucire insieme i fogli di un libro e poi coprirli con una semplice copertina. - Si usa anche nel senso di un libro o fascicolo così cucito e coperto*). Librum (*vel* libellum) filo compingere crassioreque charta tegere, contegere, munire (*fare dei libri in brochure*). - Liber (*vel* libellus) filo compactus crassioreque charta munitus (*in senso concreto: un libro o fascicolo in brochure*).
— *V. Rilegare, Rilegatura.*

Broglio elettorale: Ambitus, us, m. (*Cic. et a.*); ambitus suffragiorum (*Tac.* = *compra di voti*); sancire leges de ambitu (*Cic., Planc.* 18, 44: *sancire leggi contro i brogli*); ambitus aliquem accusare, damnare (*Cic.* = *accusare, condannare uno di broglio*).

Bronchi – Bronchite: Arteria aspera (*Cic.* = *canale della respirazione; propriamente la trachea; per estensione anche i bronchi*). - Arteria, ae, f.; arteria, orum, n. pl. (*Lucr.* = *canale della respirazione*). - Spirandi meatus (*Plin.*); animae canalis (*Cels.-Plin.*); transitus spiritus (*Plin.*) = *canale della respirazione, bronchi.*
— Arteriae asperae inflammatio (*bronchite*); *vel* arteriae inflammatio; arteriorum inflammatio; animae canalis inflammatio; spirandi meatuum inflammatio.

Bruciate – Ballotte: Castaneae assae (*bruciate*), *vel* tostae castaneae. - Castaneae molles (*Virg., Ecl.* II, 52), *vel* elixae (*Ballotte*).

Bruxelles: Bruxellae, arum (*Capitale del Belgio*).

Buca delle poste: *V. Posta.*

Bucarest: Bucarestinum, i, n. (*Capitale della Romania*).

Budapest: Budapestinum, i, n. (*Capitale dell'Ungheria*).

Budda – Buddista: Buddha, ae (*Acta Ap. Sedis*).
— Buddhae sectator, *vel* assecla; Buddhista, ae.

Buenos Aires: Bonaëropolis (*Capitale dell'Argentina*).
Buffet: (*v. franc.* = *credenza*) - *V. Credenza.*
— « Bufetagium » vox est omnino barbara (*Ducange: Glossarium mediae et infimae latinitatis*).
Bugia (*candeliere*): Candelabrum capulo instructum (*Vallauri*) - Palmatoria, ae, f. (*Lat. Eccles.*).
Bulgaria: Bulgaria, ae, f. (*corrisponde all'antica* Moesia *inferiore*); Bulgari, orum (*gli abitanti*); Sophia, ae, f. (*la capitale*).
Bulino – Cesello – Cesellare: Cestrum (*Plin.*); viriculum (*Plin.*) = *bulino.*
— Pingere cestro in ebore (*Plin.* XXXV, 11, 41); encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, et in ebore cestro, id est viriculo (*Plin., ibid.*).
— Cestro, *vel* viriculo exsculpere, pingere, caelare (*cesellare*); aera caesim punctimque caelare (*Vallauri* = *intagliare a bulino*); encausto pingere, sculpere, caelare (*dipingere a fuoco, cesellare*); imagines cestro, *vel* viriculo describere, exornare etc.
Buone opere: Recte facta; bene facta.
Buono: I. Pingui minerva (*alla buona*) - « Agamus igitur, ut ajunt, pingui minerva » (*Cic., De Amic.* V).
— Vinum bonae notae, *vel* vinum generosum (*Ovid., Metam.* VII, 594) = *vino buono.*
— Recta via, *vel* rectum iter (*buona via*).
— Aequo animo (*di buon animo; contra:* aegre ferre, *vel* gravate ferre = *sopportare di cattivo animo, con dispiacere*).
II. Tessera, ae, f. (*buono sost.*) - Tessera frumentaria, nummaria etc. (*Suet.* = *Buono per ritirare frumento, denaro, etc.*).
— Nummarium rei publicae mandatum (*Buono dello Stato*).
— Nummaria alicujus mensae chartula, *vel* scidula (*buono bancario, chèque*), *vel* nummarium alicujus mensae mandatum.
— Publica syngrapha, e qua demptis codicillis (seu scidulis), annua usura percipitur (*Buoni del Tesoro fruttiferi coi relativi cuponi*).
— Publicae syngraphae ad novem annos valiturae (*Buoni novennali del tesoro*).
Burattino – Burattinaio – Burattinata: Neurospaston (νευρόσπαστον) *vel* neurospastum, i, n.; quae vox graeca a Gellio et ab a. usurpata, imagunculam significat, tali artificio intus compactam, ut si occultum nervum trahas, ad speciem hominis vivi movere membra videatur (Cfr. *Forcellini*) = *Burattino.*

— Nervis alienis mobile lignum (*Hor.*) - Icuncula lusoria; imaguncula lusoria; ludicra imaguncula puellaris, imaguncula puerilis. - *V. Bambola.*

— Homo inconstans, mutabilis (*burattino, in senso figurato*). - Aliorum arbitrio moveri, agi (*essere un burattino*); « duceris ut nervis alienis mobile lignum » (*Hor., Sat.* II, 7, 82); non homines, « sed ludicra et ridenda quaedam neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciunt » (*Gell.* XIV, 1).

— Neurospastorum agitator, *vel* moderator (*burattinaio*).

— Inconstantiae actus, facinus, spectaculum (*burattinata*); futtilitas; ridiculum; levitas.

Burocrazia: (*neologismo di largo uso, derivante dalla v. francese « bureau » = ufficio, scrittoio*): Officiales; administri; ministri (*al concreto, cioè gli impiegati, i funzionari*). - *V. Impiegato, funzionario.* - Officialium *vel* administrorum multitudo (*l'insieme degli impiegati e funzionari*). - Nimia officialium, *vel* administrorum multitudo (*eccessiva burocrazia*); nimia officialium, *vel* administrorum morositas (*eccessiva burocrazia; cioè burocrazia fastidiosa, pedantesca, ecc.*); publicorum officialium habitus, *vel* usus, *vel* agendi ratio (*metodo, sistema burocratico*).

Bussola: I. Nautica pixis, idis, f. (*Vallauri = bussola dei marinai*).

— Acus magnetica nautarum (*Calonghi-Georges*, vol. II).

— Nauticus index, icis (*Luciano*).

— Mentis suae non esse (*Cels. = perder la bussola*); *contra:* mentis suae esse (*Cic.*). - De potestate exire (*Cic.*); de mente exire (*Id.*); de gradu deici (*perder la bussola; rimaner sconcertato, ed anche perdere il proprio posto. Cf. Cic. Off.* I, 23); perturbari; valde perturbari; mente perturbari; omnino mente perturbari (*perdere del tutto la bussola*).

II. *In senso di portantina: V. Sedia Gestatoria e Portantina.*

III. *Porta interna, o 2ª porta:* Interior porta; porta antica (*antiporta*). - *Contra:* = porta postica.

IV. *Arnese per spazzolare: V. Spazzola.*

Bussolante: Aulicus (*vel* honorarius) januae custos; aulicus (*vel* honorarius) janitor; aulicus ostiarius (*bussolante in genere*). - Honorarius Pontificiae domus janitor; honorarius Pontificiae aulae janitor, *vel* ostiarius; ornamentarius Pontificiae aulae janitor, *vel* ostiarius (*Nella Corte Pontificia sono addetti ad accompagnare i personaggi e ad aprire loro le bussole o porte. - Nel senso di portatore della sedia gestatoria, detta anche bussola, v. Sediario; oggi*

però i Bussolanti hanno incarico differente dai Sediari, come è detto sopra).

Busta: Involucrum (*Cic.*); chartarum involucrum (*Plin.* = *busta per carte*); tegumentum (*Cic. et a.*); tegimentum, *vel* tegmentum (*Senec.-Plin.*); integumentum (*Cic.*); operimentum (*Cic.*).

— Epistulae involucrum, *vel* epistulae integumentum, *vel* epistulae tegumentum (*busta per lettere*).

— Epistulam obsignare et occludere (*Cic.: chiudere e sigillare una lettera*).

— Vincula epistulae laxare, *vel* rumpere (*Nep. et a.* = *aprire una lettera*).

C

Cabotaggio: (*Questo neologismo, detto « voce necessaria » dal P. Guglielmotti, significa la navigazione litoranea da porto a porto*). - Navigatio litoralis (*Plin.*), *vel* litorea (*Ovid.*).

— Navis, *vel* navicula oraria (*Plin.*, X, 15 (26) et 17 (28) = *nave da cabotaggio*).

Cabul: Cabulia, ae, f. (*Capitale dell'Afghanistan*); *vel* Cabulium, ii, n.

Cacao: Faba mexicana (*Morcelli*); faba mexicana potioni matutinae parandae (*Idem.*).

— Theobroma, atis, n. (*Vallauri* = *teobroma, cioè pianta del cacao e il cacao stesso*); quae quidem vox, ex graeco fonte derivata, « deorum cibum » significat (*θεός* = *Dio* - *βρῶμα* = *cibo*).

— Mexicanae fabae pulvis, eris, m. (f.) (*cacao in polvere*); *vel* theobromatis pulvis.

— Potio ex faba mexicana (*bevanda di cacao*); *vel* potio ex theobromate confecta.

Cacciatorpediniera: Rates torpedinarias naves depellens, *vel* depulsura; rates torpedinariis navibus depellendis - *V. Torpediniera.*

Cachessia: Malus corporis habitus (*Cels.* III, 22); *graece:* cachexia, ae. (*καχεξία*).

Cadavere: Corpus exanimatum, *vel* exanime, *vel* exanimum (*Liv. et a.*).

— Cadaver, eris, n. (*corpo in putrefazione*).

— Exuviae, arum (*spoglie*); mortales exuviae.

Cadenzato: Numerosus (*ritmico, armonico*); v. g. « numerosos ponere gressus » (*Ovid., Pont.* IV, 2, 33); numerosus in omnibus sonis atque vocibus (*Cic.*).

— In numerum (*in cadenza*); e. g. in numerum aera pulsare (*Lucr.*); in numerum ludere, brachia tollere (*Virg.*).

— *A passo cadenzato:* passibus in numerum.

« Tympana tunsa tonant; plangoribus ampla resultant
« Compita funereis; it taciturna viam
« Passibus in numerum, lacrimis comitata feretrum
« Plebs pia Romulidum ... » (*V. Genovesi S. I., In funere Gulielmi Marconi*).

Cadetto: Natu minor; junior; v. g. frater natu minor (*fratello cadetto*).

— *Cadetto in senso militare:* Nobilis miles natu minor (*nel senso originario della parola*). - Optio, onis, m. significat (*Varr.-Veget. et al.*) = *luogotenente, aiutante, sostituto del* « tribunus militum ». (*Cf. Varr.*, L. L. IV, 16). *ed anche ufficiale subalterno.* - *V. Esente.*

— *Cadetti della Guardia Nobile:* Nobiles Cohortis Pontificiae optiones; *vel* Nobiles Cohortis protectorum sacri lateris Pontificis optiones.

Caduto in guerra: Bello caducus (*Virg. Aen.*, VI, 481).

Caffè: Cafaeum, i, n. (*Bazzarini, Protolessico Ital.-Lat.*).

— Faba arabica (*Danet, Dictionnaire Franç.-Latin.*).

— Ex Arabia quaedam delata fabula (*Vallauri*). - Calida ex arabibus fabulis tostis ac tritis potio (*Idem*).

— Coffea, ae, f. (*Linneo*).

— Faba arabica (*Alma Roma*, 1937, p. 12); Potio arabica (*Ibidem*); kaffearia semina, kaffearia potio, kaffearia taberna (*Ibidem*).

— Thermopolium, ii, n. Quod quidem vocabulum cauponam significat, ubi calida venduntur (*Plaut., Curc.* II, 3, 13 - *Trin.* IV, 3, 6). A nonnullis igitur pro kaffearia taberna accipitur (Cf. *Mariano*).

— Thermopotare (*Plaut., Trin.* IV. 3, 6) significat calida bibere; quapropter usurpari potest pro *bere un caffè, frequentare il caffè.*

— Cafaeopola, ae, m. (*Mariano: caffettiere*). Thermopola, ae, m. (*Luciano: venditore di bevande calde, caffettiere*).

— Post prandium et post cenam calidam ex faba arabica potionem leniter dulcissimeque sorbillare (*centellinare un caffè dopo pranzo, dopo cena*).

— Arabicam potionem exiguis haustibus bibere, *vel* pytissare (*centellinare un caffè*).

— Potio arabica coram expressa; *vel* potio ex faba arabica coram expressa (*caffè espresso*).

— *V. vol. I, pag.* 26.

Cairo: Cairus, i, m. (*Vallauri*).

Calamaio: I. Calamaria theca (*Suet., Claud.* 35 = *portapenne*).
— Atramentarium, ii, n.; quod quidem apud serioris latinitatis scriptores vas illud indicat atramentum scriptorium continens.
— *V. vol. I, pag.* 23.
II. Lolligo, inis, f. (*Cic. et a.* = *calamaio pesce*); lolliguncula, ae, f. (*Plaut.* = *piccolo calamaio*).

Calamita: *V. Magnete.*

Calcestruzzo: Opus calce structum (*lavoro in calcestruzzo*); *vel* opus glareâ calceque structum.

Calcografia: Chalcographia, ae, f. (*vox gr.*, *χαλκός* = *rame* - *γράφω* = *scrivo, disegno*); chalcographica ars *vel* disciplina (*arte calcografica*); chalcographica imago (*una calcografia, un'immagine calcografica*).

Calcolosi: Calculorum morbus; vesicae calculorum morbus. - Vesicae dolore, calculis per orinam ejectis, levari (*Suet.* = *alleviare il dolore della vescica espellendo i calcoli con l'orina*). - Calculos eicere, pellere, minuere, rumpere (*Plin.*).

Calcotipia: Chalcotypia, ae, f. (v. gr., *χαλκός* = *rame* - *τύπος* = *forma, figura*); chalcotypica ars (*arte della calcotipia*); chalcotypica imago, chalcotypica incisio (*una calcotipia, un'incisione in rame, un cliché*).

Caldarrostaio: Castanearum tostarum institor (*venditore di bruciate, o castagne arrostite*).

Caleidoscopio: Caleidoscopium, ii, n. (*specie di cannocchiale inventato dallo scozzese Brewster, 1781-1868; la parola, derivata dal greco, significa letteralmente = vista di cose belle - καλὸς = bello - εἶδος = figura - σκοπέω = osservo*).

Calendario: *V. Almanacco.*

Calice liturgico: Calix sacrificus; calix sacrificalis; calix sacrificialis; calix sacerdotalis; calix sacer. - Adjectivum « sacrificus, a, um » (= *chi compie il sacrificio; ed anche attinente al sacrificio*), v. g. « sacrifica securis » (*Ovid.*). - Adjectivum autem « sacrificalis, e » (*Tac., Ann.* II, 69 = *attinente al sacrificio*) scribitur etiam « sacrificialis, e ».
— A nonnullis hac significatione ponitur: patera, ae, f.; quae tamen vox significat poculi genus planum ac patens, cujus usus erat etiam in sacris peragendis (*vaso piatto per bere, usato anche nei sacrificii, fatto come una coppa o tazza aperta e larga*).

California: Caliphornia, ae, f. (*Vallauri*).
Callifugo: Callorum medicamentum.
Calligrafia: Scribendi modus, *vel* ratio. - Alicujus manus (*calligrafia, modo di scrivere di uno*); v. g. alia manus (*Cic.* = *calligrafia di un altro*), redii ad meam manum (*scrivo di nuovo di mio pugno*).
— *Graece:* calligraphia, ae, f. (*καλλιγραφία*).
— « Accepi tuam epistulam vacillantibus litterulis » (*Cic., Fam.* XVI, 15 = *lettera scritta in calligrafia vacillante - contra:* litterulae compositissimae et clarissimae; *Cic.* = *calligrafia ordinata e chiara*).
Callista: Callorum medicus.
Calmiere: Praefinitum pretium.
— Statutum alicujus rei pretium.
— Pretium publica auctoritate statutum.
— Pretium ex auctoritate decretum.
— Pretium ex auctoritate praefinire, decernere, statuere (*Mettere il calmiere*).
Caloscie (*scarpe di gomma*): - *V. Gomma.*
Calvinista: Calvinianus; Calvinianae doctrinae sectator, *vel* assectator.
Calza: Tibialia, ium, n. pl. (*Suet., Aug.* 82).
— Tibiale, is, n. (*Paul., Dig.* XLIX, 16, 14, 1).
— Arcanum ab aliquo expiscari (*tirar giù le calze a uno* = *indagarne i segreti*). « Expiscari » hac significatione usurpatur a Cicerone et ab aliis.
Calzoleria - Calzaturificio: Taberna sutrina (*Tac.* = *bottega da calzolaio*); *vel* sutrina, ae, f. (*Plin.*). - Sutrinam facere (*Vitruv. et Varr.* = *tener bottega da calzolaio*). - Sutrinae tabernae alumnus (*Tac.* = *allievo calzolaio*).
— Calceamentorum officina; sutorum officina (*calzaturificio, fabbrica di scarpe*).
Camaldolese: Camaldulensis; monachus camaldulensis; coenobiarca camaldulensis; in ordinem camaldulensium adlectus, *vel* adscitus.
Camauro: Galericulum, i, n.; galericulum Pontificis Maximi (*specie di copricapo dei Romani Pontefici*). - *V. Zucchetto.*
Cambiale: Syngrapha, ae, f. (*Cic.* = *obbligazione scritta*) - Syngrapham facere cum aliquo (*Cic., Dom.* 50) - Alicui pecuniam per syngrapham credere (*Idem, De Harusp.* 13) - Postulare aliquid ex syngrapha (*Idem, Att. V,* 21 = *esigere in forza di una cambiale*) - Agere ex syngrapha (*Idem, Mur.* 17 = *far lite per una scrittura d'obbligo, ed anche far lite per una cambiale non soddisfatta*).

— Syngrapham obsignando alicui inscribere (*fare la girata di una cambiale ad uno*).

— *Protestare una cambiale:* Syngrapham praefinito tempore non solutam pubblicae auctoritati deferre, *vel* demandare (*presentare una cambiale per il protesto*). - Syngrapham definito tempore non solutam (non exsolutam) publice expostulare (*far protesto cambiario nel senso originario della parola*); *vel:* de syngrapha stato tempore non soluta publice expostulare; de non soluta stato tempore syngrapha publicam expostulationem facere. - Apud Ciceronem dictiones « expostulare aliquid », « expostulare de aliqua re », « expostulationem facere de aliqua re » significant = *protestare, fare rimostranze chiedendo riparazione.*

— *V. Protesta, Protestare.*

— *Protesto di cambiale:* Publica de non soluta stato tempore syngrapha expostulatio; legitima de non exsoluta praefinito tempore syngrapha expostulatio; de non soluta syngrapha expostulatio publice (legitime) facta.

— *Obbligazione scritta di denaro in prestito: V. Obbligazione, II.*

Cambiario: Ad collybum pertinens; ad pecuniae permutationem, *vel* ad nummorum commutationem attinens (*riguardante il cambio*); ad argentariam pertinens; ad nummularios, ad mensularios, ad argentarios attinens (*attinente ai cambiavalute*).

— *Obbligazione cambiaria, protesto cambiario: V. Cambiale.*

Cambiavalute - Cambista: Argentarius (*Cic. et al. = propriamente banchiere, ed anche cambista*); nummularius (*Sen.-Suet. et al. = banchiere, cambista ed anche cassiere di banca*); mensarius (*Suet. Aug.* 4 *et al. = come sopra*); mensularius (*Senec., Contr.* IX, 1 [24], 12); nummulariolus (*Idem, Apoc.* IX, 4 = *piccolo cambista o cambiavalute*).

Cambio: Pecuniae permutatio; nummorum permutatio, *vel* commutatio.

— Ex graeco fonte: Collybus, i, m. (*Cic. et a.* - *κόλλυβος*) « Vide ne qua lacuna sit in auro. Ego ista novi: sed certe in collybo est detrimenti satis » (*Cic., Att.* XII, 6). Cf. *Suet., Aug.* 4. - Collybus ponitur etiam pro pretio, quod a nummulariis accipitur in pecuniis permutandis = *aggio.*

— *Cambio della moneta:* Publica permutatio pecuniae (*Cic., Fam.* III, 5).

Camera - Camera Apostolica - Camera dei Deputati - Camera del lavoro: I. (*Camera*). Conclave (*camera o stanza in generale*);

cubiculum (*camera da letto*); triclinium (*camera da pranzo*), - *V. Aula, Sala.*

— Ab admissionibus, *vel* Magister admissionum (*Morcelli: Maestro di camera*). - Praefectus cubiculi secreti, *vel* intimi Summi Pontificis (*Lat. Eccles. - V. Annuario Pontificio*).

— Proximus ab admissionibus (*Idem: sotto Maestro di camera*).

— Officium admissionum (*Suet., Vesp.* 14 = *Ufficio del Maestro di camera per le udienze*).

— Honorarius admissionum Magister (*Morcelli: Maestro di camera onorario*).

— Decurialis cubicularius; *vel* A cubiculo (*Idem: gentiluomo di camera*).

— Cella lugubris (*Idem, camera mortuaria*); *vel* cella corporibus defunctorum adversandis.

II. (*Camera Apostolica*) Mensa Publica Pont. Max. (*Idem: Rev. Camera Apostolica*). - In praesens tamen, mutatis rebus, rectius dixeris: Consilium Apostolicae Sedis bonis (*vel* opibus ac reditibus) per interregnum administrandis. *Vel:* Consilium aerario Apostolicae Sedis per interregnum praepositum.

— Praefectus aerarii Apostolicae Sedis per interregnum (*Camerlengo della Rev. Camera Apostolica*); *vel:* Eminentissimus vir Apostolicae Sedis bonis per interregnum administrandis praepositus.

— Proximus a Praefecto aerarii Apostolicae Sedis per interregnum (*Vicecamerlengo*); *vel:* Alter a Praefecto aerarii Apostolicae Sedis per interregnum; *vel:* Proquaestor aerarii Ap. Sedis per interregnum.

— Arcarius Mensae Publicae Pontificis Maximi per interregnum (*Tesoriere generale della Rev. Camera Apostolica*); *vel:* Arcarius aerarii Apostolicae Sedis per interregnum; *vel:* Thesaurarius aerarii Apostolicae Sedis per interregnum; *vel:* Custos aerarii Apostolicae Sedis per interregnum. - Voces tamen « Arcarius » et « Thesaurarius » sunt serioris latinitatis.

— XII viri Urbi curandae, *vel* curatores Urbis (*Idem: Chierici della Rev. Camera Apostolica*). - In praesens tamen aptius dicitur: Praesules Consilii aerario Apostolicae Sedis per interregnum praepositi; *vel* Praesules Consilii bonis Ap. Sedis per interregnum administrandis.

— Dictiones autem, quae sequuntur, infimae sunt latinitatis: Rev. Camera Apostolica; Card. Camerarius Rev. Camerae Apost.; Vi-

cecamerarius Rev. Camerae Ap.; Auditor generalis Rev. Camerae Ap.; Thesaurarius generalis Rev. Camerae Ap.; Collegium Praelatorum Clericorum Rev. Camerae Ap. (*Lat. Eccles.; Cf. Guglielmo Felici, La Rev. Camera Apostolica, Studio storico-giuridico*).

III. (*Camera dei Deputati*) Publicus legumlatorum coetus; *vel:* Legumlatorum coetus; *vel:* Popularium legumlatorum coetus; *vel:* Popularium legatorum coetus; *vel:* Popularium oratorum coetus.

— « Legatus popularis » *vel* « orator pupularis » (= *rappresentante del popolo, deputato*). *V. Deputato.*

IV. (*Camera del lavoro*). Corporatorum opificum consilium; generale consilium opificum utilitatibus decernendis provehendisque; generale consilium opificum condicioni evehendae (provehendae, promovendae). - Adjectivum « corporatus, a, um » apud Ciceronem et alios latinitatis scriptores optimos fere idem significat ac « corporeus » (*Cic.*), vel « corporalis » (*Senec.*); v. g. mundus est undique corporatus (*Cic.*). In antiquissimis autem inscriptionibus adjectivum « corporatus, a, um » translata etiam significatione usurpatur; ita e. g. « corporati homines » ii dicuntur, qui in aliquo corpore seu collegio sunt.

— Generale (*vel* supremum) foederatorum opificum consilium; generale (*vel* supremum) consilium opificum rationibus decernendis moderandisque; supremum consilium foederatorum opificum condicioni evehendae (*vel* provehendae, *vel* promovendae).

Cameriere: Cubicularius (*Cic. et a.*); *vel:* A cubiculo.

— Inter intimos cubicularios Pont. Max. adlectus (*Morcelli: annoverato fra i camerieri segreti di S. Santità*).

— Cubicularius intimus ab ense et lacerna (*Cameriere segreto di spada e cappa*).

— Cubicularius honorarius, *vel* ornamentarius (*Morcelli: Cameriere d'onore*).

— Cubicularius honorarius, *vel* ornamentarius ab ense et lacerna (*Cameriere d'onore di spada e cappa*).

— Cubicularius intimus supra numerum (*cameriere segreto soprannumerario*).

Camerieri Segreti Partecipanti: Cubicularii intimi Pontificiam mensam participantes (*tale era anticamente la loro prerogativa, di partecipare cioè alla mensa Pontificia*).

— Hodie tamen aptius veriusque dicitur: Cubicularii intimi Pontificiae Aulae addicti. - Cubicularii intimi Pontificio procoetoni

addicti. - Procoetonis Pontificis Maximi cubicularii intimi. - « Procoeton, onis, m. » vox est ex graeco fonte ducta (προκοιτών) atque usurpatur a Plinio (*Ep.* II, 17) ad significandam *anticamera.*

Camerlengo: Quaestor aerarii; *vel:* Praefectus aerarii; *vel:* Praetor aerarii (*Morcelli: camerlengo*).

— Praefectus decuriae curatorum Urbis; *vel:* Praefectus decuriae curatorum Urbis et vectigalium (*Morcelli: Cardinale Camerlengo*) - In praesens vero rectius dixeris: Praefectus aerarii Apostolicae Sedis per interregnum (*Cardinale Camerlengo di S. Romana Chiesa*); *vel:* Eminentissimus vir Apostolicae Sedis bonis per interregnum administrandis praepositus. - Aerarii Praefectus Sacri Purpuratorum Patrum Collegii (*Camerlengo del Sacro Collegio*).

— Proximus a Praefecto aerarii Apostolicae Sedis per interregnum; *vel:* Alter a Praefecto aerarii Apostolicae Sedis per interregnum; *vel:* Proquaestor aerarii Apostolicae Sedis per interregnum (*Vicecamerlengo di S. R. C.*).

— Camerarius, ii (*Camerlengo*); quae tamen vox est infimae latinitatis.

— Card. Camerarius S. R. E. (*Lat. Eccles.: Card. Camerlengo di S. Rom. Chiesa*).

Camice: Lintea sacerdotalis tunica (*Vallauri*); lintea sacerdotis tunica.

— Alba tunica; vestis alba; alba, ae, f.

Camicia - Camiciola: Intusium, ii, n. (*Varr., Ling. Lat.* IV, 30); *vel* indusium (*Non.* XIV, 18). Videtur fuisse proprium mulierum.

— Inducula, ae, f. (*Plaut.*); tunica intima, quae videtur item fuisse propria mulierum.

— Subucula, ae, f. (*Horat.-Varr. et a.*). Videtur fuisse propria virorum.

— Nigra subucula indutus (*camicia nera, cioè fascista vestito di c. n.*) - O vos, nigra subucula induti (*Camicie nere!*).

— Rubra subucula indutus (*camicia rossa, cioè garibaldino vestito di c. r.*).

— « Subuculae thorace laneo muniri » (*Suet., Aug.* 82: *munirsi di camiciola di lana*). - Laneus thorax, *vel* lanea subucula (*camiciola di lana*).

Camion: *V. Automobile.*

Cammeo: Gemma ectypa; ectypae imagines (Cf. *Senec., Benef.* III, 26; *Plin.* XXXVII, 10, 63 - ἤκτυπος = *figurato in rilievo*).

Camorra – Camorrista: (*v. spagn.*) *V. Canaglia - Canagliume.*

Campana – Campanello – Campanile – Campanaro: I. Aera; sacra aera; sacra templi aera. - Cf. « Tinnulaque aera sonant » (*Ovid., Met.* IV, 393).

— Aera templorum ac turrium sonant (*Marcelli*). - Aera ritu sanctissimo abluta (*Idem: = campane benedette*). - Aera pulsare; sacra pulsare aera (*= sonare le campane*). - Aera sonant, personant, tinniunt, canunt, concinunt (*= le campane suonano*); sacra e turri aera sonant; ex municipii turri aera sonant.

— Sacra aera vita functos plangunt (*= le campane suonano a morto*); *vel* sacra aera funebrem concentum tinniunt, sonant, personant etc.

— Aera (sacra aera) pacem viventibus ac vita functis tinniunt, sonant, personant etc.; sonantia aera festivum diem nuntiant; aera (sacra aera) tristia, vel laeta tinniunt, sonant etc. (*= le campane suonano pace ai vivi e ai morti; annunziano la festa; cantano cose tristi o liete*).

— Aera (sacra aera) una dumtaxat parte pulsantur (*= le campane suonano a rintocchi*). - Aera (sacra aera) utraque parte pulsantur (*= le campane suonano a distesa*). - Aera pulsantur in numerum (*Lucr.*); *vel:* Sacra aera pulsantur in numerum (*le campane suonano ritmicamente, armoniosamente*).

— « Nola, ae » ac « campana, ae », itemque « aes campanum » voces sunt incertae ac serae latinitatis.

II. Tintinnabulum, i, n. (*Plaut.-Senec. et al. = piccola campana, campanello, sonaglio, per chiamare servi, per dare ordini, come ornamento alle bestie ecc.*).

III. Sacra turris; sacra templi turris (*campanile*).

IV. Sacrae turris custos (*campanaro*).

Campo di concentramento: Publicae custodiae locus. - In publicae custodiae loco detineri (*Esser detenuto in campo di concentramento*).

Campo minato: Locus (ager, campus) ignivomis consitus globis. - *V. Mina.*

Campo Santo – Cimitero: Sepulcretum, i, n. (*Catul.* 59, 2).

— Caemeterium, ii, n. (e graeco fonte = *dormitorio*).

— Cepotaphium, ii, n. (*Morcelli*); quod, item e graeco fonte, significat *giardino-cimitero* et invenitur in antiq. inscript. - *V. Sepolcro.*

Canadà: Canadia, ae, f.; canadensis Natio (*latino di Curia*).

Canaglia – Canagliume: Perditi homines; abjecti ac perditi homines; homines nequissimi; pessimi homines ac scelesti; civitatis sordes (*feccia*); plebeculae sordes (*la feccia del popolo*).

Canale: Alveus, alveus manu factus (*scavato a mano*); rivus; canalis; canaliculus; canalicula (*canaletto, acquedotto, gorello*); cuniculus (Cf. *Liv.* V, 19 = *canale o cunicolo sotterraneo*); fossa. - Fossam facere, *vel* deprimere; cuniculum agere (*Caes.* = *scavare un canale*). Canaliculatus, a, um (*Plin.* = *disposto a canaletti*).

— Euripus Suetiensis (*Alma Roma, Commentarius* = *Canale di Suez*). - Euripus, i, m. est fretum maris angustum.

— Fretum Britannicum (*Canale della Manica*).

Canapé – Divano – Sofà: (*canapè è v. francese; divano = diouân, e sofà = soffha, sono voci arabe*). Lecticula, ae, f. (*divano, o canapè*), v. g. lucubratoria lecticula (*Suet., Aug.* 78 = *divano per studiare, scrivere*). Quae vox significat etiam *piccola lettiga* (*Cic.-Liv.*), *e cataletto per portar via i morti* (*Nep.*).

— Lectulus, i, m. (*Cic.* = *lettuccio per dormirvi ed anche per leggere, per conversare, per mangiare - Tac., Ann.* XVI, 11 = *cataletto*).

— Stibadium, ii, n. (*Plin. et al.* = *divano di forma semicircolare*).

— « Canapeum, i, n. » vox est infimae latinitatis.

Cancelleria: Curia, ae (*Morcelli*). - Aptius tamen dicitur:

— Munus Em. Viri a diplomatis Pontificis Maximi (*Ufficio della Cancelleria Apostolica*); *vel:* Sacrum Consilium diplomatis expediendis Pontificis Maximi praepositum; *vel:* Sacrum Consilium diplomatibus Pontificis Maximi expediendis.

— Sedes Em. Viri a diplomatis Pontificis Maximi (*Sede della Cancelleria Apostolica*); *vel:* Sedes Sacri Consilii diplomatis expediendis Pontificis Maximi; *vel:* Sedes Sacri Consilii diplomatibus expediendis Pontificis Maximi.

— Curia Riaria (*Idem: Palazzo della Cancelleria Apostolica*). - *V. vol. I, pag.* 72.

— Cancellaria Apostolica (*Cod. Jur. Can.*). Vox tamen « Cancellaria » est infimae latinitatis.

— Alter ab (*vel* proximus ab) Em. Viro diplomatis (*vel* diplomatibus) Pontificis Maximi expediendis praeposito (*Reggente della Cancelleria Apostolica*).

— Cancellariam Apostolicam Regens (*Lat. Eccles.* = *Reggente della Cancelleria Apostolica*).

Cancelliere: Ab actis; *vel:* A diplomatis (*Morcelli*); *vel:* A diplomati-

bus (Cf. *Suet., Aug.* 50; *Inscript. Murat.* 885, 4). - Diploma, atis, n. (*Cic., Suet. et a.* = *atto o rescritto della pubblica autorità, con cui si testimoniava qualche ufficio, si concedeva qualche favore o incarico, o si faceva commendatizia ufficiale*).

— Ab actis Senatus (*Morcelli: Cancelliere del Senato*).

— Ab actis Pontificii sophorum Collegii doctrinis provehendis (*Cancelliere della Pontificia Accademia delle scienze*).

— E. V. Cardinalis a diplomatis Pont. Max. (*Cardinale Cancelliere di S. R. C.*); Pater Cardinalis a diplomatis Pont. Max., *vel* a diplomatibus Pont. Max.

— A diplomatis Pontificis Maximi, *vel:* A diplomatibus Pont. Max. (*Cancelliere dei Brevi Apostolici*).

— Cancellarius, ii; quae tamen vox est infimae latinitatis.

— S. R. E. Cancellarius (*Lat. Eccles.* = *Cancelliere di S. Romana Chiesa*). - Cancellarius Brevium Apostolicorum (*Lat. Eccles.* = *Cancelliere dei Brevi Apostolici*).

— *V. vol. I, pag.* 140.

Cancrena – **Cancrenoso**: Ulceris tabes (*cancrena, piaga cancrenosa*). - Tabida ossium caries (*Cancrena delle ossa*). - Tabidus (*cancrenoso*). - Rei publicae funus, *vel* ulcus, *vel* pestis (*Cic.*) = *cancrena dello Stato.*

Cancro – **Canceroso**: Cancer, cri, m. (*Cels.-Ovid.*). - Canceraticus (*Veget.* = *canceroso*).

Candidato – **Candidatura**: Candidatus (*Cic.* = *aspirante ad una pubblica carica*); v. g. candidatus consularis, praetorius, tribunicius, sacerdotii, quaesturae etc...; candidatus immortalitatis, gloriae (*Plin., Paneg.*).

— Ambitio (*istanza o briga per una carica*); candidatoria ambitio, *vel* candidati ambitio (*candidatura*); candidatoria petitio, *vel* candidati petitio; candidatorium munus (*Cic., Att.* I, 1, 2).

Cane: I. Canis, is, m. f. - Canis venaticus (*Cic., Verr.* II, 4, 13 = *cane da caccia*) - Vertagus (*Martial.* = *cane levriero, veltro*) - Molossus, *vel* molossus canis (*Hor.-Virg. et a.* =*cane molosso*) - Vigilans canis (*Col.* = *cane da guardia*) - Pastoralis, *vel* pecuarius canis (*Col.* = *cane da pastore*) - Canis marinus (*Virg.* = *pesce cane*), *vel* marina canicula, ae, f. (*Plin.*) - Oleum et operam perdere (*raddirizzare le gambe ai cani*).

II. Rostrum, i, n. (*Vallauri, Vocabolario Italiano-Latino; Bazzarini e Bellini, Protolessico Italiano-Latino* = *cane del fucile, o dell'archibuso* etc.).

— Forceps, icis, f.; *vel* dentarpaga, ae, f. (*Varr.* = *ferro dei cavadenti, detto volgarmente cane*).

Cannone - Cannoneggiare - Cannonata: Tormentum bellicum; tormentum aeneum; tormentum murale (*Bazzarini-Bellini, Protolessico Ital.-Lat.*) - Ballista ignivoma; ballista incendiaria; pyroballista (*cannone*). - *V. Artiglieria.*

— Quatuor tormenti emissionibus salutare (*Ibidem: salutare con quattro colpi di cannone*) - Extra globorum, qui a tormentis emittuntur, jactum esse (*Ibidem: esser fuori del tiro dei cannoni*) - Displosis tormentis quatere (*Ibidem: cannoneggiare*); *vel* bellica tormenta explodere (*Ibidem*) - Ballistis incendiariis, *vel* bellicis tormentis quatere urbem (*Ibidem*). - Arcem tormentis muralibus verberare (*Cic.*) - Tormentorum tonitrus, *vel* strepitus (*Morcelli: cannoneggiamento*) - Tonitrus tormentorum ab arce fiunt (*Idem*). Dies festus inter tormentorum strepitus indicitur (*Idem*).

— Tormenti bellici ictus, us; *vel* tormentorum emissio, onis (*Bazzarini-Bellini* = *cannonata*). Quam ad rem hunc Ciceronis locum referre opportunum videtur: « Ut enim ballistae lapidum et reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius, sic vox, sic cursus, sic plaga hoc gravior, quo est missa contentius » (*Tusc.* II, 24).

Cannone antiaereo: Tormentum bellicum (*vel* pyroballista, *vel* ballista ignivoma) aërovehiculis praecipitandis, *vel* profligandis; bellicum tormentum aëriae classi propulsandae.

Cannoniere: Ballistarius, *vel* librator (*Morcelli*).

— Tormenti bellici librator, oris. - Pyroballistarius; pyrobolarius. Quae tamen voces, ex graeco fonte ductae, serioris sunt latinitatis (*πῦρ* = *fuoco* - *βάλλω* = *lancio*).

Cannuccia della pipa: *V. Pipa.*

Canocchiale o Cannocchiale: Telescopium, ii, n. - Vox graeca « telescopium » primum reperta et in usum deducta fuit a Friderico Cesi (*Cf. Ediz. Nazionale Opere di Galileo Galilei, Firenze 1900*, vol. XI, pag. 611). - *V. Telescopio.*

— In locum hujus vocaboli, e graeco fonte ducti, nonnulli sufficiunt: Instrumentum speculatorium; instrumentum procul speculans.

— Ab aliis vero ponitur: conspicillum tubulatum (*Bazzarini-Bellini, Protolessico Ital.-Lat.*). Vox tamen « conspicillum », *vel* « conspicilium » locum significat, unde aliquid conspici potest (*vedetta*). Cf. « Thesaurus Linguae Latinae », vol. IV, fasc. III, col. 495. - *For-*

cellini, Lex. vol. I - *Benoist et Goelzer, Dictionnaire Lat.-Franç.*

— In « Sidereo Nuntio » G. Galilaei usurpatur vox « perspicillum » (*nel senso di lente ed anche di canocchiale o telescopio*); v. g. « Quae omnia ope perspicilli a me excogitati, divina prius illuminante gratia, paucis abhinc diebus, reperta atque observata fuerunt... Tubum primo plumbeum mihi paravi, in cujus extremitatibus vitrea duo perspicilla, ambo ex altera parte plana, ex altera vero unum sphaerice convexum, alterum vero cavum aptavi; oculum deinde ad cavum admovens objecta satis magna et propinqua intuitus sum ... » (Cf. « Sidereus Nuntius » *ed. Firenze 1892,* vol. III, pag. 60-61). Vox tamen « perspicillum » apud nullum legitur optimae latinitatis scriptorem.

— A Keplero autem usurpatur: « tubus bilens, entis » (*Cf. Ediz. Nazionale delle Opere di Galileo, Firenze 1900,* vol. X, pag.486). - A Batavo quodam, cujus nomen ignoratur, ad rem ejusmodi significandam dictio adhibita fuit: « Batavica dioptra ». (Cf. *Ed. cit., Firenze 1901,* vol. XI, pag. 404).

Canonica: Curia; curialis domus; curiales aedes. - *V. Parrocchia.*

— Curionis domus, *vel* sedes; curiae domus, *vel* sedes. - Ita res latine redditur ab optimis inscriptionum auctoribus.

Canonico – Capitolo: Canonicus - Canonicus admissis paenitentium expiandis (*Vallauri: canonico penitenziere*) - Canonicus ornamentarius (*canonico onorario*).

— Collegium canonicorum, *vel* ordo canonicorum (*Morcelli: Capitolo dei can.*).

— Metropolitanum canonicorum Collegium (*Idem: Capit. della Metropolitana*).

— Maximum, *vel* summum canonicorum Collegium (*Idem: Capitolo della Cattedrale*).

— Collegio Canonicorum insignia pontificalia tribuere (*Idem: concedere ai canonici le insegne vescovili*).

— *Stalli dei canonici: V. Stalli.*

Canonizzazione – Canonizzare: I. Consecratio, onis, f. (*V. Apoteosi, II*).

— Caelestes relligiones decretae, *vel* caelestes honores decreti (*Morcelli*).

— Sanctorum caelitum honores decreti.

— In sanctorum numerum relatio, onis (*Goelzer, Nouveau Dictionnaire Français-Latin*). « Relatio » tamen hac significatione non invenitur apud optimos latinitatis scriptores. Relatio enim signi-

ficat: a) *riguardo , o relazione, o rapporto ad una cosa:* relatio ad aliquid (Cf. *Paul., Dig.* I, 1, 11 et *Quint.* VIII, 4, 21); b) *esposizione, narrazione, racconto: relazione di una proposta fatta da un magistrato* (*Cic., Quint., Tac.*), v. g. relatio causarum, dictorum (*Quint.*), rerum gestarum; c) *ripetizione rettorica* (*Cic., Quint.*); d) *il rendere o ricambiare:* v. g. gratiae relatio (*Sen., Ep.* 74, 13); e) *il respingere giuridicamente una accusa:* v. g. relatio criminis (*Cic.*); *f*) *il riportare avanti e indietro:* v. g. crebra manus relatio Cf. *Quint.* X, 3, 31 = *il portare e riportare spesso la mano al calamaio*).

— Canonizatio, onis, f. (*Du Cange*). Quae tamen vox infimae est latinitatis.

II. In sanctorum numero censere (*canonizzare*). Cf. *Cic., Flacc.* 32: « censere in aliqua tribu ».

— Fastis Sanctorum adscribere (*Morcelli*).

— In sanctorum caelitum numerum, *vel* album referre, *vel* adscribere.

— Sanctitatis infula decorare; sanctitudinis honore decorare; sanctitatis laurea honestare, *vel* decorare.

— Sanctorum caelitum honores alicui decernere; caelestes relligiones *vel* caelestes honores alicui decernere (*Morcelli*).

— *V. vol. I, pag.* 193 *sq.*

Cantina: Cella vinaria (*cantina, tinaia*).

— Doliarium, ii, n. (*Cajus, Dig.* XVIII, 1, 35, 7); cella ubi reponuntur dolia ad vinum, vel oleum asservandum.

— Apotheca, ae, f. (*Cic. et a.*). - Cella vinaria statuebatur in ima aedium parte; apotheca vero in editiore, ut vinum familiae usui praesto esset; in hac amphorae, cadi, ceteraque minora vasa reponebantur (*Dispensa per vino*).

Capitale (*Città*): Urbs princeps; urbs caput; v. g. urbs Nationis vestrae caput; urbs Nationis nostrae princeps.

Capitale e Interesse: I. Caput, is, n. (*Cic. et a. = capitale*). Caput dicitur e quo usurae percipiuntur - E capite deducere (*Cic. = detrarre dal capitale*) - Nihil detrahere de vivo (*Cic., Flac.* 37 = *nulla togliere dal capitale*); de vivo aliquid resecare (*Cic., Verr.* II, 3, 50 = *metter mano al capitale*).

— Sors, tis, f. (*Cic. et a.*); quasi id quod alicui sorte contingit (*capitale*).

— Peculium ii, n. (*capitale originariamente in bestiame, poi in altri beni e in denaro; detto particolarmente come beni, o peculio di*

una persona singola; anche come beni parafernali, Cf. *Suet., Tib.* 50 *et Ulp., Dig.* XXIII, 3, 9, 3; peculium castrense: *se acquistato col servizio militare;* peculium profecticium, *se ceduto dal padre;* peculium adventicium, *se ereditato dalla madre*). - Pecuniae summa; *vel* pecuniae vis (*capitale in denaro*).

— Opes (*gli averi*); bona (*i beni*); facultates (*le sostanze*); fortunae (*gli averi*); divitiae (*le ricchezze*); fundi (*i beni immobili*).

— Res et opera (*capitale e lavoro*); v. g. ii qui rem, et ii qui dant operam (*capitalisti e lavoratori*).

— Non res sine opera, nec sine re potest opera consistere (*Acta Leonis* 1891, p. 109: *Litt. Enc.* « *Rerum novarum* » = *Non può il capitale reggersi senza il lavoro, nè il lavoro reggersi senza il capitale*).

II Usura, ae, f. (*interesse come rendita da riscuotere e come frutto che paga il debitore per l'uso del capitale prestato*); usura menstrua (*Cic.* = *interesse mensile*); usurae gravissimae (*Caes.* = *interesse esorbitante*).

— Foenus, oris, n. (*interesse da pagare, come guadagno di chi presta*).

— Pecuniam dare foenori, *vel* foenore; pecuniam apud aliquem occupare foenore; pecuniam alicui leniore, *vel* leviore, *vel* graviore, *vel* grandi, *vel* iniquissimo foenore dare (*Cic. et a.*).

— Semisses (semis, issis, m.) = *l'interesse del* 6 %.

— Semissibus magna copia est (*Cic.*) = *Al sei per cento si può aver molto denaro.*

— Foenus unciarium (*Liv.* VII, 16, 1 - *Tac., Ann.* VI, 16) = *interesse di un dodicesimo del capitale all'anno.*

— Perpetuum foenus (*Cic. Att.* V, 21 = *interesse semplice*) - Anatocismus (*Cic., Att.* V, 21 = *interesse composto*) - Pecuniam binis centesimis foenerari (*Cic., Verr.* II, 3, 70 = *prestare il denaro al due per cento al mese*) - Iniquissimo foenore versuram facere (*Cic., Att.* XVI, 15 = *ottenere un prestito ad un interesse esorbitante*).

— Usuram ab aliquo accipere; usuram alicui pendere, *vel* solvere (*Cic. et a.*).

— Pecuniam collocare in aliqua re (Cf. *Cic., De Off.* II, c. 12) = *mettere a frutto o investire un capitale,* v. g. in fundo, in domo.

— Usuras perscribere (*Cic.* = *capitalizzare gli interessi, cioè registrare gl'interessi nel debito*).

— Sors, *vel* caput fit ex usuris (*gli interessi vengono capitalizzati*).

— Multiplici jam sorte exsoluta,... obrutum foenore esse» (*Liv.* VI, c. 14 = *Dopo aver consumato l'intero capitale... essere ancora sommerso dagli interessi da pagare*).

Capitalismo – Supercapitalismo: Nimius divitiarum congestus, us, m.

— Ingentes divitiae (*vel* fere omnes divitiae) in paucorum hominum ordinem congestae (*capitalismo privato*).

— Omnes divitiae possessionesque ad Rempublicam vindicatae (*capitalismo, supercapitalismo di Stato*); *vel* oeconomicus Reipublicae potentatus, dominatus; *vel* omnes (fere omnes) divitias possessionesque Respublica sibi sumit, assumit, adsciscit, arrogat, tribuit, attribuit, vindicat; *vel* divitias possessionesque omnes (fere omnes) in se trahit Respublica (*supercapitalismo di Stato*).

Capitalisti e lavoratori: Res et opera (*capitale e lavoro*); atque adeo: ii qui rem, et ii qui dant operam (*capitalisti e lavoratori*). Cf. *Acta Leonis* 1891, *L. Enc.* «*Rerum Novarum*».

— Domini, eri *vel* heri, possessores, locupletissimi, praedivites, perdivites, homines pecuniosi, pecuniosissimi, bene nummati, fortunatiores, fortunatissimi (*capitalisti*).

— Operarii, opifices, artifices, operae; operaria plebs, aeraria plebs, proletaria plebs (*gli operai, il proletariato*).

— Qui vel in edita, vel in afflicta fortuna versantur (*poveri e ricchi*).

Capitalizzare: Pecuniam in aliqua re occupare, *vel* collocare (*Cic. = investire il denaro in beni*); nummos expendere nominibus certis (*investire il denaro in prestiti sicuri*); sors, *vel* caput fit ex usuris (*gl'interessi vengono capitalizzati*); usuras perscribere (*Cic. = capitalizzare gli interessi; registrare gl'interessi nel debito*); pecuniae summam in praedio *vel* in fundo collocare (*investire denaro in immobili*).

Capitano: Centurio, onis, m. (*Morcelli; la traduzione però è necessariamente approssimativa*); centuriatus, us, m. (*Idem, grado di capitano*). Hae tamen voces ad centuriae ducem pertinent.

— Mercenariorum dux (*capitano di ventura*).

— Navis praefectus (*Capitano di vascello*); bellicae navis praefectus. - Hae tamen voces rem non omnino nec proprie, sed generali modo reddunt.

— Imperator, *vel* dux, *vel* strategus (*comandante d'esercito*).

— Tribunus plebis (*capitano del popolo*).

Capitolare (*Vicario*): Ecclesiae Brixiensi praepositus vicaria potestate per interregnum (*Morcelli: Vicario Capit. di Brescia*).

— Ad Collegium canonicorum pertinens (*membro di un Capitolo di

canonici) - Ad Coetum (*vel* ad Consilium) religiosae communitatis pertinens; sodalis Consilii religiosae communitatis (*capitolare di una Congregazione Religiosa*). - Vox « capitularis » infimae est latinitatis.

Capitolazione – Capitolare: Deditio, onis, f. - *V. Dedizione*.

— Arma per pactionem tradere (*Liv.* = *capitolare*); *vel* deditionem facere (*Caes.-Sall.*); in deditionem venire (*Caes.*); facere deditionem hosti, *vel* ad hostem (*Liv.-Quint.*); se dedere alicui, *vel* dedi alicui (*Caes.-Liv.*); se atque oppidum Caesari dedere (*Caes.*). - Aliquem in deditionem dare (*Liv.* = *costringere uno alla capitolazione*); aliquem in deditionem accipere (*Caes.* = *accettare la capitolazione di uno*).

Capitolo: I. (*partizione di uno scritto*) Caput, alicujus libri caput (*capitolo di un libro*); alicujus libri locus (*Cic.* = *parte, o brano di un libro*).

II. (*dei canonici*) Canonicorum collegium, ordo, coetus, conventus. - Canonicorum coetus sedes; canonicorum coetus auditorium (*luogo o sala, ove i canonici adunano il capitolo*).

III. (*dei religiosi*) Monachorum conventus (*Vallauri* = *capitolo, o adunanza di monaci*); sacrum religiosae communitatis praesidum concilium, *vel* comitium; sacer religiosae communitatis praesidum coetus, *vel* conventus (*capitolo di una Comunità Religiosa*); generale religiosae communitatis consilium, *vel* concilium, *vel* comitium (*capitolo generale di una Comunità Religiosa*); generale religiosae communitatis consilium convocare, *vel* cogere (*adunare il capitolo generale*). - Generalis consilii religiosae communitatis auditorium (*luogo o sala del capitolo generale di una Comunità Religiosa*).

— Vox « capitulum » infimae est latinitatis.

Capo del personale: Operariorum (opificum) moderator (*se si tratta di operai od artieri*). - Ministrorum moderator; officialium moderator (*se si tratta di impiegati o funzionarii*). *V. Impiegato, Funzionario*.

Capo del protocollo: Officiorum magister; *vel:* Ab officiis.

Caporale: Decurio, onis, m. (*Vallauri*); equitum decurio (*Morcelli: caporale di cavalleria*); militum decurio (*caporale dell'esercito; la traduzione però è necessariamente approssimativa* = *capo di una decuria*).

Capo ufficio: Primiscrinius, ii (*Vallauri*) - Vox « primiscrinius » habetur in Cod. Anastas., Theodos., Valent. Imper. et in antiq. inscript.; eaque significatur « primus scriniarius » seu primus cu-

stos scriniorum, vel praepositus scriniis praesertim in aula Principis. In scriniis autem asservabantur res pretiosae et arcanae, praesertim acta, epistulae, commentaria, chartae et cetera ejusmodi, quae vel ad domum Principis vel ad rem publicam pertinebant.

— Aptius fortasse dicitur: Officialium primus; *vel* officialis primarius. - *V. Ufficiale.*

Cappa: Pallium; v. g. canonicorum pallium.

— Sodalis albatus, atratus, russatus ... (*confratello vestito di cappa bianca, scura, rossastra ...*). Adiectiva « albatus, a, um » et « atratus, a, um » usurpantur a Cicerone; « russatus, a, um » legitur apud Plinium.

Cappella - **Cappelletta**: Aedes, aedicula, cella, sacellum.

— Cella usurpaur cum de parte nobiliore agitur alicujus templi, in qua signa Deorum ponuntur, v. g. cella Concordiae (*Cic., Phil.* III, 12), cella Jovis (*Liv.*) etc. Interdum vero usurpatur pro *navata* (*Vitruv.* III, 1 et IV, 1). Itaque dici potest cella maxima (*cappella maggiore o navata maggiore*); cella Sacramenti Augusti (*cappella del Sacramento*); cella corporum Sanctorum, *vel* Sanctorum exuviis asservandis (*cappella delle reliquie*).

— Aedicula (*Liv. et a.*) = *piccolo santuario, tempietto, cappella;* v. g. « Aedicula Victoriae virginis prope aedem Victoriae » (*Liv.*) - Haec vox significat etiam loculamentum simulacri, seu *nicchia nelle pareti dei templi e delle case, o edicola negli angoli sporgenti degli edificii* (*Plin. et a.*) - In plurali numero plerumque significat *piccole abitazioni, casette.*

— Sacrarium (*santuario*) - Avitum sacrarium (*Morcelli: cappella gentilizia*), *vel* sacrarium gentis, *vel* sacrarium gentilicium, *vel* suae gentis sacellum.

— Sacrarium privum (*Morcelli: cappella privata*); *vel* privatum sacellum; *vel* sacellum privum.

— Aediculae ab Aloisio Gonzaga nuncupatae (*Cappellette di S. Luigi a Roma*).

— Aedes Paullina (*Cap. Paolina in Vat.*); Aedes Xystina, *vel* Sixtina (*Cap. Sistina*).

— Xystinus (Sixtinus) cantorum coetus (*Cappella Sistina dei cantori*), *vel* Sixtinus chorus. - Julianus cantorum coetus, *vel* Julianus chorus (*Cappella Giulia*).

— Xystini (Sixtini) chori magister perpetuus (*Direttore perpetuo della Cappella Sistina*).

— *Maestro di Cappella: V. Maestro e Musica, Musicare, Musicista.*
— Sacrum adstante Pont. Max. celebratum (*Cappella Papale*).
— Sacrum sollemne adstantibus Patribus Cardinalibus; *vel:* Conventus Patrum Cardinalium sacri sollemnis causa (*Morcelli: Cappella cardinalizia*).

Cappellania: Curionis minoris munus; *vel* munus adjutoris curionis (*cappellania dipendente da una parrocchia*).
— *Cappellania della Guardia Nobile, della Guardia Svizzera, ecc.:* Munus magistri pietatis etc...; *vel* munus sacrae disciplinae etc...
— *V. Guardia, Gendarme.*

Cappellano: Curio minor, *vel* adjutor curionis (*Morcelli = cappellano in una parrocchia*).
— Magister pietatis, *vel* magister sacrae disciplinae (*cappellano presso qualche istituto*). - Curio, *vel* sacerdos militibus addictus (*cappellano militare*); *vel* sacrae disciplinae militum magister; *vel* militum religioni fovendae praepositus.
— *Cappellano della Gendarmeria Pontificia: V. Gendarme.*
— *Cappellano della Guardia Nobile, della Guardia Svizzera, della Guardia Palatina: V. Guardia.*

Cappelletto - Cappelletti: I. *V. Cappello.*
II. Obstraguli ornamentum (*cappelletto = pezzetto di pelle cucito in punta al tomaio delle scarpe*). - Obstraguli fulcimen (*Vallauri = pezzo di cuoio posto a sostegno del tomaio*). - Obstragulum, i, n. (= *tomaio*) usurpatur a Plinio IX, 35, 56
III. *Cappelletti: V. Tortelli, Tortellini.*

Cappello: Pileus, i, m. *vel* pileum i, n. (*Liv. et a. = berretto in forma di mezzo uovo*), capitis tegumentum, quod apud Romanos erat libertatis insigne - Pileolus, *vel* pileolum (*berrettino, zucchetto*) - Pileatus, a, um (*coperto di pileo*).
— Petasus, i, m. (*cappello da viaggio a larghe falde*) - Petasatus, a, um, seu petaso tectus (*Cic.*).
— Causea, *vel* causia, ae, f. (*Val. Max. = cappello a larga tesa per il sole*).
— Galerus, i, m., *vel* galerum, i, n. (*Virg. = berretta per sacerdoti ed altri*) - Galericulum (*Suet. et a. = cuffia, camauro, parrucca*) - Galeritus, a, um, seu galero tectus (*Propert.*) - Apex, icis, m. (*copricapo di forma conica sormontato da una verghetta, proprio dei sacerdoti, re e satrapi asiatici*) - Tutulus, i, m. (*copricapo del flamine*).

— Purpuratorum Patrum insigne, galerus, galerum (*cappello cardinalizio*).
— *V. Berretta.*

Cappuccino: Sodalis Franciscalis capulatus (*Morcelli*); *vel* Franciscalis capulatus.
— Franciscalis capulata (*monaca cappuccina*); *vel,* ut Morcellius scribit: Virgo devota ex Ordine Franciscalium Capulatorum.
— Adjectivum « capulatus, a, um » legitur in antiquissimis inscriptionibus; e. g. « sacerdotes capulati », « collegium capulatorum sacerdotum Dianae » (*Morcelli,* III, 87), « Salius martialis capulatus » (*Idem,* III, 69): eoque vocabulo ille significari videtur, qui capulum habet, seu apicem in pileo (*che ha acuminato il copricapo.* Cfr. « Forcellini » et « Thesaurus linguae latinae »).

Carabina: *V. Fucile* e *Archibugio.*

Carabiniere: Miles a publica tutela - *V. Gendarme.*

Caracas: Caracae, arum (*capitale del Venezuela*).

Caramella: Bellaria, orum, n. pl.
— Bellaria scidulis involuta (*caramelle incartate*).
— Vitrum ocularium (*lente che taluni pongono nell'orbita dell'occhio*) - *V. Occhiali.*

Carattere: I. Ingenium, indoles, natura, animus. - « Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret » (*Hor., Ep.* I, 10, 24) = *il carattere si reprime difficilmente.*
— Sua natura propria, *vel* ingenium proprium (*temperamento;* Cf. *Cic., De Off.* I, c. XXXI).
II. Litterarum notae (*Cic., Tusc.* I, 25, et *Divin.* II, 41) - Litterarum formae (*Cic., Nat. D.* II, 37) = *caratteri nello scritto; e nella stampa* - Unius et viginti formae litterarum (*Cic., Ibidem* = *le 21 lettere dell'alfabeto*) - *V. Alfabeto.*
— *Graece:* Typi, orum (τύπος).
— Litterae formatae in cunei modum (*Vallauri: caratteri cuneiformi*).
III. *Carattere sacramentale*: Indelebillis sacramentorum nota; indelebilis animi nota, quam characterem vocant. - *Graece:* character, eris, m. (χαρακτήρ).

Caratteristica: *V. Proprietà.*

Carbon fossile: *V. Fossile, Antracite, Lignite.*

Carcinoma: Carcinoma, atis, n. (*Cels.-Plin. et a.*).

Cardia: Superius stomachi foramen. - *Graece:* Cardia, ae, m. (*t. med.*).

Cardinalato: Purpuratorum Patrum dignitas, *vel* munus. - Patrum Cardinalium dignitas - Romana Purpura, *vel* Sacra Purpura (*secondo i varii significati*).

— Adlectus inter Patres Cardinales; *vel:* Romanae Ecclesiae laticlavio ornatus, *vel* honestatus, *vel* decoratus (*Promosso al cardinalato*).

— Sacrae Purpurae honore se abdicare (*Rinunziare al cardinalato*).

Cardinale: Pater Cardinalis; Purpuratus Pater; Vir Eminentissimus; sacro laticlavio donatus, honestatus, decoratus - Cardinalem agere, *vel* gerere (*esser Cardinale*); Romana purpura, *vel* Sacra Purpura decorari, honestari, donari (*diventar Cardinale*).

— Cardinalis vice sacra Urbis Antistes (*Morcelli: Cardinal Vicario*), *vel* Cardinalis vicaria potestate Urbis Antistes.

— Card. a publicis Ecclesiae negotiis (*Card. Segretario di Stato*); *vel* Em. Pater Cardinalis publicis Ecclesiae negotiis praepositus.

— Protodiaconus Cardinalis (*Id. = Card. 1° Diacono*).

— Princeps Sacri Senatus (*Id. = Card. Decano*); *vel* Patrum Cardinalium senior; Purpuratorum Patrum senior; Purpuratorum Patrum primus. - *V. Decano.*

— Summus Magister beneficiis dandis attribuendis (*Id.: Card. Datario*); *vel* Summus Magister sacerdotiis dandis attribuendis.

— *V. vol. I, pag.* 73.

— Summus Magister criminibus expiandis (*Card. Penitenziere*).

— Cardinalis Patronus etc. ... (*Card. Protettore*).

— Patrum Cardinalium Collegium, *vel:* Augustus Purpuratorum Patrum Senatus (*Sacro Collegio*).

— Patribus Cardinalibus adscribere; *vel* in Patrum Cardinalium Collegium adlegere, sublegere, cooptare; *vel* aliquem Cardinalem dicere, facere, jubere; *vel* alicui Sacrae Purpurae honorem (dignitatem) deferre (*Morcelli: creare un Cardinale*).

— Aliquem in amplissimum Purpuratorum Patrum Collegium jam adlectum designatumque pronunciare (*pubblicare un Card. già riservato in pectore*).

Cardiografia - Cardiologia: Cordis descriptio (*cardiografia*) - Doctrina de cordis conformatione ac natura (*cardiologia*) - *Graece:* Cardiographia, ae, f.; cardiologia, ae, f. (*καρδία = cuore - γράφω = descrivo - λόγος = discorso, ragionamento*).

Cardiopalmo: Cordis palpitatio; nimia et exlex cordis palpitatio. - *Graece:* Cardiopalmos, i, m. (*καρδία = cuore - πάλμω = palpito*).

Cardiopatia: Cordis angor, *vel* dolor. - *Graece:* Cardiopathia, ae, f. (*καρδία = cuore - πάθος = malattia*).

Cardiopericardite: Cordis ac pericardii inflammatio, *vel* inflatio; pericardii cordisque inflammatio, *vel* inflatio (*infiammazione del cuore e del pericardio*).

Cardioressia: Cordis laceratio.

Cardiosclerosi: Cordis musculorum duritia, ae, f.; cordis musculorum durities, ei, f.; cordis duritia, *vel* durities. - *Graece:* Cardiosclerosis, is, f. (*καρδία = cuore - σκληρός = duro*).

Cardite: Cordis *inflammatio, vel inflatio;* cordis musculorum inflammatio, *vel* inflatio. - *Graece:* Cardites, is, f. (*t. med.*).

Caricare: Onerare aliquid aliqua re; gravare aliquem aliqua re; onus imponere alicui; labores alicui injungere (*caricare uno di lavoro*); merces in navem, in plaustrum impònere (*caricare una nave, un carro*), *vel* navem, plaustrum onerare mercibus.

— *Caricare la pipa:* Infumibulum nicotianis foliis farcire - Nicotiana folia in infumibulum farcire.

— *Caricare l'orologio:* Horologio machinationem dare; « machinationem dare alicui » legitur apud Cic., De N. Deor. II, 48; *vel* horologii machinationem agere.

— *Caricare di bastonate, d'ingiurie...:* Aliquem verberibus, injuriis, conviciis onerare; incursare aliquem pugnis et calcibus (*Plaut.*).

— *Caricare di tasse:* Onerare populum vectigalibus (*Plin. Jun.*).

— *Caricare fucili, pistole cannoni:* Ignivomam manuballistam (manuballistulam), tormenta bellica... pulvere ignescenti et plumbeis glandibus (*vel* globis plumbeis) implere. - *V. Fucile, Pistola, Cannone, Proiettile.*

— *Caricare giumenti:* Onera in jumenta extollere (*Varr., R. R.,* II, 10); jumentis onera imponere.

— *Caricare la mano...:* Gravius agere; vehementer agere; violenter agere cum aliquo.

— *Caricarsi di debiti:* Aere alieno obaeratum esse (*Liv.*); aere alieno oppressum esse (*Liv.*); animam debere (*Ter., Phorm.* 661 = *avere in debito anche l'anima*).

Carità (*Congregazione di*): Collegium, *vel* coetus rei subsidiariae administrandae (*Morcelli*).

Carmelitana: Carmelitis, idis; karmelitis, idis, f. (*Morcelli*).

Carmelitano: Carmelita, ae; Carmelites, is; sodalis carmelites (*Id.*); *vel* karmelita, ae, etc...

— Carmelita excalciatus; Carmelites excalciatus (*Id.*) = *Carmeli-*

tano scalzo. - Vox « excalciatus » vel fortasse melius « excalceatus » legitur apud Senecam, Svetonium et alios.

— D. N. Maria Carmelitis (*Id.: Madonna del Carmine*). - Carmelitis, idis; *vel* karmelitis, idis (*Id. = del Carmine, Carmelitana*). -

Carmine: *V. Madonna del Carmine e Carmelitano.*

Carnevale - Carnevalesco: Bacchanalia, ium (iorum), n. pl. (*Vallauri = carnevale*). - Ad bacchanalia pertinens (*Idem = carnevalesco*).

— Qui dies a nobis vulgato nomine *carnevale* vocantur eorum dierum imaginem referunt, quibus veteres Romani Bacchanalia et Saturnalia celebrabant. Ad rem tamen clarius significandam dici potest: tripudii dies ante quadragenarii jejunii tempora.

Caro-vita - Rincaro-vita: Caritas; annonae caritas (*Cic.*); rerum omnium caritas (*rincaro-vita*). - *Contra:* vilitas; annonae vilitas; annona laxior (*Liv.*). - Rerum pretium exardescit in immensum (*Cf. Suet., Tib.* 34) = *rincaro enorme della vita.* - Annonam excandefacere, incendere (*Cf. Varr., R. R.* III, 2) = *produrre un enorme rincaro della vita.* - Flagellare annonam (*incettare i viveri per rincararli enormemente*). - *Cf. Plin.* XXXIII, 13, 57: Praevalens manceps annonam flagellat (*appaltatore affarista che fa l'incettatore per rincarare i prezzi*).

— Aucta merces ob annonae caritatem (*il caro-vita, come aumento di paga*). - Stipendii (*vel* salarii) additamentum ob annonae caritatem (*caro-vita, come aumento allo stipendio*); stipendium adauctum ob rerum omnium caritatem.

— Stipendii (salarii) additamentum ob annonae caritatem alicui tribuere, attribuere, impertire, concedere (*assegnare, dare, concedere il caro-vita ad uno*).

Carpentiere: Artifex carpentarius; faber carpentarius. - Adjectivum « carpentarius, a, um » legitur apud Plinium XVI, 8, 10; « carpentum » autem, ex qua voce hoc adjectivum ducitur, genus vehiculi erat. Apud Lampridium (*Alex. Sev.* 52) legitur: « artifex carpentarius »; apud T. Tarruntenum Paternum (*Dig.* L, 6, 6) legitur: « carpentarius, ii, m. ».

Carriera: *V. Corso I.*

Carro-Ambulanza: Vehiculum vulneratis militibus excipiendis (*Vallauri*).

— Vehiculum excipiendis infirmis, aegrotis, sauciatis etc. - *V. Automobile* (*autoambulanza*).

Carro armato: *V. Automobile.*

Carrozzabile: *V. Rotabile.*

Carta bianca: Aliquid alicujus arbitrio permittere, *vel* committere (*dare carta bianca a uno*).

Carta da visita: *V. Biglietto.*

Carta d'identità: *V. Identità.*

Cartagloria: Precatoriae altaris tabellae. - Altaris tabellae (quasdam) Eucharistici Sacrificii formulas exhibentes. - « Chartae gloriae » quae dicuntur. - Altare trinis linteis trinisque precatoriis tabellis ornare (*mettere sull'altare le tre tovaglie e le tre cartaglorie*).

Cartapesta: Charta ... in formis durata (*Vallauri*). - Charta formis durata; charta durata.

Cartastraccia – Carta da involti: Charta emporetica (*Plin.* XIII, 12, 23); charta scribendo inutilis (*Ibidem*). Charta rebus involvendis.

Carta sugante: Charta bibula (*Plin., Ep.* VIII, 15). - Adjectivum « bibulus, a, um » hac fere significatione adhibetur etiam a Virgilio et ab aliis.

Carte da giuoco: Scidae, *vel* scidulae lusoriae; chartulae lusoriae; lusorius scidularum fasciculus (*mazzo delle carte*); scidularum, *vel* chartularum lusus, us (*giuoco delle carte*).

Carteggio: Epistularum commercium; accipiendae mittendaeque litterae; missae atque acceptae litterae.

Cartella: Scidula, pagella, chartula (*piccola carta, cartellino*). - Theca libraria, *vel* theca scriptoria (*Vallauri*) = *involucro o busta di cuoio ecc. per conservare carte, scritti, libri.*

Cartelle di rendita: *V. Buono, II.*

Cartiera – Cartoleria: Chartariae officinae (*Plin.* XVIII, 10, 19, n. 2), *vel* chartaria officina (*Cartiera*). - Chartaria taberna, *vel* chartarum taberna (*cartoleria*). - Chartarius, ii, m. (*Inscript. antiq.*) seu qui chartas conficit aut vendit.

Cartoccio: Chartae involucrum (*Plin.* XIII, 12, 23). - Cucullus, i, m. (*Martial.*); chartae cucullus (*Idem,* III, 2) = *cartoccio in forma di cono per involgere.*

Cartolina illustrata: Chartula, *vel* scida, *vel* scidula lucis ope picta.
— Picta publici cursus chartula, *vel* scidula.
— *V. vol. I, pag. 242, Epist. III.*

Cartolina postale: Publici cursus chartula, *vel* scida, *vel* scidula - Cursualis chartula, *vel* scida.

Cartolina vaglia: Nummarium publici cursus mandatum - Nummaria publici cursus chartula, *vel* scidula. - *V. Posta.*

Cartone: Charta spissa, *vel* crassa charta (*Vallauri*).

— *Nel senso di modello per pitture:* Picturae exemplar. - Graphis, idos, f. (*Vitruv.-Plin.*).

Cartuccia: Tubulus displodens; tubulus pyricus; pyrobolus, i. m.; pyrobolum, i, n. (= *cartuccia, projettile; πῦρ = fuoco, βάλλω = getto*).

Cartuccera: Pyrobolorum theca; displodentium tubulorum theca.

— Pyrobolorum fascia *vel* cingulum (*cartuccera in forma di cingolo o fascia*); *vel* displodentium tubulorum cingulum, seu fascia.

Casa d'esercizi spirituali: Asceterium, quod resipiscentium animorum perfugio patet (*Morcelli*). - Asceterium (domus, sedes) reparandis pietate animis; *vel* asceterium (domus, sedes) excitandis ad virtutem animis; *vel* asceterium (domus, sedes) reparandis in melius animis.

Casa di correzione: Custodiarium ad pueros custodiendos exercendosque (*Morcelli*); *vel:* Domus pueris custodiendis educandisque.

Casamatta: Cella loricata tormentisque bellicis instructa.

Casa Religiosa: Familia Deo devota (*Morcelli*) - Sacrarum virginum domus (*casa religiosa di suore*), *vel* sanctimonialium domus; monachorum domus (*casa religiosa di monaci*). - *V. Cenobio, Convento, Monastero.*

Cascina – Cascinale: Villa casearia. - Adjectivum « casearius, a, um », seu ad caseum pertinens, legitur apud Ulpianum, Dig. VIII, 5, 8.

— A nonnullis (v. g. *Vallauri*) ponitur: caseale, is, n., ex loco Columellae (II, 15). Locus tamen omnino dubius atque incertus est; plurimi enim ibidem legendum putant « caprile, is, n. » (*stalla da capre*).

Casella – Casellario: Loculus, i, m. (*casella*), *vel* loculamentum, i, n. - Loculamenta, orum, n. pl. (*casellario*). - Publici cursus loculus, *vel* loculamentum (*casella postale*); *vel* rei tabellariae loculus, loculamentum. - Publici cursus, *vel* rei tabellariae loculamenta (*casellario postale*) - *V. Posta.*

— *V. Schedario.*

Caserma: Militum contubernia, orum, n. pl. (*Cordara*); militum contubernium; militare contubernium (*Sall.-Tac.*); militum statio (*Caes. et a. = luogo di guardia per soldati*); castra stativa, *vel* stativa, orum, n. pl. (*Liv. et a. = accampamento, alloggiamento dell'esercito*).

Caso: (*È il caso - Non è il caso*) Operae pretium est (inf.); huc attinet... (*inf.*); huc profecto non attinet; huc vix attinet dicere...

Cassa: Arca; arca nummaria; theca nummaria (*Cic. et a. = cassa per*

conservare denaro) - Nummos ex arca proferre (*Cic., Rosc. Com.* 11, 29); aurum ex armario promere (*Cic., Cael.* 21, 52); expilare armarium (*Cic., Clu.* 64, 181 = *saccheggiare la cassa*).

— Scrinium (*specialmente per libri*); capsa (*per libri, vestiario,* etc.); capsula (*per oggetti di vestiario,* etc) - « Totus de capsula » (*Senec., Ep.* 115, 2: *attillato, bellimbusto, zerbinotto*), veluti de capsula novis vestibus indutus exierit.

— Pecuniae calendarium (*Morcelli*: *giornale di cassa*).

— Codex expensi et accepti (*Id.*: *registro di cassa*).

— Mensa ad ruricolarum mutuationes (*Acta Leonis* 1901, p. 5, *Enc.* « *Graves de communi* » = *Cassa rurale*).

— Mensa parsimoniae provehendae (*Cassa di risparmio*).

— Nummaria arca loricata (*Cassaforte*).

Cassetta postale: *V. Posta.*

Cassiere: Mensarius, ii, m. (*Liv.* VII, 21; *Cic., Flacc.* 19 *et a.* = *cassiere pubblico*) - Mensarius erat magistratus pecuniae publicae custodiae deputatus sub quaestoribus.

— Arcarius, ii, m.; qui est arcae nummariae custodiendae addictus (*Cassiere*). Vox est tamen serioris latinitatis.

— Quaestor arcae publicae (*Morcelli: cassiere dell'erario publico*).

Cassino - Cassinese: Casinum, i, n. (*Montecassino*); quod vocabulum legitur apud Plin. III, 5, 9, ac significat « oppidum Volscorum in Latio ad radices montis, qui olim castrum Casinum, nunc *Monte Cassino* appellatur » (*Forcellini*). - In nonnullis lexicis scribitur « Cassinum »; rectior tamen videtur eorum ratio, qui « Casinum » scribunt.

— Casinas, atis (*Cic.-Plin.*) = *abitante di Montecassino, attinente a Montecassino;* e. g. Casinas ager, Casinas fundus (*Cic., Agr.* II, 25; et *Phil.* II, 40). - Nonnulli scribunt: Cassinas, atis et Cassinensis, is. - Cf. tamen quae supra scripsimus.

— Cassinenses; Casinates (*Morcelli: Cassinesi*).

— Monachus sacri ordinis Cassinensium; monachus casinas; monachus Benedictinus Cassinensis (*Idem*).

Castagnaccio: Castanearum puls, tis, f.; castanearum pulmentum i, n.; castanearum pulmentarium, ii, n.

Castagneto: Locus castaneis consitus; mons castaneis consitus. - Castanetum (*Colum.* IV, 33).

Castaldo: *V. Agente.*

Castel S. Angelo: *V. Angelo.*

Catacombe: Arenaria, ae, f.; et arenarium, ii, n. (*Cic.-Vitruv. et a.*),

locus ubi arena fossicia effoditur; arenariae cuniculi (*catacombe*).
— Catacumbae, arum (*Inscript.*); hypogeum, i, n. (*Morcelli*); cryptae; v. g. cryptae Vaticanae, Callistianae etc.

Catafalco: Tumulus honorarius (Cfr. *Suet.*, *Claud.* 1).
— Moles funebris (*Bettelli, Inscriptiones*).
— Funebre pegma, atis (*Vallauri*).

Cataplasma: *V. Impiastro.*

Catarro: Humoris noxii destillatio; destillatio ex naribus, ex faucibus, ex ventre, ex capite (Cf. *Cels.* I, 2) - *Graece:* catarrhus, i, m. (κατάρροος).

Catarsi: (*parola greca usata dai filosofi Pitagorici e Platonici per indicare il periodo di espiazione o purificazione a cui sono obbligate le anime dei trapassati prima di essere ammesse alla sede dei beati*) Manium expiatio; Manium purificatio. - Vox « purificatio » usurpatur a Plinio XV, 30, 40.
— *Graece:* Catharsis, is, f. (κάθαρσις).

Catartico: Alvum purgans. - *Graece:* catharticus (*Cels.* - καθαρτικός). - *V. Purgante.*

Catasto: Census, us, m. (*Morcelli*).
— Tabulae publicae censoriae (*Calonghi-Georges*, vol. II). - Adjectivum « censorius, a, um » (*Cic. et a.*) significat sive quod ad censorem, sive quod ad censum pertinet (*sia riguardante la censura dei costumi, sia riguardante il censimento degli averi*). - Publicae census tabulae.
— Censum habere (*Cic. et a.*); censum agere (*Suet.* = *fare il censimento dei cittadini e degli averi*). - Publicas census tabulas conficere, describere (*fare il catasto*); publicas census tabulas renovare, *vel* novas census tabulas describere (*fare un nuovo catasto*). - « Curatores legit universae regioni censendae » (*Th. Vallauri:* Inscript. = *Nominò una commissione per fare il catasto generale*).

Catechismo - Catechista: Christianae doctrinae praecepta, *vel* elementa (*catechismo*).
— Christianae doctrinae institutio, *vel* traditio (*insegnamento del catechismo*).
— Catechesis, eos, f. (κατήχησις).
— Christianae doctrinae institutor, *vel* praeceptor (*Catechista*); *vel* elementorum christianae doctrinae institutor; *vel* catecheseos institutor.

Catecumeno: Christianae religionis candidatus. - *Graece:* catechumenus (*Tertull.* - κατηχούμενος).

Cateratta: Cataracta, *vel* catarrhacta, ae, f.; *vel* cataractes, ae, m.; quae quidem vox, e graeco fonte derivata, significat tum locum angustum et praeruptum ubi fluminis aqua magno impetu ruit (*Vitruv.-Senec.-Plin.* = *cascata*), tum etiam claustrum arte factum, quo fluminis cursus temperatur; v. g. « cataractis aquae cursum temperare » (*Plin., Ep.* X, 69).

— Oculorum suffusio (*Cels.-Plin.* = *cateratta degli occhi*).

Catetometro: Cathetometrum, i, n. (*strumento per misurare la differenza fra due punti, siano o no sulla medesima linea verticale*). Haec vox ex graeco fonte ducitur (*κάθετος* = *linea perpendicolare* - *μέτρον* = *misura*). Hac significatione vocabulum cathetus, i, f. legitur apud *Vitruv.* III, 3.

Cattedra (*d'insegnamento*): Magisterium, ii, n. (*Vallauri*). Augere magisteria (*aumentare le cattedre d'insegnamento*).

— (*vescovile, pontificale*): Pontificale solium. - Ad pontificale solium aliquem evehere (*innalzare uno alla cattedra vescovile*), *vel* ad pontificalem dignitatem evehere, *vel* aliquem pontificali dignitate augere, decorare, ornare, honestare.

Cattedrale: Aedes princeps; sacra aedes princeps; templum maximum.

Cattolicismo – **Cattolicesimo**: Catholica religio; catholica doctrina; catholica praecepta. - Catholici homines (*in senso concreto*); qui catholico censentur nomine; qui catholico gloriantur nomine; catholici populi; catholicae gentes; catholici nominis gentes.

Caudatario: A syrmate; syrmatis gerulus (*portatore dello strascico o coda*). - Esse a syrmate (*esser caudatario*); aliquem a syrmate sibi deligere (*nominare uno proprio caudatario*). - Syrma, atis, n., *vel* syrma, ae, f. (*Senec.-Juven.*) vox est e graeco fonte derivata, ac significat *veste lunga con strascico o coda.*

— « Qui eum a syrmate et ab admissionibus alius ex alio sibi delegere » (*Bettelli, Inscript.*, p. 197 = *i quali lo elessero successivamente proprio caudatario e maestro di camera*).

— Caudatarius (*Vallauri*); vox est tamen infimae latinitatis.

Caunas o Kaunas: Caunae, arum (*Capitale della Lituania. - Lat. di Curia*); *vel* Kaunae, arum.

Causalità: Causae ratio; causae vis; ratio efficiens; v. g. ratio aliquid efficiens.

Cavadenti: *V. Dentista.*

Cavalierato: Equestris dignitas; equester honor (*dignità equestre, cavalierato*).

— *Conferire ad uno il cavalierato:* Aliquem equestri dignitate decorare, ornare, honestare, insignire.

Cavaliere: Eques, itis; equestri dignitate ornatus; equestri ordine insignitus, exornatus.

— Eques ordinis primi (*cav. di prima classe*).

— Eques Constantineanus, Georgianus, Michaëlianus, Iacobianus, Stephanianus (*cavaliere costantiniano, di S. Giorgio, di S. Michele, di S. Giacomo, di S. Stefano*).

— Eques Hierosolymarius (*Morcelli: cav. Gerosolimitano*).

— Eques Melitensis; eques Melitensis ordinis primi; eques ornamentarius Melitensis (*cav. di Malta, di prima classe, onorario*).

— Eques Mauritianus (*cav. dei Ss. Maurizio e Lazzaro*); eques emeritus Mauritianus (*cav. emerito* etc.); eques Mauritianus et Lazarianus (*Vallauri*).

— Eques vellere aureo exornatus; eques aurei velleris insignibus exornatus, *vel* honoratus, *vel* decoratus, *vel* honestatus (*Morcelli: cav. del Toson d'oro*).

— Eques Legionis honoratorum (*Vallauri: cavaliere della Legion d'onore*).

— Eques torquatus et balteatus (*Id.: cav. di gran Croce e decorato del gran Cordone*).

— Eques balteatus Ordinis etc. (*Gran cordone dell'Ordine* etc.).

— Aulicus (*cav. di Corte*); *vel* eques aulicus.

— Eques Ordinis Supremi Virginis ab Angelo salutatae (*Vallaurii Inscript.* p. 208 = *cav. della SS. Annunziata*).

— *Collare della SS. Annunziata: V. Collare.*

— Eques a regio Italiae diademate (*Cavaliere della Corona d'Italia*).

— Eques ob merita civilia Ordinis Sabaudiae (*Vallauri: cav. dell'Ordine civile di Savoia*).

— Eques Cruce magna exornatus (*Morcelli: cav. di gran Croce*).

— Eques Pianus, *vel* Eques Ordinis Piani (*Cav. dell'Ordine Piano*); Eques Gregorianus, *vel* Eques Ordinis Gregoriani (*Cav. dell'Ordine di S. Gregorio M.*); Eques Silvestrianus, *vel* Eques Ordinis Silvestriani (*Cav. dell'Ordine di S. Silvestro*); Eques Militiae Auratae (*Cav. dell'Ordine dello Speron d'Oro*); Eques Supremi Ordinis Christi (*Cav. dell'Ordine Supremo di Cristo*); Eques Columbianus (*Cavaliere di Colombo*).

— *V. Ordine.*

Cavallerizzo Maggiore di Sua Santità: Praefectus Stabuli Pontificis Maximi.

Cavallo: Equus, i, m. (*Cic. et al.*); caballus, i, m. (*Hor.-Sen. et al. = cavallo da lavoro*); mannus, i, m. (*Hor.-Sen. et al. = piccolo cavallo agile e veloce, simile pressapoco al pony inglese*); veredus i, m. (*Martial. et al. = cavallo veloce, e specialmente cavallo da posta e da caccia*); equus cursorius, *vel* equus cursualis (*Cod. Theod. = cavallo da posta*); equus bellator (*Virg. = cavallo da guerra*).

— *A cavallo:* Equo vectus; equo insidens; in equo sedens. - Equo vehi, equo insidere, equo vectari (*stare a cavallo, andare a cavallo*). - Conscendere equum (*salire a cavallo*); se in equum subicere (*Liv.-Virg. et al. = saltare a cavallo*).

— *Essere a cavallo di una cosa o di un'impresa:* Rem, *vel* causam superavimus; difficultatem superavimus; difficultatis discrimen eluctati sumus; in tuto jam sumus (*siamo a cavallo*).

— *A caval donato non si guarda in bocca:* Equi donati dentes non inspiciuntur (*Hieron., Prooem. epist. ad Ephes*); donum, quodcumque dat aliquis, proba (*apud Strabon.*); donum, quidquid est, laudatur.

— *Tutte le mosche sui cavalli magri:* Afflicta afflictis adduntur.

Cavatappi: Tormentum cochleatum (« *Alma Roma* » *Commentarius*, 1942, p. 100) - Tormentum (*Cic. et a. = strumento atto a torcere, girare, premere, scagliare*); cochleatus a, um (*fatto a chiocciola, o vite*), vox est apud Cassianum (*saec. V p. Ch. n.*).

Cecoslovacchia: Cecoslovachia, ae, f.; Cecoslovachi, orum (*gli abitanti*); Praga, ae, f. (*la capitale*).

Cedola: Scida; scidula; scheda; schedula. - *V. Cupone.*

Cementare: Malthare (*Plin. = in senso letterale*). - Coagmentare, firmare; solidare; conglutinare (*in senso metaforico*).

— Conglutinare amicitiam (*Cic. = cementare l'amicizia*).

Cemento – Cemento Armato: Lithocolla, ae, f. (*Calonghi-Georges*, vol. II); quae tamen vox apud nullos invenitur latinos scriptores.

— Nonnulli ponunt: arenatum, i, n.; quae vox significat *mistura di calce e rena* (*Vitruv.-Plin.*).

— Alii ponunt: intrita, ae, f.; quae vox apud Plinium et alios significat *calcina bagnata, impasto di calcina, pane bagnato, pappa* etc....

— Alii: maltha, ae, f. (*Plin. et a.*); quae vox significat *stucco, malta;* seu genus tectorii, quod parietibus inducitur. Atque ita verbum maltho, as, avi ... apud Plinium significat « maltha conglutinare vel solidare ».

— Alii denique: caementum, i, n. (*Cic.-Liv.-Vitruv.*), quod tamen res omnino alia est, nempe *pietre tagliate per murare;* itaque « caementa calce durata » (*Liv.*) = *pietre fermate con la calce.*

— Arenatum ferro roboratum, *vel* ferro duratum (*cemento armato*).

Cenobita – Cenobio: Coenobium (*κοινός* = *comune; βίος* = *vita*) - Asceterium (*Cod. Justinian.* - *ἀσκητήριον*). - Quae tamen vocabula, e graeco fonte derivata, a serioris sunt latinitatis auctoribus adhibita. - *V. Convento.*

— Coenobita, ae, m. (*v. gr.*) = *cenobita* - Coenobiarcha, ae, m. = *capo di un cenobio* (*v. gr.*).

— Koenobiarcha, ae (*Morcelli*) = *capo di un cenobio* (*v. gr.*).

Cenotafio: Cenothaphium, ii, n. (*Ulp., Dig.* XI, 7, 6); seu tumulus vacuus, *vel* sepulcrum vacuum honoris causa positum. Vox est e graeco fonte ducta (*κενός* = *vuoto* - *τάφος* = *sepolcro*).

— Tumulus honorarius (*Suet., Claud.* 1).

— Cenotaphiolum (*Inscript. Murat.*), seu parvum cenotaphium.

Censimento: Census, us, m. (*delle persone e degli averi*).

— Censum habere (*Cic. et a.*); censum agere (*Suet.*); censere familias pecuniasque (*Cic., Leg.* III, 3).

— Rationarium, ii, n. (*Registro del censimento*) - « Magistratibus et Senatu domum adscitis, rationarium imperii tradidit » (*Suet., Aug.* 28).

Centellinare: Sorbillare; pytissare (*Ter. et al.*). - « Vinum paulatim labellis minuens, sorbillat dulciter » (*Apul., Met.*, 2).

— Exiguis haustibus bibere (*Ovid.*).

Centenario (*nomen*); Expletum saeculum a...

— Revolutum saeculum a ...

— Centesimo exeunte, *vel* exacto saeculo ab ... - Primo, secundo, tertio ... exeunte, *vel* exacto, *vel* revoluto saeculo a ... (*ricorrendo il primo, secondo, terzo, centenario da quando ...*).

— Centenarius, a, um (*adject.*). - Hoc adjectivum, scilicet ad numerum centum pertinens, legitur apud Varronem et Plinium.

Centimetro: Centesima mensurae primariae pars. - Digitus (*circa cm. 1,8*); palmus (*quasi cent. 24*); quibus verbis hoc mensurae genus apte reddi potest: v. gr. quattuor digitos altum esse (*essere alto circa cm. 7,2*); decem digitorum latitudinem non excedere (*non oltrepassare i 18 cm.*). - *V. Metro, n. II in fine.*

Centrale: Medius, a, um; media Europa, media Italia (*Europa centrale, Italia centrale*).

— Praecipuus, primarius; v. gr. primarium alicujus societatis con-

silium (*Consiglio centrale*); res *vel* pars praecipua, *vel* primaria (*punto centrale*).

— Centralis, e. Hoc adjectivum invenitur apud Plinium (II, 23, 21), ubi legitur: « terra centralis », hoc est quae in centro mundi posita est. Tum solummodo usurpari potest cum de centro alicujus orbis vel globi agitur. Perperam igitur a nonnullis dicitur: Italia centralis, *vel* Europa centralis.

— *Una Centrale:* Primaria sedes; v. g.: Primaria publici cursus sedes; *vel* primarium publici cursus diribitorium (*Centrale della posta*); primaria telephonii sedes (*Centrale telefonica*); primaria telegraphii sedes (*Centrale telegrafica*); primaria electrici machinamenti, *vel* electricae machinationis sedes (*Centrale elettrica*).

Centralizzare – Centralizzazione: Aliquid in unum cogere, ad unum ordinare, conformare, conglobare (*centralizzare, accentrare*). - Omnia in unum cogere, conglobare, ordinare, conformare (*centralizzare, accentrare tutto*).

— Conglobatio (*Sen.-Tac.* = *centralizzazione, accentramento in senso materiale*). - Ordinatio, *vel* conformatio in unum (*in senso metaforico*).

Centrare: Aliquid in medio disponere (*mettere nel centro*). - Medium ferire (*Cic.* = *colpire nel centro*). - Collineo, as ... (*Cic.* = *colpir nel segno*).

Centrifugo: Mediam partem fugiens; medium fugiens; centrum fugiens. - *V. Centro.*

— Naturae vis a medio avertens extrema (*forza centrifuga*); *vel* nisus a medio avertens extrema.

Centripeto: Mediam partens petens; medium petens; centrum petens. - *V. Centro.*

— Vis gravitatis; vis gravitatis et ponderum (*forza centripeta, forza di gravitazione*); vel naturae vis, quae ad medium rapit extrema; terrae nisus medium in orbem vergens (*Cf. Lucr.* VI, 482).

Centro: Centrum, i, n. Vox est e graeco fonte ducta, qua significatur media pars circuli, vel globi (*Plin.-Vitruv. et a.*).

— Nodus ac coitus; v. g. venarum (*punto a cui convergono le vene*).

— Pars media alicujus rei (*centro in una cosa*); media insula (*centro di un'isola*); sedes, domicilium; v. g. imperii sedes, *vel* domicilium (*centro dell'impero*).

— Cum de translata significatione agitur, res ita reddi potest: res praecipua, *vel* primaria; alicujus rei caput ac veluti centrum etc.

Cerimoniere: A caerimoniis Antistes (*Morcelli*).

— A caerimoniis.

— A caerimoniis pontificalibus (*Cerim. Pontif.*); *vel* a caerimoniis Pont. Max.

— Antistes caerimoniarum secundus (*Morcelli: 2° cerimoniere*).

Cerimonioso: Officiosus; obsequii, *vel* observantiae plenus; officiorum plenus - Homo officiorum nimius, *vel* in praestandis officiis nimius, *vel* ad satietatem officiosus, *vel* immodicae urbanitatis homo, *vel* urbanitatem plus nimio affectans (*persona troppo cerimoniosa, affettata*).

— Non autem: « Caerimoniosus », quae vox barbarae est latinitatis; neque « caerimoniarum observantissimus », quia caerimonia significat *rito sacro*.

Cerini: Cereoli sulphurati; cereoli sulphure illiti. - Cf. ramentum sulphuratum (*Martial.* X, 3 = *zolfanelli*) - Vox « cereolus, a, um » legitur apud Columellam; et « cereolus, i » apud S. Hieronymum.

— Mercis sulphuratae institor (*Martial.* XII, 57 = *venditore di cerini, di fiammiferi*). - Theca cereolis sulphuratis asservandis (*scatola di cerini*).

Cerotto: Pittacium medicamento illitum (Cf. *Cels.* III, 10).

— Ceratum, i, n. (*Cels.* IV, 20).

— Cerotum, i, n. (*Martial.-Plin. et a.*).

— Infirma semper imbecillaque valetudine esse (*essere un cerotto*).

Certezza: Explorata veritas; omnino explorata veritas (*piena certezza*); certa cognitio, sententia, *vel* notitia; res certa; res omnino explorata.

— Firmitas (*sicurezza*); sententiae firmitas (*certezza d'opinione*); fides; certa fides, v. g. tuendae pacis (*piena fiducia*); historiae fides (*certezza storica*).

— Mihi certum, compertum, exploratum, exploratissimum, persuasum, persuasissimum est (*So con certezza*).

— Sententia quae ex communi agendi ratione tuta haberi potest (*certezza morale*); *vel* opinio ex communi agendi ratione certa.

— Certitudo, inis, f. vox est cadentis latinitatis, atque adeo non usurpanda.

Certificare - Certificato: Fidem facere alicui (*acc. inf.*); testari; testificari (*certificare*).

— Testimonium (*attestazione orale o scritta*); v. g. testimonium dicere, dare, impertire alicui (*Cic.* = *attestazione orale*); testimonia scribere, legere (*Cic.* = *scrivere, leggere attestazioni*).

— Documentum (*tutto ciò, con cui si può apprendere o testimo-

niare qualche cosa); v. g. documentum alicujus rei dare (*Liv.*); documentum dare (*acc. inf.*).

— Consignationes (*Quintil.* XII, 8 = *documento provveduto di sigillo e firma*). - *V. Testimoniali.*

Certosini – Certosa: Cartusiani, orum (*Morcelli* = *Certosini*); Cartusianorum Coenobium (*Certosa*).

— Ab aliis scribitur: Carthusiani, orum.

Cesello – Cesellare: *V. Bulino.*

Cestinare: In cistulam, *vel* cistellam proicere (*in senso letterale*). - Aliquid explodere (*Cic. et al.* = *respingere, disapprovare*); aliquid improbare, reprobare, abicere.

Ceylon: Ceylanum, i, n. (*Vallauri*); Ceylani insula (*Idem*). Ab aliis scribitur: Ceylonum.

Chauffeur: *V. Autista.*

Chèque: (*chèque è traduzione francese della parola inglese check, che in buon italiano si dice assegno bancario*). *V. Assegno Bancario.*

Chiaravalle: Clara vallis; Claravallensis (*Morcelli: di Chiaravalle*); Coenobium Claravallense (*Abbazia di Chiaravalle*).

Chiaroscuro: Monochromatos pictura; *vel* monochromaton, i, n. (*Plin.* XXXV, 3, 5) = *pittura a un solo colore, a chiaroscuro* - « Monochromata pingere » (*Idem*). « Pinxit et monochromata ex albo » (*Idem*). - Apud Plin. XXXV, 5, 11 legitur etiam adjectivum « monochromateus, a, um »; v. g. « monochromatea genera picturae » (*μόνος* = *solo* - *χρῶμα* = *colore*).

— Asperitas, atis, f. - Vitruvius tam de architectura, quam de pictura loquens, asperitatem vocat quod nos vulgari voce *chiaroscuro* appellamus (*Archit.* III, 3 - VII, 5).

— *V. Dipingere.*

Chiave: Claves urbis in argumentum delati imperii deferre (*Morcelli: Offrire le chiavi della città*).

Chierica: Tonsura, ae, f. (*Varr.-Ov.*); sacra tonsura; sacerdotalis tonsura.

Chierici: Iuventus templis addicta (*Morcelli*).

— Clerici, orum - Adlectus inter clericos.

— Sacrorum alumnus; sacricola, ae, m.

— *V. Seminarista.*

— Sodalis Barnabites (*Chierico Reg. di S. Paolo*).

— Sodalis Teatinus (*Chier. Reg. Teatino*).

Chiesa: I. Ecclesia exoriens, *vel* originibus proxima (*Chiesa nascente*).

— Ecclesia militans; Ecclesia laborans (*Chiesa militante*).

— Ecclesia triumphans, *vel* in caelo triumphans (*Chiesa trionfante*).

— Ecclesia labes expians (*Chiesa purgante*). - *V. Purgante.*

II. Aedes absoluta riteque expiata (*Chiesa compiuta e benedetta*).

— Aedes jure sacrorum privata (*Morcelli: Chiesa interdetta*).

— Templum, *vel* sedes honoris sui, *vel* tituli sui (*Id.: Chiesa del proprio Beneficio o del proprio titolo*).

— Curiale templum; aedes curialis (*Id.: Chiesa parrocchiale*).

— Aedes curiae vicaria (*Id.: Chiesa sussidiale*).

— Hypogeum (*Id.: Chiesa sotterranea, cripta*).

— Templum sollemnibus caerimoniis ante lustratum rite consecrare (*Id.: consacrare una chiesa già benedetta*).

— Templum festo cultu exornare (*Id.: addobbare una chiesa*).

— Aedem Basilicae nomine et jure donare (*Id.: dichiarare basilica una chiesa*).

— Aeditumus; *vel* aedituus (*Id.: Sacrestano, custode di una chiesa*), *vel* aeditimus, i, m. - Quae voces inveniuntur apud Plautum, Varronem, Ciceronem et alios, hac fere significatione - Aedituare, *vel* aedituari (*Inscript.*); *vel* aeditumari, *vel* aeditimari (*Gell.-Non.*) = *Esser custode di un tempio.*

Chile: Chilia, ae, f.; Chilenses, ium, *vel* Chilienses (*gli abitanti*); Jacobopolis (*la capitale: S. Jacopo del Chile*).

Chilogrammo: Chilogramma, atis, n. (*Bazzarini-Bellini, Protolessico Ital.-Lat.*).

— Hoc mensurae genus latine redditur per verba « libra, ae », *vel* « pondo » (= *gr. 369*); atque « uncia, ae », quae est duodecima pars librae; « semuncia, ae » (*mezz'oncia*); ac denique « scripulum, i, n. », quod est XXIV pars unciae, ac modo veritati proximo ponderis mensuram significat, quam nos vulgato nomine *grammo* dicimus.

— A nonnullis ponitur « bilibra »; quod tamen, ut patet, rei non respondet.

Chilometro: Hoc mensurae genus latine redditur per verbum « passus, us, m. (= *m. 1,479*), *vel* « pes, edis, m. »; quinque autem pedes fere passum unum efficiunt.

— Mille passus (*un miglio = m. 1479*). - Decem milia passuum (*dieci miglia = km. 14,790 circa*). - *V. Metro, n. II.*

— *Chilometro quadrato: V. Quadrato. - Chilometro cubo: V. Cubo.*

Chilowatt: *V. Watt.*

Chimica - Chimico: *V. Alchimia, Alchimista.*

Chiosco: (*neologismo che sembra derivato dal persiano «Kusck» in turco «Kiusck»; in italiano edicola*) Trichila, ae, f. (*Caes.-Virg. = chiosco in giardino, pergola*). - Diurnorum tabernula (*chiosco dei giornali*); *vel* diariorum tabernula; commentariorum tabernula; ephemeridum tabernula.

Chiromante - Chiromanzia: Hariolus ex manibus (*chiromante*); *vel* ex manibus fatiloquus; ex manibus sortilegus. - Ex manibus hariolatio, *vel* divinatio (*chiromanzia*). - Ex manibus hariolari, *vel* divinare (*esercitare chiromanzia*).

Chirurgia: Medicina vulneraria; seu ea medicinae pars, cujus est infirma ac noxia corporis membra resecare. - *Graece:* Chirurgia, ae, f. (*Cic.-Cels. et a. - χειρουργία*).

Chirurgo: Medicus vulnerarius (*Pin.* XXIX, 1, 6). - *Graece:* chirurgus, i (*Cels. et a.*).

— *V. vol. I, pag. 141.*

Ciamberlano: Cubicularius, *vel:* A cubiculo (*Morcelli*); Cubicularius ornamentarius (*Ciamberlano d'onore*).

Cianosi: Cyanosis, is, f. - Ex graeca voce *κυανέος = azzurro cupo, paonazzo (t. med. indicante la colorazione che prende la pelle per un turbamento nella circolazione del sangue).*

Ciarlatano - Ciarlatanesco: *V. Venditore ambulante.*

Ciarpa: *V. Collare.*

Ciborio: *V. Tabernacolo.*

Ciccare: Nicotiana folia mandere, *vel* sugere.

Cicerone (*guida*): Monstrator, oris, m. (*Tac.-Sen.*); v. g. «ignotarum urbium monstrator» (*Sen.*).

— Mystagogus, i, m. (*Cic.*) - «Qui hospites ad ea, quae visenda sunt, ducere solent, et unumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant» (*Id., Verr.* VI, 59).

Ciclismo - Ciclista: Birotâ viator, *vel* viatrix; ocypede viator, *vel* viatrix; ocypedi (*vel* birotae) insidens. - Vox tamen «viatrix» est serioris latinitatis (*Capell. et antiq. inscript.*). (*ciclista*).

— Ars se birotâ vehendi; ars se ocypede vehendi (*ciclismo*). - Studium se birotâ vehendi; studium se vehendi ocypede (*passione del ciclismo*).

— Brevius dici potest: Ocypedis (*vel* birotae) exercitatio, exercitium, ars, studium (*secondo i vari significati*). - *V. Bicicletta.*

Ciclostilo: Cyclostilus, *vel* cyclostylus, i, m. (κύκλος-στύλος).

Cielo: Abire ad caelestes, *vel* ad superos; caelestibus adnumerari

(*andare in cielo = morire*); caelo receptus; caelo aptus; caelo maturus (*Morcelli*).

— Ad caelum extollere (*Cic., Tusc.* V, 30), *vel* ad astra ferre, *vel* laudibus ferre, efferre, extollere aliquem (*lodando uno*).

— Caelum digito attingere (*Cic., Att.* II, 1 = *toccare il cielo con un dito*).

Cifosi: Gibber, eris, m. (*Plin. et al. = curvatura anormale della spina dorsale, gobba*). - *Graece:* Cyphosis, is, f. (κύφωσις).

Cile: *V. Chile.*

Cilindro - Cilindrare - Cilindrico: Cylindrus, i, m. (*Cic. et a. = cilindro*). - Cylindratus, a, um (*Plin.*); *vel* cylindrus, a, um (*Gell.* VI, 2) = *cilindrico*, seu cylindri formam habens.

— Cylindro aequare (*Virg., Ge.* I, 178), coaequare (*Cato, R. R.* 129), calcare (*Plin.* XIX, 8, 46), exaequare (*Vitruv.* X, 6) = *cilindrare.*

Cilizio: Cilicium, ii, n. (*Cic. et a.*), seu vestis ex caprarum et hircorum pilis contexta.

— Cilicinus thorax, acis, m. (*Cordara = sottoveste o camiciotto di cilizio*) - Zona ferreis rigens cuspidibus (*Ant. Angelini, Ellogia, Commentarii, Orationes, Appendix*, p. 1) = *Cilizio con punte di ferro.* « Corpus flagellis et zona ferreis rigente cuspidibus frangere » (*Ibidem = domare il corpo coi flagelli e il cilizio*).

Cimitero: *V. Camposanto.*

Cimurro: Nasi mucus; pituita, *vel* nasi pituita - Mucusque et mala pituita nasi (*Catul.* XXIII, 17).

Cina: Sinae, arum. - Sinenses, ium (*Cinesi*).

Cinegetica: Ars venatoria; *graece:* cynegetica ars. - Adjectivum « cynegeticus, a, um » (κυνηγετικός = venatorius) legitur apud Gratium Faliscum et Olympium Nemesianum.

Cinematografare: Cinematographica arte imprimere, reddere; cinematographica ope imprimere *vel* reddere. - *V. Cinematografo.*

Cinematografia: Ars cinematographica; res cinematographica; spectacula cinematographica. - *V. Cinematografo.*

Cinematografo: Machinatio, qua imagines, versabili luce expressae, continuato ordine conspiciuntur.

— Cinematographeum, i, n. (*Acta Ap. Sed.* 1936, *Epist. Enc.* « *Vigilanti cura* », p. 249). - Ab aliis scribitur: cinematographium, ii, n. - Cinematographei album (*schermo del cinematografo*). Album, i, n. = *tavola bianca su cui si notavano avvenimenti, nomi, decreti ecc.*

— Cinematographica ars; cinematographica spectacula; cinemato-

graphicae scaenae; cinematographici ludi; cinematographicae scriptiones vulgo editae; cinematographica res; cinematographica visio; cinematographica spectacula cum congruentibus vocibus copulantur (*cinematografo sonoro o parlato*); cinematographicae pelliculae, *vel* imagines; cinematographicae imaginum series, *vel* ordines (*films*). Cf. *ibidem*, pagg. 249-263. - Cinematographeum vocibus intersertum (*cinematografo sonoro*); cinematographeum canticis sermonibusque intersertum (*cinematografo sonoro e parlato*); *vel* cinematographica visio vocibus copulata; cinematographica spectacula canticis sermonibusque interserta.

— « Cinematographeum » vox est ex graeco fonte derivata (*κινέω* = *muovo* - *γράφω* = *scrivo, delineo*).

Cinico: Cynicae sectae philosophus; cynicus, i (*Cic.-Hor.*); cynicus, a, um (*Plaut.-Tac.*); cynice (*Plaut.* = *cinicamente*). - Quae voces ex graeco fonte ducuntur (*κυνικός*).

— Cynico, *vel* cynicorum more (*cinicamente*); procaciter, impudenter, procacissime (*Liv.*); perfricata facie, *vel* fronte (*Cic.* = *faccia tosta*).

— Cynica, vel cynicorum disciplina (= *cinismo, dottrina dei cinici*); procacitas, impudentia (*cinismo*).

Cioccolato: *V. Cacao.*

— Concretio ex faba mexicana; concretus ex faba mexicana; coagulum ex faba mexicana (*cioccolato in genere*). - Concretio, onis usurpatur a Cicerone; concretus, us legitur apud Plinium; coagulum, i habetur apud Varronem, Plinium et a.

— Quadrae ex faba mexicana (*tavolette di cioccolata*). - Quadra, ae, f. (*Virg.-Hor. et a.*) significat *fette quadrate di focaccia o pane.*

— Crustum, *vel* crustulum ex faba mexicana (*biscotto alla cioccolata*) - Crustum, *vel* crustulum, i, n. = *confetto, focaccia dolce, biscotto.*

— Cuppediae ex faba mexicana (*cioccolatini*). - Cuppedia, ae, f., *vel* cupedia, ae (*Cic. et a.*) = *cibo squisito, ghiottoneria, confetto.*

— Bellaria ex faba mexicana (*dolci, paste alla cioccolata*). - Bellaria, orum, n. = *dolce, biscotto*, etc.

— Puls mexicana, *vel* puls ex faba mexicana - Puls, tis, f., ac puls fabata, *vel* fabacia (*Cic.-Plin. et a.*) = *focaccia dolce.*

— Theobromatis concretio, concretus, coagulum (*cioccolato in genere*) - Theobromatis quadrae (*tavolette di cioccolato*) - Theobromatis crustum, crustulum, cuppediae, bellaria, puls (*varie confetture di cioccolato*).

Circonferenza: Linea circumcurrens (*Quint.*); linea rotundationis (*Vitruv.*); Circinatio (*Vitruv.*), v. g. circinationem circuli describere (*Idem: tirare la circonferenza col compasso* = circinus); linea in gyrum ducta, *vel* in orbem reflexa; linea in orbem ducta.

Circonlocuzione: *V. Perifrasi.*

Cirrosi: Chirrhosis, is, f. (*t. med.* = *malattia del fegato*). - Quae vox ex graeco fonte ducitur (χιῤῥὸς = *rosso*).

Ciste o Cisti: Vesica, ae, f. (*Cic. et al.*); vesicula, ae, f. (*piccola ciste*); Fellis vesicula; bilis vesicula (*vescichetta del fiele*). - *Graece:* Cystis, is, f. (κύστις = *vescica*).

Cistico: Cysticus, a, um (v. gr. κύστις = *vescica, cisti*). - Canalis cysticus (*Redi* = *il canale cistico per cui la bile entra nell'intestino duodeno*).

Cistifelea o Cistifellea: (*vescichetta del fiele*) Fel, fellis, n. (= *vescichetta del fiele ed anche il fiele stesso* - Bilis, is, f. = *il fiele come liquido*). - Bilis vesicula (*cistifelea*). - *Graece:* Cystis fellis, *vel* cystis bilis.

Cistite: Cystis inflatio, *vel* inflammatio. - *V. Ciste o Cisti.*

Cittadinanza: Civitas, atis, f. - Recipere aliquem in civitatem (*Cic.*); accipere aliquem in civitatem (*Cic.*); dare alicui civitatem (*Cic.*); impertire alicui civitatem (*Cic.*); donare aliquem civitate (*Cic.*) = *ricevere, concedere la cittadinanza.* - Civitatem amittere (*Cic.*); civitatem alicui adimere (*Cic.*); nihil de jure civitatis deperdere (*Cic.*); expellere aliquem de civitate (*Cic.*). - *V. Naturalizzazione, Naturalizzare.*

Civiltà - Civilizzare: Civilis cultus - Humanioris vitae cultus.

— Cultioris vitae usus - Cultus et humanitas - Humanitatis cultus - Humanus civilisque cultus (*Cic., De Orat.* I, 8).

— Non autem « civilitas » (*Suet.-Eutr.*); quae vox significat *affabilità, gentilezza.*

— Christiana gentium humanitate parta (*Acta Leonis: Dopo sorta la civiltà cristiana*).

— Civilis culturae humanitatisque causa (*Ibidem: La causa della civiltà*).

— Excultae ad humanitatem gentes (*Ibidem: I popoli civili*).

— Ab agresti cultu ferisque moribus ad omnem civilis vitae humanitatem traducere (*Ibidem: civilizzare*).

— Deposita barbaria, efferitateque mansuefacta, ad humanioris vitae cultum pervenire (*civilizzarsi*).

— Gentes ad humanitatem civilemque cultum informare, *vel* con-

formare; homines ad cultioris vitae usum traducere (*civilizzare*).
— Homines a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducere (*Cic., De Orat.* I, 8 = *civilizzare*).
— Urbane; honeste; ut excultos homines decet (*civilmente*) - Civiliter, civilius, civilissime (*Cic.* = *cortesemente, civilmente, molto civilmente*).
— Inurbanus (*Cic. et a.*), moribus inconditus (*incivile, rozzo*) - Inurbane, moribus inconditis (*incivilmente, rozzamente*).

Clarisse: Clarales, *vel* clarenses virgines (*Morcelli*).
— Clarales, *vel* clarenses virgines Deo devotae (*consacrate a Dio*).

Classe: I. Classis, is, f. (*della scuola*); pueros in classes distribuere - Classem ducere (*Quint.* = *Essere il primo della classe*).
II. Classis, is; ordo, inis (*classi sociali*) - Civium ordines, *vel* classes.
— *Disuguaglianza delle classi sociali* - Classium, *vel* civium ordinum inaequalitas, disparilitas, disparitas. - Quam ad rem, haec, quae sequuntur, opportune notanda videntur: Inaequalitas tunicae (*Varr.*), coloris (*Quint.*), temporum (*Plin.*) - Disparilitas vocis (*Varr., L. L.* IX, 2), rerum (*Gell., Praef.*) - Disparitas autem vox est serioris latinitatis (*Thesaurus Novus Latinitatis*, p. 423) - Dissimilitudo vero significat *non somiglianza, differenza, dissomiglianza;* v. g. morum dissimilitudo dissociat amicitias (*Cic., Amic.* 20); dissimilitudo locorum (*Idem*); bonorum malorumque (*Idem*); varietas et dissimilitudo (*Idem*); dissimilitudo ab aliqua re, cum aliqua re (*Idem*).
— *Uguaglianza, equilibrio delle classi sociali* - Classium aequalitas, aequabilitas, aequilibritas - *V. Uguaglianza.*
— *Concordia fra le classi sociali* - Civium ordinum consensus ac mutua conspiratio.
— *Cooperazione delle classi sociali* - Classium adjutrix opera et amica conspiratio; *vel* civium ordinum adjutrix opera et amica conspiratio. - *V. Cooperazione IV.*
— *Lotta di classe* - Ordinum inter ipsos dimicatio (*Acta Leonis*), *vel* civilium ordinum inter ipsos dimicatio; *vel* civitatis ordinum (classium) inter ipsos (ipsas) dimicatio.
— « Deus in communitate generis humani esse jussit classium disparitatem et quamdam inter ipsas ex amica conspiratione aequabilitatem » (*Acta Leonis* 1895, p. 259).

Classici: Scriptores optimi, praecipui, praestantissimi, elegantes, politissimi.

— Non autem « classici scriptores »; nam « classicus, a, um » significat *attinente alla flotta, all'esercito;* e. g. classica bella (*Propert.*), classicum certamen (*Vell.* = *battaglia navale*), classica legio (*Tac.*) - Legitur tamen apud Gellium: « Classicus assiduusque scriptor, non proletarius » (*Gell.* XIX, 8), quibus verbis is significatur scriptor, qui non ex proletaria plebe est, sed ex civium classibus censu, nobilitate ac fide dignis.

— Boni Latinitatis auctores (*Cic.*); optimi Graecitatis auctores (*Classici latini, greci*).

— Antiquitas docta et erudita (*Calonghi-Georges,* vol. II: *antichità classica*) - Graeci latinique aureae aetatis scriptores (*Antonii Angelini S. I. Orationes* etc., vol. I, p. 8).

Clavicembalo: Clavicymbalum, i, n. (*detto così dalle* claves *o manuelle di legno con cui si percuotono le corde di questo strumento, che precorre il pianoforte*). - *V. Pianoforte.*

Cleptomania: Furandi libido; insita furandi libido.

Clericale - Clericalismo: Clericorum *vel* cleri fautor (m.); clericorum *vel* cleri fautrix (f.); sacrorum administrorum fautor, *vel* fautrix.

— Favor erga clerum *vel* clericos; favor in clerum *vel* clericos; favor in (erga) sacrorum administros.. - Cf. Favor in regem (*Liv.*).

— « Clericales » qui dicuntur; « clericalismus » qui dicitur; « clericalismus » quem vocant.

Clero Indigeno: *V. Indigeno.*

Clessidra: *V. Orologio.*

Cliché: (*v. franc.*). *V. Calcotipia.*

Clima: Caeli natura; caeli status; caelum. - Torridum caelum (*clima torrido*); glaciale caelum (*clima glaciale*); caeli temperies (*Ov.-Plin.*), *vel* caeli temperatio (*clima temperato*); aër torridus (*Prop.*); caeli salubritas, salubre caelum (*clima sano*); caeli gravitas (*clima pesante*); aër pestilens (*clima malsano*); caeli asperitas (*clima aspro*); caeli varietas (*clima vario*).

— *V. Acclimarsi.*

Climaterico: Climactericus, a, um (*Plin.* = *ogni settimo anno della vita, creduto pericoloso*); habes climactericum tempus, sed evades (*Plin., Ep.* II, 20). - Climacter, eris, m. (*Plin. et a.* = *anno climaterico, cioè ogni 7° anno della vita*). - Ex graeco vocabulo κλῖμαξ = *scala.*

— Scansilis annorum lex (*Plin.* VII, 49, 50 = *regola degli anni climaterici*). - Vox « climactericus, a, um », ex graeco fonte ducta,

latine redditur scansilis, seu scalaris. - Septimo quoque anno recurrens (*climaterico*).

Clinico – Clinica – Policlinico: Medicus clinicus (*Morcelli*).

— Praefectus clinicae tradendae (*Idem: professore di clinica*); *vel* clinices professor; clinicae disciplinae praeceptor.

— Clinice, es, f., *vel* clinica disciplina (*Plin. = propriamente l'arte di curare gli ammalati a letto, da κλίνη = letto*). « Hippocrates traditur instituisse medicinam hanc, quae clinice vocatur » (*Plin.* XXX, 11, 28).

— Polyclinicum valetudinarium; polyclinicum nosocomium (*Policlinico*).

— *V. Ospedale.*

Clistere: Intestinorum lavatio; alvi ductio (*Cels.* IV, 24 et II, 12); intestinorum *vel* alvi lotio (Quae postrema locutio dubia est apud Celsum II, 12). - *Graece:* Clyster, eris, m. (*Cels. - Suet. - Plin.*); clysterium, ii, n. (*Fest.-Scribon.*); enteroclysma, atis, n. (*ἔντερον = intestino - κλύζω* = lavo). — *V. Enteroclisma.*

— Humorem clystere intus adigere (*Cels.* VII, 27); immittere aliquid per clysterem (*Suet., Claud.* 44); clysteribus marinam aquam infundere tepefactam (*Plin.* XXXI, 6, 33); purgari clystere (*Suet., Ner.* 20); medicamentum alicui infundere vel ore, vel clystere (*Ulp.*); subducere alvum (*Cels.* III, 4); alvum iniecta medicata aqua purgare; clysterizare (*Veget., Veterin.* I, 42) = *dare, prendere un clistere.*

Club: (*voce inglese di uso internazionale = circolo, riunione*) Coetus; consociatio; sodalitas; societas.

Coadiutore: *V. Cooperatore.*

Coca – Cocaina: Erytroxilon coca (*Lam. = coca*). - Cocae vis, sucus, pulvis (*cocaina*).

Coccarda: Insigne, is, n.

Cocolla: Cucullus, i, m. (*Juvenal.-Martial. = veste con cappuccio*). - Cucullatus, a, um (*Colum. = vestito di cocolla*).

Codice: Delictorum poenarumque codex (*A. Leonis* 1888, p. 200: *codice penale*), *vel* poenalium legum codex.

— Civilium legum codex (*codice civile*); legum codex ad mercaturam pertinentium (*codice commerciale*); legum codex ad classem pertinentium, *vel* classicarum legum codex (*codice marittimo*); legum codex ad exercitum pertinentium, *vel* militarium legum codex (*codice militare*).

— Nativus Bibliorum codex (*codice originale della Bibbia*).

— Primigenia Bibliorum exemplaria (*codici originali, opp. i primi codici della Bibbia*).

Colazione: Jentaculum, i, n. (*Plaut.-Suet.-Martial.*); quae vox significat matutinam cibi gustationem, ipsumque cibum eo tempore sumptum; v. g.: « Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: in jentacula, et prandia, et coenas, comissationesque... » (*Suet., Vitell.* 13); « Surgite, jam vendit pueris jentacula pistor » (*Martial.* XIV 223).

Colera – Coleroso: Cholera, ae, f. (*Cels. et a.*). « Cholera laborare » (*Id.* II, 13 = *soffrire di colera*). « Primo facienda mentio est cholerae, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium » (*Id.* IV, 11).

— Cholerâ affectus, cholerâ laborans (*coleroso*); cholericus (*Plin.* XXIV, 13, 72).

— Asiaticus morbus (*P. S. Chiavarelli S. I.: Inscriptiones et epigrammata*, p. 48).

Colica: Colicus dolor; colicus morbus; constipatio atque inflammatio alvi; tormina, um, n.; *graece:* chordapsus, i (*Cels.* IV, 14); *vel* ileus, i; ileos, i, m. (*Plin.-Cels.* - χόρδαψος - εἰλεός).

Collaborare – Collaboratore – Collaborazione: *V. Cooperare, ecc.*

Collare: Collare, is, n. (*Varr. et a.* = *per cani, schiavi* etc.); numella, ae, f. (*Plaut., Asin.* III, 2, 5 *et al.* = *tormento per schiavi, con cui si stringono collo e piedi*).

— A nonnullis ponitur: focale, is, n. Hac tamen voce significatur « fascia, qua aegroti et recitaturi obvolvebant fauces » (*Forcellini*) = *ciarpa.*

— Fascia linea (*Vallauri* = *collare per uomo, per prete* ...). Fascia linea collum cingere (*mettersi il collare*).

— Initum sacerdotale munus deserere (*gettare il collare alle ortiche*).

— Torquis, is (*vel raro*) torques, is, m. (*raro f.*) = *collare o collana come ornamento, monile* ecc.; v. gr. aureus torquis (*Liv.*).

Collare della SS. Annunziata: Eques torquatus Ordinis M. V. ab Angelo salutatae (= *la persona insignita di questa onorificenza*); *vel:* Eques torquatus ornamentarii Ordinis a M. V. Dei genitrice designata; eques torquatus honorarii Ordinis M. V. Dei Matris designatae. - *V. Annunziata.*

— Torquis ornamentarius Ordinis M. V. ab Angelo salutatae (*il Collare stesso*); *vel* torquis honorarius Ordinis M. V. Dei Genitricis designatae.

Collasso – Collapso: Animae defectio (*svenimento, collasso nelle malattie*); v. gr. « animae defectione moriuntur » (*Cels.* VII, 33).

— Morbi discrimen; vitae discrimen (*collasso della malattia; collasso della morte*); in discrimine ultimo vitae esse (*Liv.* = *essere agli estremi*).

— Animi defectio (*Cic. et al.* = *collasso morale, scoraggiamento, sbigottimento*).

— Animorum rerumque omnium defectio ac perturbatio (*collasso in senso generale*).

— Virium debilitatio, extenuatio, defectio (*Cic. et al.* = *collasso, sfinimento delle forze*).

— Non autem « collapsus, us »; etenim apud optimos latinitatis scriptores habetur solummodo partic. « collapsus, a, um » = *caduto*.

Collaterale: Transverso cognationis gradu con[illegible]tus (*collaterale nella parentela*). - Transversus cognationis gradu [illegible]*uriscons.* = *linea collaterale nella parentela*).

— Ex latere cognatus, ex lateribus cognatus (*Paul., Dig.* = *parente collaterale*).

— Alicui assidens; qui alicui assidet (*chi sta a fianco di uno per aiuto, consiglio,* ecc.).

— « Collateralis » vox est infimae latinitatis.

Collegiale: Ephebei sodalis; collegii sodalis; alicujus ephebei, *vel* alicujus collegii sodalis, alumnus.

— Synephebi, orum, m. pl. (*Stat. Caec. apud Cic., De fin.* I, 4; *et al.*) = *giovani del medesimo efebeo*. - Synephebi Sacri Seminarii (*Bettelli, Inscript.* p. 198 = *collegiali di un Seminario, o seminaristi*).

— Ad collegium pertinens, *vel* attinens (*adject.*); *vel* ad coetum attinens, pertinens, spectans. - Collegii coetus (*adunanza collegiale*), *vel* collegiorum coetus.

Collegiata: Canonicorum Collegium (*Morcelli*). - Collegiarius, *vel* collegialis Canonicorum ordo. Voces tamen « collegiarius, a, um » et « collegialis, e » serioris sunt latinitatis.

— Sacra aedes Canonicorum Collegio honestata, *vel* decorata; sacra aedes collegiario (collegiali) Canonicorum ordine honestata, *vel* decorata (*Chiesa collegiata*).

Collegio – Seminario: I. Collegium, Corpus, Coetus, Societas (*corporazione - collegio*).

— Ephebeum (*convitto di giovani - luogo dove i giovani vengono*

esercitati - palestra per giovanetti). Vox est e graeco fonte ducta et a Vitruvio usurpata.

— Domus, *vel* aedes juventuti instituendae (*casa, o sede del collegio*).

— Ephebeum Urbanianum, *vel* Collegium alumnorum christiano nomini propagando (*Morcelli = Collegio Urbano di Propaganda*).

— Collegium Maximianum (*P. S. Chiavarelli S. J., Inscriptiones et epigrammata*, p. 46 = *collegio Massimo a Roma*); *vel* Collegium Maximianum ad thermas (*Ibid.* p. 47).

II. Sacrum Seminarium, *vel* Sacrum Ephebeum (*Seminario*).

— Domus sacrorum alumnis rite instituendis; aedes juventuti ad sacra instituendae; domus juventuti in spem Ecclesiae instituendae (*Seminario*).

— Magister pietatis sacro seminario excolendo (*Morcelli: Dirett. Spirit. in Seminario*).

— Doctor Theologus alumnis sacri ordinis instituendis (*Idem: Professore di teologia*).

— Sacrorum alumnus; sacri ordinis alumnus; sacri ephebei alumnus; sacrae militiae tiro, onis; sacri ministerii tiro; sacerdotii candidatus; adolescens clerus; clerus in spem Ecclesiae adolescens; sacricola, ae (*Seminarista*).

— *V. vol. I, pag.* 140, 143.

Collettivismo: *V. Comunismo, Socialismo, Socializzazione.*

Collettivizzare - Socializzare: Bona publicare - Verbum « publicare » significat etiam *confiscare e rendere di uso publico.* « Privata publicare » (*Cic.*); « Silvas maritimas omnes publicavit » (*Id., De Rep.* II, 18); « Circumjectas silvas et ambulationes in usum populi publicare » (*Suet.*).

— Singulorum bona universis communia facere; omnia communia reddere, veluti unum omnium patrimonium (*collettivizzare tutti i beni privati*). - Privata bona in commune redigere (*socializzare i beni privati*); *vel* privata bona societati tribuere, attribuere; *vel* privata bona societati administranda tribuere (*socializzare, secondo i varii significati della parola*).

— *V. Socialismo, e Socializzazione - Socializzare.*

Collezione: *V. Raccolta.*

Colombia Columbia, ae, f.; Columbiana natio; Columbiana Respublica - Columbiani, orum (*gli abitanti*); Bogota, ae, f. (*la capitale*).

Colonnello: Tribunus militum; praefectus cohortis (*Morcelli*).

— Dictiones « tribuni militum » *vel* « tribuni militares » apud

Caesarem et al. significant *i sei comandanti di una legione (la traduzione di questo termine militare « colonnello » oggi non può essere che molto approssimativa).

— Praefectus turmae regiae protectorum (*Id.: colonnello della guardia reale*).

Colpir nel segno: Collineo, as... « Quis est enim, qui totum diem jaculans, non aliquando collineet? » (*Cic., De Div.* II, 121). - *V. Bersaglio.*

— Rectam proferre, *vel* edicere sententiam; rectum proferre judicium (*colpir nel segno sentenziando*).

Comandante: Imperator; praefectus; praepositus; dux.

— Praepositus ballistariorum (*Com. di artiglieria*); *vel* pyroballistariorum praefectus, dux. - *V. Artiglieria, Artigliere.*

— Praefectus classis praesidiariae (*Morcelli: Com. delle navi guardacoste*).

— Praepositus Leg. honoratorum (*Idem. Com. della Leg. d'onore*).

— Praefectus equitum loricatorum (*Id.: Com. dei corazzieri a cavallo*).

— *Comandante della gendarmeria pontificia: V. Gendarme. - Comandante della guardia palatina e della guardia Svizzera: V. Guardia.*

Comare: *V. Padrino.*

Comatoso: Veternosus; lethargicus.

Cometa: Stella crinita (*Cic. et a.*); stella cincinnata. - *Graece:* Cometes, ae, m. (*Cic.*); sidus cometes, stella cometes (*Tac.*) - « Stellis his quas Graeci cometas, nostri cincinnatas vocant » (*Cic., Nat. D.* II, 5). Plurimi tamen hoc loco legendum putant non « cincinnatas », sed « crinitas ». - Vox graeca « cometes » est ex vocabulo κόμη = *chioma.*

Comitato: Consilium; coetus; virorum consilium *vel* coetus. - Non autem hac significatione « comitatus » (= *comitiva, carovana, accompagnamento, sèguito, corteggio*).

— Virorum consilium alicui rei exsequendae (*Comitato esecutivo*), *vel* coetus rei exsequendae; consilium honoris causa constitutum, *vel* delectum (*Comitato d'onore*), *vel* virorum coetus honoris causa delectum.

Commenda: Commenda, ae, f. (*Vallauri*). Rectius tamen dicitur: Equitis torquati munus, *vel* dignitas; vox enim « commenda » infimae est latinitatis. - Equitis torquati dignitate aliquem insignire, decorare, ornare, honestare (*conferire ad uno la commenda*).

Commendatore: Torquatus eques (*Morcelli*); a voce torques, is = *collana;* unde habetur adjectivum « torquatus, a, um » apud Ovid.-Plin. et alios; *vel* Eques beneficiarius (*Morcelli-Vallauri*). - Vox « beneficiarius » legitur apud Caesarem et Vegetium, eumque significat, cui stipendia dabantur (*prebenda*) vel ob honestiorem in militia gradum, in quo alicujus beneficio esset, vel ob exactam ex more militiam, vel denique ob militaris muneris vacationem praemii loco acceptam. Quapropter « eques beneficiarius » significare potest *commendatore con prebenda.*

— Summus Magister Collegii S. Spiritus (*Morcelli: Commendatore di S. Spirito*).

— Eques Melitensis beneficiarius (*Id.: Comm. dell'Ordine di Malta*); Eques Major Melitensis (*Balì*).

— Torquatus eques a corona ferrea (*Id.: Comm. dell'Ordine della corona di ferro*).

— Eques torquatus Mauritianus (*Vallauri: Comm. dell'Ordine Mauriziano*); Eques torquatus Mauritianus Lazarianus (*Id., Inscript.* p. 210: = *Comm. dell'Ordine dei SS. Maurizio e Lazzaro*).

— Torquatus Eques Ordinis Piani (*Commendatore dell'Ordine Piano*); Torquatus Eques Ordinis Gregoriani (*Commendatore dell'Ordine di S. Gregorio Magno*); Torquatus Eques Silvestriani Ordinis (*Commendatore dell'Ordine di S. Silvestro Papa*).

— *Commendatore e Commendatore con placca nell'uso di Curia:* Eques commendator (*Lat. Eccles.* = *commendatore*); Eques commendator cum nomismate (*commendatore con placca*). - Vox tamen « commendator » (*Plin., Ep.* VI, 23, 4) significat = *raccomandatore, protettore.* - Rectius dicitur: Eques phaleratus (*commendatore con placca*), *seu* phaleris decoratus, ornatus. - Vox « phaleratus, a, um » (= *ornato di borchia decorativa*) usurpatur a Petronio (*Satyr.* 28) et ab aliis, ac rem optime significat; etenim « phalerae, arum, f. pl. » erant « ornamenta ex auro vel argento, bullarum forma, quae viri nobiles ac praesertim milites, honoris causa, in pectore pensilia gestabant » (*Forcellini* = *borchie decorative, decorazioni*). « Pro concione postero die laudati donatique a C. Calpurnio equites phaleris » (*Liv.* XXXIX, 31). - *V. Placca.*

Commercio: Commercium, mercatura, negotiatio.

— Mercaturae provehendae Administer, *vel* Praefectus; commercio provehendo Administer, *vel* Praefectus. A commercio provehendo Administer (*Ministro del commercio*).

Commesso di negozio o di bottega: Negotiatoris administer, *vel* minister; institor, oris, m. (*Cic.-Hor. et a.*) - *V. Agente.*

Commissario: Curator, procurator (*Morcelli*). Praefectus (*Idem*).

— Publicae tutelae procurator (*Commissario di pubblica sicurezza*).

Commissione: Curatio; mandatum; munus; negotium.

— Curatio annonae (*Morcelli: Comm. per i viveri*).

— Curatio aquae ductus reficiendi (*Idem: Comm. per restaurare l'acquedotto*).

— Praepositus sanitati tuendae (*Id.: Presidente della Commissione di sanità*).

— Consilium alicui rei faciendae, procurandae, administrandae, provehendae. (*Commissione come ceto di persone incaricate di ...*); consilium virorum alicui rei faciendae etc. ...; corpus virorum alicui rei faciendae etc...; Patrum Cardinalium Consilium (*Commissione cardinalizia*).

— Praeses Consilii alicui rei faciendae, procurandae, administrandae, provehendae... (*Presidente della Commissione ecc...*). - Ab actis consilii alicui rei curandae, accurandae, administrandae... (*Segretario della Commissione ecc...*).

— Pontificium Consilium studiis Bibliorum provehendis, *vel:* Pontificium Consilium de re biblica (*Pontificia Commissione per gli studii biblici*). - Pontificium Consilium Codici juris canonici legitime interpretando (*Pontificia Commissione per l'interpretazione autentica del Codice di diritto canonico*).. - Pontificium Consilium Codici juris canonici Ecclesiae Orientalis legitime redigendo (*Pontif. Commissione per la redazione del Codice di diritto canonico orientale*). - Pontificium Consilium Vulgatae Bibliorum interpretationi recognoscendae emendandaeque (*Pontificia Commissione per la revisione ed emendazione della Volgata*). - Pontificium Consilium sacrae provehendae archaeologiae (*Commissione Pontificia di archeologia sacra*). - Pontificium Consilium sacris tutandis Italiae monumentis (*Pontificia Commissione per l'arte sacra in Italia*). - Patrum Cardinalium Consilium sacris administrandis tutandisque Pompejanis Aedibus (*Commissione Cardinalizia di vigilanza sul Pontificio Santuario di Pompei*). - Pontificium Consilium Civitati Vaticanae administrandae moderandaeque (*Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano*). - Pontificiae Aulae Consilium gentiliciis honoribus decernendis (*Commissione araldica per la Corte Pontificia*). - Pontificium Consilium bello infortunatis relevandis, *vel* allevandis, *vel* adjuvandis (*Pon-*

tificia Commissione di assistenza sinistrati di guerra); Pontificium Consilium calamitosis adjuvandis, *vel* relevandis, *vel* allevandis (*Commissione Pontificia di assistenza*), *vel:* Pontificium Consilium egentibus adjuvandis.

— « Si qui ex alterutro ordine (dominorum et opificum) violatum se ulla re putarit, nihil optandum magis, quam adesse ejusdem corporis viros prudentes atque integros, quorum arbitrio litem dirimi leges ipsae sociales jubeant » (*Acta Leonis* 1891: *Enc.* « *Rerum Novarum* », pp. 140-141 = *Commissioni arbitrali obbligatorie*).

— Non autem « commissio, onis » (*lotta, gara*).

Compaesano: *V. Abitante.*

Compagnia – Battaglione – Brigata – Squadrone – Reggimento – Corpo d'Armata:

— *Compagnia:* I. Societas; coetus; sodalitas; sodalicium; circulus (*v. gr.* circulus amicorum); comitatus (*accompagnamento, seguito, corteggio, carovana*). - Sodalitas ab Augusto, Sacramento (*Compagnia del SS. Sacramento*).

II. Manipulus, i, m. (*in senso militare; dai 60 ai 120 soldati; 3 manipoli formavano una coorte*). - Manipularii, *vel* manipulares (*i soldati di una compagnia*).

— *Battaglione:* Phalanx, angis, f. (*Morcelli*).

— *Brigata:* I. Caterva; turma; coetus; circulus (*v. gr.* circulus amicorum = *brigata d'amici*); comitatus (*brigata nel senso di persone che accompagnano*).

II. Cohors; cohors miliaria, *vel* milliaria (*Morcelli: Brigata in senso militare*).

— Ductor cohortis milliariae (*Idem: Generale di Brigata*).

— *Squadrone:* Turma; turma equitum (*Caes.-Cic. et al.* = *squadrone di cavalleria*).

— *Reggimento:* Legio, onis, f. (*Morcelli*).

— *Divisione:* I. Sectio, onis, f. (*divisione, taglio*); divisio, onis, f. (*v. gr.* agrorum, praediorum, orbis terrae); partitio; distributio; separatio; discriptio (*ripartizione, v. gr.* civium, equitum, civitatis, urbis) - Discidium; dissensio; discrepantia; discordia (*nel senso di disunione, discordia*).

II. Trina Legio (*Divisione in senso militare: cioè un complesso di tre legioni; e poichè una legione si componeva di 10 coorti, ed ogni coorte di 3 manipoli, oppure di 6 centurie, quindi un complesso di soldati che poteva variare dai 10.000 ai 18.000 circa*).

— *Corpo d'armata:* Corpus exercitus (*Tutte queste denominazioni militari sono necessariamente molto approssimative*).

Compare: *V. Padrino.*

Compartecipazione: *V. Comunanza.*

Compendio - Compendiare: Breviarium, ii, n. (*Senec.*, *Ep.* 39 *et a.*). - « Peragere breviarium totius culturae » (*Plin.* XVIII, 26, 62).

— Summarium, ii, n. (*Senec.*, *Ep.* 39).

— Epitome, es, f. (*Cic.*). Quod vocabulum e graeco fonte derivatur (ἐπιτομή).

— Enchiridion, ii, n. (*Dig.* = *un manuale, un compendio*). Vox est e graeco fonte ducta (ἐγχειρίδιον). Latine dicitur: liber manualis.

— Non autem hac significatione « compendium » (= *risparmio - scorciatoia - frase sintetica e compendiosa*), v. g. viae compendium (*Plin.* = *scorciatoia*), ligni compendium (*Idem* = *risparmio di legno*), operae compendium (*Idem* = *risparmio di lavoro*), compendium facere (*Plaut.* = *risparmiare*). - Legitur autem apud Quintilianum (I, 1): « Brevia docendi monstrare compendia »; et apud Plautum (*Mil.* III, 1, 186): « verba conferre maxime ad compendium » (*dire in meno parole che è possibile*); « compendio dicere » (*Censorin.*, *De die nat.* 5 = *dire in poche parole*); « compendium edictorum » (*Ulp.*, *Dig.* V, 1, 72 = *pubblicando un solo editto, che vale per tutti gli altri simili*).

— *Compendiare:* Paucis, breviter, presse, summatim (*Cic.*), capitulatim (*Nep.*), praecise (*Cic.* = *concisamente*) dicere, scribere, perscribere, attingere, exponere. - Verba conferre ad compendium (*Plaut.* *v. s.*) - Aliquid in epitomen cogere (*Auson.*) - *V. Riepilogare, Sintetizzare.*

Competente: I. Legitimus; idoneus atque legitimus, v. g. judex. - « Competens » est vox serioris latinitatis: Judex competens (*Ulp.*, *Dig.*); tribunal competens (*Idem*).

II. Peritus; juris peritus, *vel* jure peritus (*Cic.*); linguae peritus (*Liv.*); litterarum peritus (*Cic.*); rei navalis peritior, peritissimus (*Caes.*); peritus ad aliquid (*Cic.*).

Competenza: I. Jus; jurisdictio; potestas; facultas.

— Judicis legitima potestas (*competenza del giudice*); hoc est (*vel* non est) facultatis meae (*questo è - non è - di mia competenza*).

— Non autem « competentia »; quae vox est serioris latinitatis, ac significat *convenienza, concorso, simmetria* (*Gell.*).

II. Peritia; doctrina; artis *vel* doctrinae praestantia.

Compieta: Postremae horariae preces. - *V. Breviario.*
— Completorium, ii, n. (*Lat. Eccl.*).

Complessione: Firma, *vel* infirma corporis affectio (*Cic., Tusc.* V. 27). - Gracilitas corporis (*Cic. = complessione gracile*); corporis gracilitates (*contra:* habitus corporis opimi) cf. *Cic., Brut.* 64.
— Corporis figura (*complessione esterna del corpo*).
— Corporis concretio (*costituzione materiale, materialità del ...*).

Complice - Complicità: Conscius, socius, particeps alicujus rei; v. g. conscius tanti facinoris, tanti sceleris (*Ter.*), conjurationis (*Sall.*).
— Socius, particeps; v. g. consilii, latrocinii, sceleris.
— Vox « complex, icis » serioris est latinitatis (*Prudent.*).
— Societas (*complicità*), v. g. societas consilii, sceleris, necis, conjurationis; *vel* consociatio sceleris, facinoris...

Complimento - Complimentoso: Officium; obsequium; officiosa verba; observantiae significationes; verborum honos (*complimento*). - Officiosus (*pieno di complimenti, complimentoso*); officiose, officiosissime (*Cic. = con molti complimenti, cortesie*). Alicui officia praestare, *vel* aliquem officiis prosequi (*far complimenti, cortesie ad uno*). - Citra honorem verborum (*senza complimenti*); sine verborum fuco ac fallaciis (*senza falsi complimenti*).

Composto: Concretio, onis, f. (*Cic. = composto materiale, organismo*)
— Constare ex ... (*esser composto di ...*). « Cum constemus ex animo et corpore » (*Cic., Tusc.* III, 1).

Comprensione: Captus, us, m.; percipiendi vis; intellegentia; judicium. - Justum alicujus rei judicium; *vel* rectum alicujus rei judicium; recta alicujus rei aestimatio (*giusta comprensione di una cosa*).
— Aliquid recte intellegere, percipere, judicare (*avere comprensione, o giusto spirito di comprensione per una cosa*).

Comprensione mutua: Mutua rerum animorumque cognitio (ita ut alter alterius animum, propositum necessitatesque agnoscat).
— Mutua rerum animorumque aestimatio.
— Mutua et aequa rerum rationumque aestimatio (*mutua e giusta comprensione*).

Compromesso - Accomodamento: Compromissum, i, n. (*Cic. = compromesso, arbitrato*); seu promissio invicem facta controversiam componendi arbitrio alicujus (cf. *Cic., Fam.* XII, 30).
— Compromissum facere de aliqua re (*Cic., Rosc. Com.* 4).
— Compositio, conciliatio (*accomodamento*).
— Per ambages et compromissa (*Con ripieghi e compromessi*).

Computista – Ragioniere – Computisteria – Contabilità: Ratiocinator, oris (*Cic., Att.* I, 12 = *computista*).
— Computator, oris (*Senec., Ep.* 87, 5).
— Rationarius, ii; et calculator, oris (*Modestin., Dig.* XXVII, 1, 15).
— A rationibus (*Morcelli: computista*); adjutor a rationibus (*Id.: aiutante computista*).
— Computatio (*Senec.-Plin. et al.* = *contabilità, computo, conto*). - Computandi ratio, doctrina, disciplina (*computisteria, ragioneria, contabilità*). - « Computare » apud Cic. et al. significat etiam *fare i conti, conteggiare*. - Ratiocinandi ratio, doctrina, disciplina (*computisteria*). - « Ratiocinari » apud Cic. et alios significat etiam *calcolare, far conti.*

Comunanza – Partecipazione – Compartecipazione: Communio, onis, f., e. g. legis, juris, fortunae, litterarum (*Cic.*). - Communio sanguinis (*Suet.*).
— Communitas, atis, f. (*Cic.* = *comunanza e anche società*). Consociatio hominum atque communitas; societas et communitas generis humani (*Cic.*). - Communitas vitae atque victus; junctum esse alicui communitate (*Idem*) - « Omnium rerum, quas ad communem hominum usum natura genuit ... servanda communitas » (*Cic., De Off.* I, 16).
— Comunicatio, onis, f. (*Cic.* = *partecipazione*) est actus communicandi. - Communicatio civitatis (*Cic.* = *partecipazione della cittadinanza*); societas et communicatio utilitatum (*Cic.* = *compartecipazione agli utili*); communicatio sermonis, consilii (*Idem*).
— Commercium, ii, n. (*Cic. et a.:* linguae, sermonis, epistularum, studiorum commercium); habere commercium cum Musis, cum virtute etc. (*Cic.*) - Rerum commercium.
— Participatio, onis f., vox est infimae latinitatis.

Comunione: I. Sacrorum communione carere (*Morcelli: esser fuori della com. della Chiesa*).
— Ad sacra aliquem recipere; sacris communibus aliquem reddere; in sacrorum communionem aliquem recipere (*Id.: riammettere alla com. della Chiesa*).

II. Caelestis convivii pastio (*Id.: Com. eucaristica*).
— Angelorum panis; caeleste pabulum; caeleste epulum; caelestes dapes; sacra synaxis; Eucharistica daps, *vel* mensa; Eucharisticum convivium.
— Synaxis menstrua (*Morcelli: Com. mensile*); crebrior, *vel* creberrima divinae mensae consuetudo (*Comunione frequente*); quam

creberrime sancta de altari libare, caelesti dape refici, angelorum pane enutriri, caelesti convivio interesse, Eucharisticam participare mensam etc. (*fare la Comunione frequente*).

— *Far la S. Comunione:* Sancta de altari libare (*Id.*); caelesti pabulo, *vel* dape refici; angelorum pane enutriri; ad sacram synaxim accedere; caelesti convivio interesse; caelestis epuli participem fieri; caeleste convivium participare; ad Eucharisticam mensam accedere; Eucharistico convivio, pabulo, epulo enutriri, *vel* pasci.

— *Amministrare la S. Comunione:* Porrigere manu sua populo dona caelestis convivii (*Id.*); sacra synaxi, divina dape, caelesti pabulo aliquem pascere, reficere; caelestis panis alimenta, divinae mensae dona alicui praebere, impertire, largiri.

— *Comunione generale:* Totius populi coetus ad epulum caeleste celebrandum; epulum eucharisticum frequenti populo impertitum; sacrum convivium frequenti populo datum; conventus totius populi ad Christi Corpus participandum.

— *Comunione Pasquale:* Sancta de altari libavi acto Paschate; adfui ad Pascha sanctum et pavit me Christus de mensa sua; festis paschalibus Iesus mensa me sua dignatus est; Paschate indicto Iesus me Deus convivam excepit; per Paschales ferias donum accepi te ipsum, Iesu suavissime (*Id.: fare la S. Com. Pasquale*).

— Pascha quod egeris, tesseram habe catholicam de mensa Domini. Disce ex tessera paschale donum (*Idem: attestato della celebrazione pasquale*); *vel:* Acti Paschatis tessera, documentum, testimonium.

— *Comunione spirituale:* Sacro Christi corpori votis (saltem) se conjungere; sacrae mensae votis (saltem) convivam esse; votis (saltem) Eucharisticam dapem sumere; animi (saltem) desiderio Angelorum cibo vesci (*fare la Comunione spirituale*). - Christiani, si Eucharisticam dapem reapse sumere haud facile queant, animi saltem votis eam sumant (*i cristiani, qualora non possano fare la Comunione sacramentale, procurino almeno di fare quella spirituale*).

Comunismo – Comunista: Bonorum aequatio (*Cic., De Off.* II, 21) - « Aequationem communionemque omnium bonorum » (*Acta Leonis* 1884, p 58). - « Capitalis oratio est, ad aequationem bonorum pertinens; qua peste quae potest esse major? Hanc enim ob causam maxime, ut sua tenerentur, res publicae civitatesque constitutae sunt. Nam, etsi duce natura congregabantur homines, tamen spe custodiae rerum suarum urbium praesidia quaerebant ». (*Cic.,*

Off. II, 21 = *Questo suo modo di parlare [del tribuno Filippo] era condannabilissimo e mirava al comunismo: e quale rovina può immaginarsi più grande di questo? Infatti le città e gli Stati si sono costituiti sopra tutto perchè ciascuno possa conservare la sua proprietà; e benchè sia stata la natura stessa a spingere gli uomini a vivere in società, essi tuttavia appunto per questa ragione hanno cercato riparo nelle città, e cioè perchè mossi dalla speranza di poter custodire le loro sostanze* ».

— Privatorum bonorum publicatio in usum omnium (*V. Collettivizzare*).

— Ius dominii delendum, et quidquid fortunarum est singulis, ipsaque instrumenta vitae, communia habenda (*Acta Leonis* 1901, p. 6, *Enc.* « *Graves de communi* »).

— Communistarum secta, *vel* factio, *vel* doctrina (*comunismo*) - Communismus, i, m., *vel* communismus, quem vocant (*Acta Ap. Sed.*).

— Aequandorum bonorum fautor, oris; *vel* aequationis bonorum fautor (*comunista, socialista*); bonorum omnium communionis fautor; publicandorum bonorum omnium fautor; publicationis bonorum omnium fautor (*comunista*).

— Omnia communia reddere veluti unum omnium patrimonium (*attuare il comunismo*).

— « Qui aequationem cogitant communionemque omnium bonorum deleto ordinum et fortunarum in civitate discrimine » (*Acta Leonis* 1884, p. 58) = *comunisti, socialisti.*

— *V. Socialismo, Socialista, Socializzazione.*

— « Quae bona quisque parit, cunctis communia sunto » (*V. Genovesi, S. J.*, « *Carmina Patriae* », p. 45, « *Communismus* »).

Concentramento: *V. Campo di concentramento.*

Concerto musicale: Concentus; musicus concentus. - Concentus musicis instrumentis datus (*concerto strumentale*). - « Vocum et tibiarum nervorumque cantus (*Cf. Cic., Rosc. Am.* 46 = *concerto vocale e strumentale*). - *Graece:* Symphonia, ae, f. (συμφωνία).

Concesso ciò ...: « Hoc probato, consequens est beatam vitam virtute esse contentam » (*Cic., Tusc.*, V, 7); « Id sumunt pro concesso et probato » (*Ibidem*).

— Quo concesso - Quibus concessis et probatis (*Ciò concesso - Le quali cose concesse e approvate* ...).

— Facile dabis, *vel:* Haud facile dabis ... (*Dovrai o non dovrai concedere che* ...).

Concezione Immacolata: Intaminatus, *vel* intemeratus Mariae Virginis conceptus.

— Deipara Virgo cujusvis labis ab origine nescia, *vel* ab origine expers; Maria Virgo quavis labe ab origine intacta.

— Maria Sancta ab origine immaculata (*Morcelli*) - Adjectivum « immaculatus, a, um » usurpatur a M. A. Lucano (*Phars.* II, 736).

— « Ad . memoriam . fausti . felicisque . diei . VI . id . Dec . an . MDCCCLIIII . quo . Mariam . Augustam . ab . origine . labis . nesciam . rite . pronuntiavit . in . area . ante . ephebeum . Urbanianum . columnam . marmoream . bracteatam . erigi . eique . statuam . aeream . Virginis . Matris . imponi . jussit » (*Th. Vallauri Inscriptiones: Fasti rerum gestarum a Pio IX Pont. Max.*, p. 293).

Concisamente: Presse, presse breviterque; summatim; capitulatim (*Cic. et a.*).

— Praecise dicere (*Cic. = dire concisamente*); praecise negare (*Cic. = negare decisamente*).

Concistoro: Consistorium, ii, n.; ita appellabatur Principis consilium Imperatorum Romanorum tempore (*Cod. Arcad., Honor., Theodos.; Inscript. Grut.*).

Concittadino: *V. Abitante.*

Conclave: Sacrum Purpuratorum Patrum comitium Summo Pontifici eligendo.

Concorso: I. Concursus (*l'accorrere insieme*); hominum concursus in forum (*Cic.*); concursum hominum facere, fieri (*Cic.*); concursum facere ex ... ad ... (*Cic. et a.*).

— Frequentia (*affollamento, concorso*); maxima vulgi frequentia (*Cic.*). - Celebritas (*affollamento, concorso ed anche celebrazione, celebrità, rinomanza*); v. g. virorum ac mulierum celebritas (*Cic. = affollamento di ...*); theatrum celebritate refertissimum (*Cic.*); in celebritate versari (*Nep. = essere in mezzo all'affollamento*). II. Certamen; publicum certamen (*concorso pubblico*); certamen musicum, gymnicum, equestre (*Suet.*). - Certamen ponere (*Virg. = ordinare un concorso, una gara*); certamen indicere, vincere, superare; in certamen venire (*Cic. = prender parte a un concorso, a una gara*); proponere certamen eloquentiae inter juvenes (*Quintil.*); est mihi certamen de ... (*Nep.*); res ad certamen venit (*Sall.*).

— Periculum facere (*Cic. et a. = fare un concorso, cioè dare un*

saggio, una prova della propria capacità); periculum facere in aliqua re; periclitari de ... in aliqua re (*dar saggio o prova di* ...). - « Fac periculum in litteris, fac in palaestra, in musicis... » (*Ter., Eun.* III, I, 23).

Condoglianze: Commiseratio; commiserationem suam alicui significare ob excessum patris, matris etc. (*fare ad uno le condoglianze per la perdita del padre, della madre* ...); *vel* dolorem suum alicui testari ob patris, matris... obitum; *vel* casum luctumque alicujus dolere ob ...; *vel* consolari maestitiam alicujus ...; suum alicui declarare dolorem ob ...; alicujus dolorem participare ob ...; suum alicui maerorem testari ob ...

— Litterae consolatoriae (*Cic. et al.* = *lettere di conforto, di condoglianze*).

— Aegritudinis societas (*Vallauri, Less.* = *condoglianza*); participati doloris declaratio, *vel* significatio (*espressioni di condoglianza*).

Condom - Condoma: (*preservativo venereo, la cui invenzione è attribuita ad un medico inglese, a nome Conton, vissuto a Londra nel sec. XVIII*) Penis (*vel* mentulae) integumentum (tegumentum); penis (*vel* mentulae) involucrum; penis (*vel* mentulae) operculum; penis (*vel* mentulae) cucullus. - Praemuniens penis integumentum; praemuniens penis cucullus; praemuniens penis operculum; penis operculum (integumentum, cucullus) contra venereos morbos praemuniens.

— *V. Preservativo.*

Conestabile: Tribunus militum (*Vallauri*); Comestabilis (*alto dignitario*), seu comes stabilis. Quae tamen vox est cadentis latinitatis.

Conferenza: I. Consultatio, colloquium, consilium, conventus, coetus.

— Conventus, *vel* coetus, *vel* consilium paci instaurandae, *vel* redintegrandae (*conferenza della pace*).

— Conventus, *vel* coetus, *vel* consilium ex omnibus Nationibus paci redintegrandae, *vel* ad pacem redintegrandam (*conferenza internazionale per la pace*).

— Conventus apparatui militari imminuendo (*conferenza per il disarmo*); *vel* conventus apparatui militari intra certos fines reducendo, coërcendo.

— Coetus Vincentiani (*conferenze di S. Vincenzo*); *vel* Coetus Vincentiani a Friderico Ozanamio inducti; *vel* Collationes Vincentianae (*Acta Ap. Sedis* 1930, p. 516). Collatio tamen significat *contribuzione, contributo o offerta di denaro,* v. g. collatio stipis aut

decimae (*Liv.*); itemque significat *comparazione, similitudine, confronto* (*Cic. et a.*).

II. Disputatio (*Cic. et a.*); dissertatio (*Plin.-Gell.*); auditio (*Cic. et a. = lezione*); *graece:* acroasis, is (*Cic. et a. = conferenza privata, o pubblica dissertazione* - ἀκρόασις).

Conferimento all'ammasso: *V. Ammasso.*

Confessarsi: Admissa rite accusare; criminum confessione rite se abluere; paenitentia expiari; admissa expiare (*Morcelli*) - Animi sordes apud sacerdotem rite expiare; paenitentiae sacramentum obire; commissa rite accusare.

— Paenitentiae sacramento rite expiatus; admissorum confessione rite ablutus (*confessato*).

Confessione: Admissorum confessio rite peracta; paenitentiae sacramentum (*sacramento della confessione*); criminum, *vel* commissorum confessio expiationis causa peracta.

— Per sacram totius anteactae vitae accusationem contractas animi sordes eluere (*far la confessione generale*); *vel:* a puero admissa per accusationem rite peractam expiare, delere, obliterare, expungere; *vel:* totius vitae commissorum confessionem rite peragere. - Aures admissa fatentibus patientes praebere (*A. Angelini S. J., Inscriptiones* III, 193 = *ascoltare con molta pazienza le confessioni sacram.*).

Confessionale – Confessionario: Tribunal admissis, *vel* commissis expiandis (*Morcelli*). - Sacrum paenitentiae tribunal. - Paenitentiae sacramenti tribunal.

Confessore: Sacerdos expiator (*Vallauri*); Sacrae Paenitentiae administer - Aliquem habere suae conscientiae judicem; aliquo uti conscientiae judice; a sacris confessionibus alicui esse (*aver uno per confessore*).

— Confessarius (*Lat. Eccles.*); non autem, hac significatione, vocabulum « confessor » adhiberi potest.

Conformità: Conformata ratio; ratio mutuo conformata; ratio invicem conformata.

— Agendi ratio divina voluntate omnino conformata, *vel* ad divinam voluntatem omnino conformata, *vel* divinae voluntati omnino conformata (*totale conformità al volere di Dio*) - Conformari aliqua re (*Cic.*); ad aliquid (*Cic.*); alicui (*Tac.*).

— Non autem « conformitas », quae vox est infimae latinitatis - Neque « conformatio », quae vox significat *configurazione, forma, giusta disposizione;* v. g. conformatio lineamentorum (*Cic.*), cor-

poris (*Cic.*), vocis (*Cic.*), verborum et sententiarum (*Cic.*), ratio conformatioque doctrinae (*Cic.* = *scienza metodica e ordinata*).

Congedare: Exauctorare milites (*Liv.-Plin. et a.*) = *sciogliere dal giuramento* - Exauctorare se (*Liv.* = *congedarsi*).

— Rude donare aliquem - Rude donari - « Rudis » erat virga, qua gladiatores, milites... donabantur, cum dimitterentur exacto munere.

— Commeatum alicui dare; commeatum accipere (*tanto per i soldati che per i magistrati in congedo*); missum facere aliquem (*congedare uno*).

— Missicius, *vel* missicius miles (*Cf. Suet., Ner.* 48 = *soldato congedato*).

Congo: Congus, i, m. (*Lat. di Curia*).

Congregazione: I. Collegium, consilium, societas, sodalitas, coetus - Vox autem « congregatio » significat conjunctionem rerum hominumve; vel actum se congregandi.

— Collegium rei subsidiariae, *vel* coetus rei subsidiariae administrandae (*Congregazione di carità*).

— Coetus christianae doctrinae tradendae (*Congregazione della dottrina cristiana*).

II. Sacrum Consilium christiano nomini propagando (*Morcelli: Congregazione di Propaganda fide*); *vel* Sacrum Consilium rei catholicae propagandae.

— Sacrum Consilium Tridentinis decretis interpretandis (*Idem* = *S. Congreg. del Concilio*) - In praesens vero aptius dixeris: Sacrum Consilium provehendae catechesi et cleri populique disciplinae (*Acta Leonis*); *vel* Sacrum Consilium cleri populique disciplinae praepositum.

— Sacrum Consilium legitimis ritibus cognoscendis (*Id.* = *S. Congregazione dei riti* - Cf. etiam *Acta Leonis* 1880, p. 136); *vel:* Sacrum Consilium Religionis ritibus praepositum; *vel:* Supremum Consilium sacris ritibus praepositum.

— Sacrum Consilium perduellibus Ecclesiae vindicandis (*Morcelli: S. Congregaz. del S. Ufficio*); sed aptius fortasse in praesens: Sacrum ac supremum Consilium catholicae fidei morumque integritati tutandae.

— Sacrum Consilium libris notandis (*Ant. Angelini, Inscript.* = *S. Congregazione dell'Indice*) - Judex libris notandis, *vel* librorum notandorum (*Morcelli* = *Consultore della S. Congregazione dell'Indice*).

— Sacrum Consilium caerimoniis praepositum (*S. Congregazione cerimoniale*).
— Sacrum Consilium extraordinariis procurandis, *vel* tractandis, *vel* expediendis Ecclesiae negotiis praepositum (*S. C. d. Affari Eccles. Straordinari*).
— Sacrum Consilium Seminariis studiorumque Universitatibus praepositum (*S. C. dei Semin. e Università*).
— Sacrum Consilium Sacramentorum disciplinae praepositum *S. C. dei Sacramenti*).
— Sacrum Consilium Ordinibus Sodalitatibusque Deo devotis praepositum (*S. C. dei Religiosi*).
— Sacrum Consilium Ecclesiae Orientali praepositum (*S. C. per la Chiesa Orientale*).
— Supremum Consilium sacrorum Antistitibus deligendis moderandisque (*S. Congregazione Concistoriale*); *vel* Sacrum Consilium Episcopis deligendis moderandisque.
— Sacrum Consilium Petrianae Basilicae adservandae; *vel:* Sacrum Consilium Petrianae Fabricae adservandae (*S. Congregazione della Rev. Fabbrica di S. Pietro*).
— Suprema Sacra Congregatio S. Officii; Sacra Congregatio Consistorialis; Sacra Congregatio propagandae fidei etc... (*Lat. Eccles.*).

Congresso: *V. Conferenza.*
— Eucharisticus ex universa Natione Conventus, *vel* Congressus (*Congresso Eucaristico Nazionale*).
— Eucharisticus ex omnibus Nationibus Conventus (*Congresso Eucar. Internazionale*).

Coniare: Nummos cudere, signare (*coniare monete*).
— Aes, argentum, aurumve publice signare (*Morcelli*).
— Flaturarius auri et argenti monetarii (*Idem: coniatore o fonditore di monete*).
— Flator, flaturarius, signator monetarius, suppostor monetae, monetae signator (*Coniatore, fonditore di monete*). Quae voces in antiq. inscriptionibus leguntur.
— Nova effingere vocabula (*coniare nuove parole*).

Conseguenza: Exitus; eventus; eventus qui consequuntur; ea, quae consequuntur.
— Consecutio, onis, f. (= *conseguenza logica*). - « Ipsa detractio molestiae consecutionem affert voluptatis » (*Cic., Fin.* I, 11 = *il toglier la molestia porta per conseguenza il piacere*). - « Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur » (*Idem, Invent.*

I, 29 - Cf. *etiam ibidem* I, 40) - Consecutio autem verborum (*Cic.*) significat rectam verborum constructionem secundum leges grammaticae.

— Consectarius, a, um; et consectaria, orum, n. pl. (= *conseguenza di una cosa, o di un'argomentazione, l'argomentazione stessa*) - « Illud vero minime consectarium » (*Cic., Fin.* IV, 18). - « Consectaria me stoicorum brevia et acuta delectant. Concluduntur eorum argumenta sic: quod est bonum, omne laudabile est; quod autem laudabile est, omne honestum est. Bonum igitur quod est, honestum est » (*Cic., Fin.* III, 8).

— Consequentia, n. pl. (consequens, entis); *vel:* ea, quae consequuntur (= *le cose che ne conseguono*). - « Cernere consequentia, repugnantia videre, ambigua distinguere » (*Cic., Orat.* c. IV).

— Consequentia, ae, f. (*Cic.* = *concatenazione, connessione e successione*); v. g. « cursus rerum eventorumque consequentia » (*Cic., Divin.* I, 56); « necessaria naturae consequentia » (*Gell.* XII, 5 = *naturale connessione*); « per consequentiam » (*Papinian. Dig.* IV, 3, 9 = *per conseguenza*); ex iis, quae consequuntur (*dalle conseguenze; per conseguenza*).

— Consequens est ut... (*vel cum inf.*); consequitur ut...; sequitur ut... (*vel cum inf.*) = *Ne viene di conseguenza che* ... (*Cic. et al.*).

Conserva: *V. Marmellata. - Conserva di pomodoro: V. Pomodoro.*

Conservatore – Conservatorismo: Servator; conservator; auctor (*conservatore in generale*).

— Rerum conservandarum ordinisque publici studiosi (*Acta Leonis* = *Conservatori in politica*); rerum conservandarum studiosus; moris majorum tenacissumus.

— Rerum conservandarum publicique ordinis studium; *vel:* De publicis institutis servandis tutandisque doctrina (*conservatorismo politico*).

Conservatore delle ipoteche: Publicus hypothecarum custos.

Conservatorio: Gynaeceum (*Morcelli: Cons. di fanciulle*).

— Domus pupillarum, *vel:* Gynaeceum puellis a pupillatu tutandis (*Morcelli: Conservatorio di orfanelle*), *vel* Domus pupillaris (*Orfanotrofio*).

Consigliere – Consigliera: Auctor; consiliarius; a consiliis; adlectus in consilium, *vel* adscitus in consilium (*facente parte di un Consiglio*); consultor, oris (*Sall. et a.* = *chi dà consiglio*). Apud Ciceronem vero et alios haec vox etiam significat *chi si consiglia, o consulta uno.*

— Auctorem esse ut... (*consigliare a...*).
— Consiliarius a publicis negotiis (*Morcelli: consigliere di Stato*); *vel:* A consiliis negotiorum publicorum. - Curatores rei municipalis (*M. Ricci: Varia Latinitas*, p. 408 = *Consiglieri comunali*).
— Consultrix, icis, f. (*Cic., Nat. Deor.*, II, 58 = *consigliera*).

Consiglio: Benesuada Virgo Maria, *vel:* Bene suadens Virgo Maria (*Madonna del Buon Consiglio*).
— Supremum Consilium publicae rei administrandae, *vel* procurandae, *vel* moderandae (*Consiglio dei Ministri*).
— Consilium municipio administrando (*Consiglio Comunale*).

Consolazione: Maria solatrix gementium (*Morcelli: Madonna della Consolazione*); Maria Virgo a consolatione, Deipara Virgo Maria a consolatione.

Consultore: Consultor (*Sall.*); a consiliis; consiliarius (*Cic.*).
— Adlectus inter judices contra haeresim (*Morcelli: consultore della S. Inquisizione*).
— Judex librorum notandorum (*Idem: Consultore della S. Congregaz. dell'Indice*).
— *Consultore di una Sacra Congregazione:* Consultor, *vel* consiliarius Sacri Consilii etc. (*V. Congregazione*).

Contabile: (*neologismo*) *V. Computista, Ragioniere.*

Contabilità: *V. Computista, Computisteria.*

Contanti: Repraesentatione (*Cic. = in contanti*), v. g. repraesentatione emere (*comprare in contanti*).
— Pecunia praesens, *vel* numerata (*Cic. et a. = contanti*); *vel* nummi praesentes.
— Praesentibus numeratisque nummis solvere, *vel* emere (*pagare in contanti*).

Conte: Comes, itis (*Morcelli*); *vel* Comarchus (*Idem*); Toparcha (*Idem*).

Contea: Comitis munus ac dignitas; *vel* Comarchi munus ac dignitas; *vel* Toparchae munus ac dignitas.
— Comarchi regio, onis, f. (*territorio di una Contea*).

Contemperamento: *V. Uguaglianza ed equilibrio.*

Contemplativo: Contemplativus, a, um (*Senec.*); spectativus, a, um (*Quint.*). Haec tamen verba a Seneca et a Quintiliano usurpantur solummodo cum de disciplina philosophica agitur. - « Philosophia autem et contemplativa est et activa: spectat simulque agit » (*Sen., Ep.* 95) - « Hi thesin a causa sic distinguunt, ut illa sit spectativae partis, haec activae » (*Quintil.* III, 5).

— Umbratilis, e (*Cic. et a.*) - Umbratilis vita caelestium rerum contemplationi dedita (*vita contemplativa*).

Contessa: Comes, itis, f. (*Morcelli*). Nobilis comes. Nobilis Comitis uxor, filia (*Contessa, Contessina*).

Contestabile: I. Comes stabilis (*Morcelli*).

— Comes stabilis magnus (*Id.: Gran Contestabile*).

II. Qui, quae, quod impugnari potest (*adject.*).

Contingente - Contingenza: (*adjectivum*) Fortuitus; casu eveniens; forte contingens; haud necessarius.

— (*nomen*) Certus numerus; certa pars; rata pars (*un contingente*); v. g. certus militum numerus.

— Casus (*contingenza*); quod casu contingit, evenit; quae forte contingunt, accidunt, eveniunt. - Fortuita, orum, n. pl. (*Tac., Ann.* XIV, 3 = *contingenze, casi fortuiti*).

Contrabbando - Contrabbandiere: Vectigalium, *vel* portorii fraudatio - Vectigalium, *vel* portorii fraudator.

— Clam ac furtim merces importare, *vel* exportare (*esercitare il contrabbando*).

Contrabbasso: Cithara maxima (*Luciano*).

Contrafforte: Munimentum, fulcimentum; *graece:* anterides, um, f.; *vel* erisma, ae, f., erisma, atis, n. (*Vitruv.* - ἀντηρίδες - ἔρεισμα).

Contrariamente: Contra; ex contrario; ex adverso.

— Contra ac... atque... quam. « Contra quam tu mecum egeras » (*Cic.*) - « Vides omnia, contra ac dicta sint, evenisse » (*Idem*).

— « Ex adverso » significat etiam *dirimpetto;* in adversum = *di fronte.*

Contrattaccare - Contrattacco: *V. Offensiva, Controffensiva.*

Contribuzione: Conlatio, *vel* collatio, onis, f. (*Liv.-Tacit.-Plin. et a.*) significat actum conferendi atque rem ipsam, quae in unum confertur (*contributo in denaro o in altro*). Stipis, *vel* pecuniae collatio (*Liv.* V, 25); ex collatione facta (*ricavato dalla colletta*) - Collationem speciosam facere (*Liv.* IV, 60).

— Contributio, onis, f. vox est serioris latinitatis (*Paul., Dig.-Ulp.-Modestin.*), idemque significat.

— Aere conlato; stipe conlata; ex aere conlato; de pecunia conlata; ex collatione; ex pecunia collaticia; collaticia stipe; ex collatione plebis; ex aere a populo collato (*Morcelli*).

Controllare - Controllo - Controllore: Inspicere; inspectare; recognoscere; examinare; explorare; exquirere (*controllare*).

— Inspectio, v. g. tabularum (*Quint.*, V, 5), rationum (*Traj. in Plin.*

ep. X, 57); inquisitio; spectatio; judicium; recognitio (*giudizio, esame, controllo*).

— Inspector, oris (*Sen., De Ben.* I, 9, 3) = *ispettore, controllore.*

Controffensiva: *V. Offensiva.*

Contromina: *V. Mina.*

Controproposta: Contra allata condicio; condicio invicem proposita, *vel* allata; consilium, *vel* propositum dissentiens; contrarium, *vel* diversum consilium, propositum.

Contusione: *V. Ecchimosi.*

Convento: Coenobium (*v. gr.* κοινός = *comune;* βίος = *vita*); asceterium (*Cod. Justinian.* - ἀσκητήριον); sacra domus; familia Deo devota; non autem « conventus » (*adunanza*).

— Monasterium, ii, n. vox est serioris latinitatis (*S. Augustin., Ep. 86 ad Casulàn.*).

Conventuale: Franciscalis atratus (= *francescano Conventuale - Cf. Phil. Schiassi, Specimen inscriptionum Coem. Bonon. ed. 1809,* p. 124 et 131). - Vox « atratus, a, um » apud Cic. et al. significat = *vestito di nero.* - Vox autem « conventualis » est infimae latinitatis.

— *V. Francescano.*

Conversa: *V. Monaca.*

Convertire - Conversione: I. Aliquem ad frugem bonam reducere.

— Ad bonam frugem se recipere (*convertirsi*).

— Vetere superstitione deleta, gentes ad christianam religionem christianumque cultum traducere (*Convertire le nazioni al cristianesimo*).

II. Morum emendatio; ad frugem bonam sui ipsius conversio; reditus ad bonam frugem (*conversione morale*). - Vox « conversio » apud Cic. et alios latinitatis auctores optimos significat *rivolgimento, cambiamento, trasformazione, traduzione, e l'atto del rivolgersi...*

— Ad Deum conversio; ad veri Numinis cultum conversio; ad christianam (catholicam) religionem conversio *vel* reditus (= *conversione religiosa*).

Convulsione: Distentio nervorum (*Cels.* II, 1 - *et* VII, 26, 2); nervorum convulsio, *vel* contractio, *vel* retractio; musculorum rigor; *graece:* spasmus, i, m., *vel* spasma, atis, n. (*Plin., Cels. et a.* - σπασμός - σπάσμα).

Cooperativa: Societas adjutricem ac mutuam sodalibus opem praestans; consociatio adjutricem ac mutuam sodalibus opem ferens.

Cooperazione – Coòperare – Cooperatore: I. Adjutrix opera; adjutricis operae collatio; mutua conspiratio et opera; mutua adjutricis operae collatio; concors actio. - Cooperatio, onis, f., vox est dubia apud Quintilianum (*Declam.* XVI, 11).

II. Adjutricem operam navare, *vel* praestare alicui (*cooperare con uno*). Auxiliari alicui; adjuvare aliquem in aliqua re; adjutorem se impertire alicui - Id advocatam postulat laicorum hominum operam, industriam ... (*Acta Leonis* = *Ciò richiede la cooperazione del laicato*).

III. Laboris, *vel* operis socius (*cooperatore*); *vel* laboris consors; *vel* adjutor, oris, m. alicujus rei, in aliqua re, ad aliquid (*Cic. et a.*); adjutrix, icis, f. (*Cic. et a.* = *cooperatrice*); auxiliator, oris, m. (*Quintil.-Tacit.*); auxiliatrix, icis, f. (*Cassiod.*); auxiliarius, a, um (*Cic., Liv. et a.*); auxiliaris, e (*Caes.-Tac.-Ovid.*); non autem « cooperator », haec est enim vox serioris latinitatis (*Hieronym., Ep.* 143).

IV. *Cooperazione delle classi sociali:* « Quo modo in corpore diversa inter se membra conveniunt, unde illud exsistit temperamentum habitudinis, quam symmetriam recte dixeris, eodem modo naturam in Civitate praecepisse ut geminae illae classes congruant inter se concorditer, sibique convenienter ad aequilibritatem respondeant » (*Acta Leonis 1891*, vol. XI, p. 109, *Enc.* « *Rerum novarum* »).

— « Quarum cognitione rerum (a religione data) facile in fortunatis deprimitur tumens animus, in aerumnosis demissus extollitur: alteri ad facilitatem, alteri ad modestiam flectuntur. Sic cupitum superbiae intervallum efficitur brevius, nec difficulter impetrabitur ut ordinis utriusque, junctis amice dextris, copulentur voluntates » (*Ibidem*, p. 115).

— « Deus in communitate generis humani esse jussit classium disparitatem, et quandam inter ipsas ex amica conspiratione aequabilitatem » (*Acta Leonis* 1895, p. 259 = *disuguglianza, cooperazione ed equilibrio delle classi sociali*).

— Civium ordines mutua inter se concilientur officiorum conjunctione (*Acta Leonis* = *Le classi sociali si accordino fra loro nella mutua cooperazione dei proprii doveri*).

— Amica inter civium ordines conspiratio (*Ibidem*).

— « Student ... moderari cum aequitate vincula, quibus invicem artifices et domini inter se continentur » (*Enc.* « *Rerum Novarum* », *A. Leonis* 1891, vol. XI, p. 137).

— « Jura officiaque dominorum cum juribus officiisque opificum apte conveniant » (*Ibidem*, p. 140).

— *V. Classe.*

Copenaghen: Codania, *vel* Haphnia, ae, f. (*Vallauri*). - Ab aliis scribitur: Haunia; Hafnia (*Cap. della Danimarca*).

Coperta: Stragulum, i, n. (*Cic. = coperta da letto - Suet. = coltre funebre*). « Collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto » (*Cic., Tusc.* V, 21). - Operimentum (*Sall. fragm. = coperta dei cavalli; coperchio; qualsiasi cosa atta a coprire*). - Opertorium (*Sen., Ep.* 87, 2 = *coperta in genere*). - Lodix, icis, f. (*Mart. et a. = coltre, coperta da letto*). - Stratum, instratum, i, n. (*Cic.-Liv. = materasso, coperta, gualdrappa*). - Tegumen, tegimen, tegumentum, integumentum, involucrum (*ciò che copre*).

Copertina: Libri operimentum; *vel* operimentum libelli (*di un libro o di un quaderno*).

— Integumentum, tegumentum, tegmentum; libri, libelli, fasciculi tegumentum, integumentum (*di un libro, quaderno, fascicolo*).

Copertone: (*dell'automobile*): *V. Gomma.*

Coprifuoco: Lex de restinguendis, vel obscurandis luminibus (*legge del coprifuoco*). - Signum restinguendi, vel obscurandi lumina (*segnale del coprifuoco*). - Hora restinguendi, vel obscurandi lumina (*ora del coprifuoco*).

— *V. Oscuramento.*

Coprofagia: Choprophagia, ae, f. (*v. graec. - χόπρος = escremento - φάγω = mangio*).

Coprolalia: Turpiter loquendi libido; verborum turpium libido; obscena dicacitas. - « Turpiloquium » vox est serioris latinitatis (*Tertull.*).

— *Graece:* Choprolalia, ae, f. (*χόπρος = sterco - λαλεῖν = parlare*).

Copronorrea: Ventris fluor, oris (*Cels.* III, 6); ventris profluvium; alvi profluvium; tormina, um (*Cic.*). - *Graece:* diarrhoea, ae, f.; dysenteria, ae, f. - *V. Diarrea, Dissenteria.*

Coprostasia: *V. Stitichezza.*

Corazzata: Loricata navis (*Vallauri*).

— Cataphracta navis - Cataphractus, a um, seu cataphracta munitus, vox est ex graeco fonte ducta (= *coperto di corazza*); sed invenitur apud Livium (XXXVII, 40), Sallustium et alios. - Est ex graeco verbo *καταφράσσω = copro, corazzo.*

Corazziere: Loricati equites, *vel* loricati milites.
— Cataphracti equites, *vel* milites.
— Clibanarius, ii, m.; seu miles lorica munitus non ex squamis confecta, sed ex solido ferro (*cf. Forcellini*). Vox est tamen cadentis latinitatis.
— Praefectus equitum loricatorum (*Morcelli: comandante dei corazzieri a cavallo*).

Cordiale: (*Adjectivum*) comis; benevolens; benevolus; sincerus; familiaris. - Ex animo (*cordialmente*).
— (*Nomen*) jus ovo infusum; corroborans jus ovo infusum - Jusculum ovo infusum (*un piccolo cordiale*). - Potio cor roborans (*un cordiale nel senso generico di bibita corroborante*).

Cordone: *Gran Cordone: V. Cavaliere.*

Corea: Corea, ae, f. (*regione in Asia Or. - Lat. di Curia*).

Coreografia – Coreografico: Ars scaenica - Ad artem scaenicam pertinens, attinens - Ludi scaenici; spectacula scaenica (*giochi, spettacoli coreografici*).

Corizza: (*v. gr. - κόρυξα = raffreddore*) *V. Infreddatura.*

Cornamusa: (*piva nel sacco*): Tibia utriculo infixa (*Vallauri*); *vel* tibia utriculo inserta. - Tibia utriculo inserta canere; *vel* utriculo canere (*suonare la cornamusa*).
— Utricularius, ii, m. (*Suet., Ner.* 54 = *suonatore di cornamusa*). - *Graece:* Ascaules, is, m. (*Martial.* X, 3); ἀσκαύλης = *suonatore di cornamusa.*

Cornea: Cornea oculorum membranula; cornea oculorum tunicula; oculorum tuniculae (*Plin.* XXVI, 12, 76; XXIX 6, 38).

Cornice: Regula, ae, f.; septum, i, n.
— Imagines pictae septo ac fastigio clusae, *vel* clausae (*Morcelli: pitture in cornice con ornamento in cima*).
— Picta imago aptis regulis clausa, *vel* clusa.
— Picturam in forma lignea includere; picturam tabula marginata includere (*Calonghi-Georges,* vol. II).

Corollario: *V. Conseguenza.*

Corona del rosario: *V. Rosario.*

Coronazione: Coronatio vox est infimae latinitatis; in Lexico Forcelliniano improbatur, ac redditur « coronae inductio ».
— Festum D. N. spinarum sertum gestantis (*Festa della coronazione di spine di N. Signore*).
— Pontifex Maximus sacrorum sollemnibus initiatus est (*Morcelli: Coronazione del Papa*).

— Quo die Rex (*vel* Imperator) sollemni ritu inauguratus est (*nel giorno dell'incoronazione del Re o Imperatore*).

— Anniversario die, quo Pontifex Maximus Summi Pontificatus insigne sollemni ritu suscepit (*Nell'anniversario dell'incoronazione del Papa*).

Corpo d'Armata: *V. Compagnia.*

Corporale: I. (*Adjectivum*) Corporeus (*Cic.*); corporalis (*Senec.*); corporatus (*Cic. et a.*); e. g. res corporeae (*Cic.*); corporalia bona (*Quintil. = i beni materiali*); quaedam corporalia esse, quaedam incorporalia (*Senec.*); mundus est undique corporatus (*Cic.*). - Bona externa, res externae (*Cic. = i beni materiali, esterni*). *Contra:* Bona animi (*i beni interiori dello spirito*).

II. (*Nomen*). Eucharistici Sacrificii linteum, *vel* linteolum (*piccola tovaglia per il Sacrificio Eucaristico detta comunemente corporale*); *vel:* Eucharistici panis linteum, linteolum; Eucharisticae dapis linteolum; divini pabuli linteolum. - Interdum vero brevior locutio usurpari potest, hoc est: « sacrum linteum, *vel* sacrum linteolum »; v. g. « divina hostia in sacro linteo reposita » (*la sacra Ostia posta sul corporale*).

— Corporale, is, n. (*Lat. Eccl.*); seu corporale linteum; *vel* linteolum.

Corporativo - Corporativismo: Qui, quae, quod ad civium corpora, seu collegia, seu sodalicia pertinet; qui, quae, quod ad corporatos homines attinet (*corporativo*). - *V. Sindacale.*

— Corporatorum hominum (*vel* corporatorum opificum) ratio, disciplina, coetus, societas (*corporativismo secondo i vari significati*). - *V. Corporazione e Sindacalismo.*

— « Corporativus, a, um » habetur apud Coel. Aurel.; hac tamen voce significatur quod est « nutriens, corroborans et corpus faciens » (*Forcellini*).

Corporazione: Corpus; coetus; collegium; sodalicium; decuria.

— Civium corpora (*Corporazioni di cittadini*).

— Opificum collegium, corpus, sodalicium, consociatio (*Corporazione operaia*).

— Corporatorum hominum collegium (*Acta Leonis*). - « Corporatus, a, um » apud Ciceronem et alios latinitatis scriptores fere idem significat ac « corporeus » (*Cic.*), *vel* « corporalis » (*Sen.*); v. g. « mundus est undique corporatus » (*Cic.*), « corporeum omne necesse est esse, quod natum est » (*Cic.*), « res corporeae » (*Cic. = i beni materiali*), « dicimus quaedam corporalia esse, quaedam

incorporalia » (*Sen.*), « corporalia bona » (*Quintil.* = *i beni materiali*). - In antiquis autem inscriptionibus adjectivum « corporatus, a, um » translata significatione accipitur; v. g. « corporati homines » ii dicuntur qui in aliquo corpore, seu collegio sunt (*uniti in una corporazione*).

— Corporati lenuncularii (*Morcelli: La corporazione dei barcaioli*).

— Corpus piscatorum (*Idem: Corpor. dei pescatori*).

— Collegium fabrum tignariorum (*Idem: Corporazione dei falegnami o dei carpentieri*); *vel* collegium, corpus, sodalicium fabrum lignariorum.

— Decuria doctorum (*Idem: Corporazione dei Professori*).

— Decuria publicanorum (*Idem: Corpor. degli impiegati di finanza o meglio dei gabellieri*).

Corporeità: Concretio; corporis concretio (*Cic.*).

Corporeo: *V. Corporale* I.

Corpus Domini (*Festa del*): Sollemnia ob Corpus D. N. nobis divinitus datum; Sollemnia Sacramenti Augusti (*Morcelli*).

— Urbani decreto festus per Ecclesias dies institutus, quo sacrosanctum Corpus D. N. Jesu sollemni pompa vicatim circumfertur (*Idem*).

Correttore: Corrector; emendator.

— Praepositus libellis paenitentium recognoscendis (*Morcelli: Corrett. della Penitenzieria*).

Corridoio: *V. Andito.*

Corriere diplomatico: Publicorum Legatorum cursor; *vel* epistularum cursor ad publicas Civitatum rationes pertinentium; *vel brevius:* Publicarum epistularum cursor. - *V. Valigia diplomatica.*

Corrispondente – Correlativo – Corrispettivo: Conveniens cum aliqua re, alicui rei, ad aliquid, inter se (*Cic.*), in aliqua re (*Liv.*), in aliquid (*Vell.*). - Respondens alicui, alicui rei. - Cohaerens cum aliqua re, alicui, inter se (*Cic.*). - Conformatus ad ... (*Cic.*), alicui (*Tac.*). - Congruens cum aliqua re, alicui rei (*Cic.*).

— Dignus, v. g. poena digna scelere (*pena corrispondente al delitto*). - Par, v. g. temporibus par, rerum condicionibus par, societatis condicionibus par (*corrispondente ai tempi, alle condizioni, ecc.*).

— Ad aliquid pertinens, attinens (*correlativo, corrispettivo*).

Corrispondenza – Correlazione – Correlatività – Corrispettività: I. Congruentia, ae, f. (*Suet.-Plin.*); cohaerentia, ae, f. (*Cic. et a.*); convenientia alicujus rei cum aliqua re (*Cic.*); consequentia, ae, f.

(*Cic.-Gell.* = *successione e correlazione delle cose, degli eventi: V. Conseguenza*); ratio, onis, f. (*relazione, relatività*), v. g. cohaerentiae ratio, convenientiae ratio.

— *V. Armonia e Proporzione.*

II. Obtemperatio (alicui); gratus animus; grata voluntas erga aliquem (*corrispondenza, obbedienza, gratitudine*); consensio; voluntas concors, consentiens.

Corsa agli armamenti: Increscens armorum, *vel* apparatus militaris studium; certatio, *vel* concertatio, *vel* contentio ad apparatum militarem in immensum adaugendum.

— Arma apparatumque militarem citatiore cotidie cursu in immensum congerere.

— Certatim intenditur undique militaris instrumenti immanitas (*Acta Leonis*).

— *V. Pace armata.*

Corsa di cavalli: Equiria, ium, n. pl. (*Ovid., Fast.* II, 859, *et al.*).

Corsaro: Praedo maritimus (*Nep.*); praedonum dux (*Cic.* = *capo dei corsari o pirati*). - *Graece:* Pirata, ae, m. (*Cic. et al.*); archipirata, ae, m. (*Cic. et al.* = *capo dei corsari*). - Piraticam facere (*Cic.* = *esercitare la pirateria, fare il corsaro*). - Piratica, ae, f. (*pirateria*). - Bellum piraticum (*Cic. et al.*).

— Praedatorius, a, um (*Liv. et al.*); v. g. navis praedatoria (*Liv.* = *nave corsara*). - *Graece:* Piraticus, a, um (πειρατικός); v. g. navis piratica (*Liv.* = *nave corsara*).

Corsia: *V. Andito.*

Corso: I. Cursus; curriculum; lustratio; conversio. - Cursus equorum, navium (*Caes.*), honorum tuorum (*Cic.* = *carriera*), vitae (*Cic.*), gloriae (*Cic.*) temporum (*Cic.*), rerum (*Cic.*); cursum flectere, deflectere, torquere, mutare, dirigere (*Cic.*). - Curriculum vitae (*Cic.*), curriculum vivendi (*Cic.*), curricula mentis, exercitationes ingenii (*Cic.*). - Lustratio solis (*Cic.* = *corso del sole*). - Conversiones rerum; rerum publicarum conversiones (*Cic.* = *corso delle cose, degli avvenimenti; ed anche mutamento, trasformazione, rivolgimento delle cose*). - Conversiones stellarum, astrorum errantium, mensium, annorum (*Cic.*).

— Nummorum, *vel* pecuniae pretium (*corso del denaro*). - Hic nummus in omnium usu est (*denaro in corso*). - Nummi reprobi, *vel* reprobati (*Ulp. Dig.* = *denaro fuori corso*).

II. Primaria, *vel* princeps via (*corso, o via principale*); primaria, *vel* princeps urbis via. - Via lata (*Morcelli* = *Corso in Roma*).

Corte: Cavaedium, ii, n., *vel* cavum aedium est interior ac subdialis pars domus (*cortile*).

— Aula, ae, f. idem significat; sed accipitur saepenumero pro cavaedio domus regiae vel principis; atque etiam pro ipsa domo regia: Aula, *vel* Aula regia (= *Reggia, Corte Reale*).

— Cohors, *vel* Chors, *vel* Cors, ortis, f. (*cortile per bestiame*); dein vero militum turmam significat.

— Caulae, *vel* caullae, arum (*luogo chiuso per armenti*) - Lupus fremit ad caulas (*Virg.*).

— Inter honorarias Aulae Etruscae matronas adlecta (*Morcelli: Dama d'onore alla Corte di Toscana*).

— Aula Damasiana (*Cortile S. Damaso*); Aula Bramantiana, *vel* cavaedium Bramantianum (*Cortile del Belvedere*). - *V. vol. I, pag.* 65, 148.

Corte d'appello: Consilium judiciis publicis cognoscendis (*Vallauri*); *vel:* Consilium judiciis publicis recognoscendis.

Corte dei conti: Censorium collegium publicis recognoscendis reditibus ac sumptibus (*autorità collegiale il cui ufficio è sindacare l'amministrazione dello Stato*).

Coscienza: Conscientia (*Cic. et a.* = *conoscenza, consapevolezza; intimo sentimento dell'animo; coscienza*). - Animi conscientia (*Cic. et a.* = *coscienza, come intimo sentimento dell'animo*). - Officii conscientia (*Cic. et a.* = *senso del dovere, coscienza del dovere*).

— *Buona coscienza:* Optimae mentis conscientia (*Cic.*); praeclara conscientia (*Idem*); recta conscientia (*Idem*); optima conscientia (*Plin.*); recte factorum conscientia; v. g. consolari se conscientia optimae mentis (*Cic., Brut.* 71); sustentari praeclara conscientia (*Idem, Att.* X, 4); mea mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo (*Idem, Att.* XII, 27); in omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere (*Idem,* XIII, 20); conscientia rectae voluntatis maxima est consolatio rerum humanarum (*Idem*); bona conscientia (*Quintil.*, VI, 1.)

— *In buona coscienza:* Ex officii conscientia; ex rectae conscientiae norma; quod sine peccato meo fiat (*Cic.*); nullius culpae mihi conscius sum (*Cic.*); nihil mihi conscius sum (*Cic.*).

— *In coscienza*: Ex animi sententia; ex animo; sincero animo; integra mente; ex fide; salvo officio (*Cic.*); salva conscientia (*Senec.*); salva officii conscientia, incorrupta integraque mente

agere (*agire in coscienza*); ex animi sententia jurare (*giurare in coscienza, secondo coscienza*).

— *Cattiva coscienza - Rimorsi di coscienza:* Mala conscientia; v. g. ex mala conscientia digna timere (*Sallust., Jug.*, 66). - Scelerum conscientia; conscientiae stimuli, angores, cruciatus; v. g. morderi conscientia (*Cic.*); oppressus conscientia scelerum (*Idem, Pis.* 17); ex peccatorum conscientia timor exoritur (*Idem, Parad.* V, 3); te conscientiae stimulant maleficiorum tuorum (*Idem, Parad.* 2); conscientia flagellantur facinora mala (*Senec., Ep.* 97 *in fine*); stimulante conscientia (*Curt.*).

— *Coscienza rigida, lassa...*: Severa conscientia; severissima judicii conscientia. - Conscientia facilis, indulgens, perindulgens (in aliqua re), nimis indulgens, neglegens, tarda ac neglegens, hebes, hebescens, plumbea (*insensibile*).

— Aliquid religioni habere (*Cic.* = *avere a coscienza, a scrupolo di coscienza*). - Religio obsistit ne... (*Liv.* = *la coscienza impedisce di...*); religio mihi non est, quominus id faciam (*Cic.* = *non ho coscienza di poter far ciò*). - Judicum religiones (*la coscienza, il dovere dei giudici*). - A recta conscientia discedere (*operare contro coscienza*). - Homo sine ulla religione (*uomo senza coscienza*), *vel* homo pravus, perditus... - Religiosi homines; religiosissimi homines (*persone di coscienza*).

— Nullis conscientiae stimulis pungitur (*Cic.* = *non ha coscienza*). - Conscientiam suam exonerare (*Curt.* = *liberare la propria coscienza di un grave peso*); *vel* liberare atque exonerare fidem suam (*Cic.*).

— In interiore animi sacrario (*A. Leonis* = *nel santuario della coscienza*). - *V. Sacrestia.*

— *Libertà di coscienza: V. Libertà.*

— *Scrupoli di coscienza: V. Scrupoli.*

— *V. Esame di coscienza.*

Coscienziosamente: Religiose; diligenter religioseque; pie diligenterque; sancte; severe.

Coscienziosità: Fides (*lealtà*); religio; officii religio; conscientia officii.

Coscienzioso: Incorruptus; religiosus; pius, maxime pius; sanctus ac religiosus; justus ac diligens.

Coscritti – Reclute: Tirones milites (*Cic., Philip.* XI, 15); exercitus tirones (*Cic. et a.*); militiae tirones.

Cosmogonia: De mundi origine doctrina, *vel* disciplina. - *Graece:* Cosmogonia, ae, f. (κοσμογονία).

Cosmografia: Terrarum orbis descriptio.
— *Graece:* Cosmographia, ae, f. (*κοσμογραφία*).

Cosmopolita: Mundanus (*Cic.*) - « Socrates quidem, cum interrogaretur cujatem se esse diceret: mundanum, inquit; totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur » (*Tusc.* V, 37).
— Mundi civis et incola (*Cic., ibid.* = *cittadino del mondo, cosmopolita*).

Costarica: Costarica, ae, f. (*Lat. di Curia*); *vel* Costaricensis Respublica; Josephopolis, is, f. (*la capitale: S. José de Costarica*).

Costituzionale: Cum primaria rei publicae lege concors, *vel* congruens; reipublicae institutis conveniens; legitimus (*conforme alla legge fondamentale dello Stato; legittimo*).
— Ad corporis constitutionem, *vel* conformationem attinens; v. gr. morbus, infirmitas (*attinente alla complessione o conformazione fisica, p. es. malattia costituzionale*).

Costituzione - Statuto: I. Constitutio, onis, f. (*complessione, composizione, disposizione, ordinamento*); v. gr. corporis (*Cic.* = *complessione fisica*); naturae (*Idem*); populi (*Idem*); civitatis (*ordinamento dello Stato*); religionum (*Cic.* = *dei riti, o cerimonie*).
II. Primaria civitatis lex; primaria rei publicae lex; primaria rei publicae instituta (*la Costituzione, o Statuto*). - Civitatis, *vel* rei publicae forma, ordinatio, conformatio (*ordinamento dello Stato*).
— *V. Statuto.*

Costo: Annonae caritas (*Cic.* = *costo della vita, prezzo alto della vita*). *Contra:* Annonae vilitas (*Cic.*). - Alicujus rei pretium (*costo di una cosa*) - Magno pretio, parvo pretio (*a costo alto, basso*). - Pretium constituere; pretium conficere (*Cic.* = *fissare il prezzo*). - (*Cic.*); esse in pretio (*Liv.*). - Magno pretio, *vel* parvo pretio emere (*Cic.*).
— (*ad ogni costo*) Omni ratione; viribus omnibus; velis remisque (*Cic.*); unguibus et rostro; omni contentione; pugnis et calcibus; manibus pedibusque (*Ter.*); toto corpore atque omnibus ungulis (*Cic., Tusc.* II, c. 24). - Taetra ... res est ... omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda (*Cic., Tusc.* III, 11).

Cotechino - Coteghino: *V. Mortadella.*

Cotognata: Cydonites, ae, m. et f. (*Pallad.* XI, 20).

Cotoletta: *V. Focaccia.*

Cotone: Xilon, i, n., *vel* gossypion, ii, n. *vel* gossipion, ii, n. (*Plin.*) = *Cotone pianta.*

— Linum Xilinum (Cf. *Plin.* XIX, 14); lana de ligno (*Ulp., Dig.* XXXII 1, 70, 9) = *cotone per stoffe ecc.*

Cotta: Superpelliceum (*Lat. Eccl.*); lineus amictus, us, m. (*Vallauri*); quae tamen vox videtur potius significare sacerdotale velum, quod vulgata lingua *Amitto* vocamus.

Cottimo – Appalto – Appaltare – Appaltatore: Locatio (*il dare a fitto, ed anche a cottimo*); v. g. locatio operis (*opera data a cottimo*). - Conductio (*il prendere a pigione, a cottimo, in appalto*); v. g. conductio operis (*opera presa a cottimo*). - Redemptio (*appalto, il prendere in appalto*). - Redemptura (*appalto, impresa in appalto*); v. g. « redempturis auxisse patrimonium » (*Liv.* XXIII, 48, 10 = *avere accresciuto il patrimonio con le imprese in appalto*). - Clarius tamen dicitur: Locatio, *vel* conductio, *vel* redemptio ex condicto (ex condicto pretio) = *cottimo, appalto nei vari sensi sopra indicati;* v. g. locatio operis ex condicto; redemptio operis ex condicto pretio etc.

— Locare opus, locare opus ex condicto (pretio) *dare a cottimo o in appalto.* - Locator operis ex condicto (pretio) = *chi dà a cottimo o in appalto.* - Conducere opus ex condicto (pretio) = *prendere a cottimo o in appalto.* - Conductor operis; conductor operis ex condicto (pretio) = *chi prende in appalto* - Redimere aliquid (*appaltare, prendere in appalto*); *vel* redimere aliquid ex condicto; redimere opus ex condicto (pretio). - Redemptor (*appaltatore, impresario*); operis redemptor; operis redemptor ex condicto.

— Opus facere ex condicto; *vel* opus facere ex condicto pretio (*lavorare a cottimo*).

Crack (*voce inglese di largo uso* = *crollo*). Quassatio, conquassatio, ruina, lapsus (*crollo*). - Strepens quassatio ac ruina (*crollo fragoroso*).

— *Crack bancario, finanziario: V. Bancarotta.*

Crampo: Nervorum distentio (*Cels.*); nervorum rigor (*Idem*); spasmus (*Idem*); spasma, tis, n. (*Plin.*); spasmus stomachi (*Cels.* = *crampo di stomaco*); spasmo laborare, vexari (*soffrire di crampi*).

Craniotomia: Calvae, *vel* calvariae perforatio; *graece:* craniotomia, ae (*κρανίον* = *cranio* - *τομή* = *taglio*).

Creatura: Creata res; creatus animans; creata vis. Non autem *creatura, ae.*

Credenza: I. Fides, opinio, mens - Deorum opinio (*Cic., Tusc.* I, 13 = *credenza negli Dei*).

II. Abacus, i, m. (*Cic. et a.*) - « Abacos complures ornavit argento auroque caelato » (*Cic., Tusc.* V, 21) - Latine autem: Armarium, ii, n. - Delphica mensa (*Cic.*), *vel* delphica, ae (*Mart. - Plin.*) = *credenza per esporre vasellame. - V. Buffet.*

Credenziali (*Lettere*): Litterae alicujus rei, v. g. legationis fidem facientes; litterae demandati, *vel* crediti muneris testes.

— Litterae fiduciariae (*Vallauri*). Adjectivum « fiduciarius, a, um, » usurpatur a Caes., Liv. et aliis; v. g. urbs fiduciaria (*Liv.* = *affidata fiduciariamente a uno*); operam fiduciariam obtinere (*Caes.*); fiduciarium imperium (*Curt.*); heres fiduciarius (*Dig.*).

— Auctoritates, *vel* publicae auctoritates. Vox enim « auctoritas » saepe a Cic. et aliis hac ipsa significatione usurpatur, atque indicat litteras Principum, vel Magistratuum alicujus rei testimonium, vel fidem facientes. - « Tot graves ab amicissimis Civitatibus legationes cum publicis auctoritatibus et testimoniis ... » (*Cic., Verr.* II 3).

Credere in Dio: Deum esse credere (*Cic., Tusc.* I, 13). Credere Deos (*Sen.*) = *credere in Dio; negli Dei.* - Deos non putare (*Cic., De Div.* I, 46 = *non credere negli Dei*) - Fidem suam et religionem pecunia commutare (*Cic., Cluent.* 46 = *vendere la propria fede religiosa*).

— « Ut porro firmissimum hoc adferri videtur, cur Deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio (multi de Dîs prava sentiunt; id enim vitioso more effici solet; omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitrantur, nec vero id conlocutio hominum aut consensus effecit, non institutis opinio est confirmata, non legibus; omni autem in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est) ». (*Cic., Tusc.* I, 13). - « Omnibus enim innatum est et in animo quasi insculptum esse Deos » (*Cic., De Nat. Deor.* II, 5).

Credibilità: Fides (=*fede, fiducia*); fides certa, *vel* incerta; auctoritas; v. g. fidem alicujus imminuere, infirmare, confirmare, negare, demere (*diminuire, togliere, negare, confermare la credibilità, la fiducia...*); argumentum certae (incertae) auctoritatis; historiae fides (*credibilità storica*); alicui, alicui rei abrogare fidem (*Cic.* = *negare credibilità, fiducia*). - Probabilitas (*Cic.* = *verosimiglianza, credibilità*). - Fidei ratio; auctoritatis ratio; probabilitatis ratio (*ragione di credibilità*).

Credo: Sacramentum catholicae fidei. « Non ausim equidem affirmare

quo quisque animo sacramentum catholicae fidei dixerit » (*Cordara, Hist.*).

Cremisi: Coccum, i, n. (*Hor.- Plin. = grana di un albero a cui aderiscono cocciniglie di color rosso chiaro, con cui si tinge in scarlatto; lo stesso colore scarlatto; ed anche stoffa di colore scarlatto*). - Coccineus, a, um (*Justin. = di colore cremisi*). - Coccinatus, a, um (*Suet., Dom.* 4 = *vestito di scarlatto*).

Cresima: Sacra confirmatio, onis, f. (*Vallauri*); sacrum chrisma.

— Sacro chrismate inungere (*Idem: cresimare*), roborare, signare, obsignare.

— Almo chrismate inuncti christianum sacramentum dixere (*Morcelli: ricevuta la Cresima recitarono l'atto di fede*).

Cripta: *V. Catacombe.*

Crisi: Crisis, is f. (*piega decisiva, mutamento*). - Haec tamen vox, e graeco fonte ducta (*κρίσις = scioglimento*), tum solummodo usurpatur, cum de subita morbi immutatione agitur. « Hic quidem, ait, nos eamdem crisim habere, quia utrique dentes cadunt » (*Senec., Ep.* 83).

— Discrimen; rerum discrimen; rerum publicarum discrimen (*crisi sociale*). - Rerum publicarum mutatio (*Cic. = crisi politica*); rerum publicarum conversio (*Cic. = rivolgimento politico*).

— Publica res in ancipiti versatur; *vel* in ruinae periculo versatur; *vel* in gravissimo rerum discrimine est (*crisi sociale*).

Crisi del Governo – del Ministero: *V. Dimissioni.*

Cristianesimo: Christiana doctrina; christiana praecepta (*come insegnamento*). - Christiana res; christianum nomen; christiana res publica; christiana civitas; christiani homines (*l'insieme dei cristiani; la cristianità*).

Cristiano: Christianus (*Tac.-Plin.-Suet.*) - Christicola, ae (*Prudent.*) Christias, adis - Christifidelis, is (*Acta Leonis*). - Jesu Christi cultores - Jesu Christi sectatores, *vel* assectatores - Qui christiano censentur nomine - Qui christiano gloriantur nomine.

Critica – Critico – Criticare: I. Censura; judicium; sententia. - Vox « censura » significat *a*) munus censoris, prout in romana republica gerebatur; *b*) atque etiam *esame rigoroso, giudizio severo, critica* - Censuram agere (*Ov.*); censuram gerere (*Suet.*) - Aliquem, aliquid maledico dente carpere (*Cic. = denigrare*); alicujus famam carpere, lacerare (*Liv.*) - *V. Denigrare.*

II. Critica ars (*critica come arte*). - Vox « criticus, a, um » quamvis e graeco fonte ducta, usurpatur a Cicerone, Horatio,

Quintiliano et aliis, cum agitur de judicio ferendo circa scripta veterum auctorum.

— Critice, es; *vel* critica, ae, f. (*la critica*).

— Criticus, i (*un critico*); homo emunctae naris (*Hor.* = *critico arguto, frizzante*); critici scaenici, *vel* judices scaenici (*critici teatrali*) - « Ego tamquam criticus antiquus judicaturus sum ... » (*Cic., Fam.* IX, 10).

— Censoria virgula notare (*Quintil.* = *criticare*); *vel* aliquid carpere, reprehendere; nasute destringere (*Phaedr.* = *fare l'ipercritico; criticare mordacemente*); naribus uti (*Hor.* = *darsi alla critica*), *vel* naribus indulgere (*Pers.*); summa cum libertate cuncta notare, carpere (*Hor.* = *criticare tutto liberamente*); minutius et scrupolosius rimatur omnia (*Quint.* = *critica tutto pedantemente*); censoris animum sumere (*Hor.* = *atteggiarsi a critico*); aliquem, *vel* aliquid adunco suspendere naso (*Hor.* = *fare una critica mordace, far le beffe di uno o di una cosa*).

III. Incertus; dubius; anceps. - Res dubiae ac suspensae - Tempora impeditissima; res impeditissimae (*circostanze critiche*); rei publicae tempora impeditissima (*Cic.* = *momenti critici per lo Stato*).

Croazia: Croatia, ae, f.; Croatae, arum (*gli abitanti*); Zagrabia, ae, f. (*Zagabria, capoluogo*).

Croce: Encolpium, ii, n. (*O. Jozzi, Lexicon Epigraphicum* = *croce pettorale dei Vescovi* ecc.), *vel aptius:* Crux encolpia - Adjectivum « encolpius, a, um » invenitur in antiq. inscript., est e graeco fonte ductum, ac significat « quod in sinu, vel pectore gestatur » (ἐγκόλπιος).

— Sollemnia ob memoriam augustae Crucis Hierosolymis inventae (*Festa dell'invenzione della Croce*).

— Festum sacrosanctae Crucis de Persis receptae (*Festa dell'esaltazione della S. Croce*).

— Signo Crucis se munire (*farsi il segno della Croce*).

— *Via Crucis: V. Esercizio.*

— Aedes Sessoriana (*S. Croce in Gerusalemme*).

Croce Rossa: Societas a Cruce Rubra; Dunantiana a Cruce Rubra societas (*dal ginevrino Enrico Dunant, 1828-1910, ideatore e fondatore di questa benefica istituzione*).

Crociata: Sacrum bellum sub Crucis signo susceptum (*Vallauri*), *vel* indictum.

— Sacrum bellum Cruce signatorum.

— Sacrum bellum sub Crucis signo suscipere (*fare la crociata*).

— Milites Cruce signati (*i crociati*); *vel* sacri belli milites; *vel* tesserarius sacrae Crucis exercitus. - Adjectivum « tesserarius, a, um » usurpatur a Vegetio (*Milit.* II, 7), et a Tacito (*Hist.* I, 25) ac significat *soldato che ha ricevuto la tessera o distintivo.*

— Sacra precum contentio (*crociata di preghiere*).

Crocicchio – **Crocevia**: Compitum, i, n. (*Cic. et a.* = *luogo ove s'incrociano più vie*). - Trivium, ii, n. (*Cic. et a.* = *luogo ove s'incontrano tre vie; luogo popolaresco, ove convengono persone volgari*).

— Trivius, a, um (*attinente a un trivio o crocevia; che si venera sopra un trivio o crocicchio di strade*); v. g. dea trivia (*Prop.*); virgo trivia (*Lucr.*); trivia imago, trivium simulacrum. - *V. vol. I, pagg. 22.*

Crocifisso – **Crocifiggere**: I. Christi cruci fixi effigies, imago, signum (*sostantivo*).

— Christi de cruce pendentis effigies (*Vallauri*).

— Jesu Christi in crucem acti effigies; J. Christi cruci affixi effigies; J. Christi cruci suffixi effigies; J. Christi in cruce suffixi effigies; J. Christi in crucem suffixi effigies (*il Crocifisso*).

II. Aliquem in crucem agere (*Cic., Fin.* V, 21); aliquem cruci affigere (*Liv.*); aliquem in cruce figere (*Cic.*); aliquem cruci figere (*Suet.*); corpus in crucem figere (*Justin.*); aliquem cruci suffigere (*Cic.*); aliquem in cruce suffigere (*Hor.*); aliquem in crucem suffigere (*Justin.*) = *crocifiggere.*

Crollo: *V. Crack.*

Cronico: Invaletudo diuturna, *vel* perpetua (*malattia cronica*); invaletudine diuturna, *vel* perpetua affectûs (*ammalato cronico, affetto di malattia cronica*).

Cronologia – **Cronologico** – **Cronologicamente**: Temporum (*vel* annorum) ratio, digestio, ordo, descriptio, series (*cronologia*).

— Temporum servare gradus (*Cic., Part. orat.* IV, 12 = *conservare l'ordine cronologico*); temporum servare ordinem; servare ac notare tempora.

— Temporum servato ordine (*cronologicamente*).

— *Graece:* Chronologia, ae, f.; chronologicus, a, um (χρονολογία-χρονολογικός).

Cronometro: Horarum index perfectissimus. - *Graece:* Chronometrum (χρονομετρον).

Crusca: (*celebre accademia sorta a Firenze nel 1583*) *V. Accademia.*

Cuba: Cuba, ae, f.; Cuba insula; Cubanus (*di Cuba*); Habana, ae, f. (*Cap. dell'isola di Cuba. - Lat. di Curia*).

Cubo - Cubico: Cubus, i, m. (*cubo*) vox est ex graeco fonte ducta, atque usurpatur a Vitruvio et aliis. Item adjectivum « cubicus, a, um ». Haec vocabula a nonnullis scribuntur: cybus, i; cybicus, a, um. - « Cubus autem est corpus sex lateribus aequali latitudine planitiarum perquadratum » (*Vitruv.* V, *Praef.* = *il cubo è un corpo di sei lati uguali e piani*). « Pythagorae ... placuit cubicis rationibus praecepta in voluminibus scribere » (*Vitruv. ibid.*).

— Numerus cubicus, *vel* cubus (Cf. *Gell.* I, 20) dicitur « cum omne latus ejusdem numeri aequaliter in sese solvitur, sicuti fit, cum ter terna ducuntur, atque ipse numerus triplicatur » (*Forcellini* = *numero al cubo*).

— Pes cubicus; passus cubicus; *vel* pes in cubum ductus, passus in cubum ductus; *vel* pes cubicis rationibus ductus (*misura di un piede o di un passo al cubo*). - Decem pedes in cubum ducti (*dieci piedi al cubo, cioè circa tre metri cubi*); decem passus in cubum ducti (*dieci passi al cubo, cioè circa quindici metri cubi*). - *V. Metro-Chilometro.*

Cuneiforme: Litterae formatae in cunei modum (*Vallauri: caratteri cuneiformi*).

Cuore: Ex animo (*di cuore*), non autem *ex corde*. - Toto pectore (*di gran cuore*); toto pectore amare, cogitare (*Cic.*) = *con trasporto, con entusiasmo.*

— Aperto pectore (*a cuore aperto, Cic., De Amic.* c. 26).

— Mihi cordi est; mihi in deliciis est; mihi curae est; mihi in medullis haeret; mihi in amoribus, *vel* in amore est (*Cic. et a.* = *mi sta a cuore*) - Nihil mihi antiquius est, *vel* nihil potius est quam ut ... *vel cum inf.* (*niente mi sta più a cuore che ...*).

— *Nel cuore dell'inverno:* Summa hieme. - « Erat hiems summa, tempestas perfrigida » (*Cic., Verr.* II, 4, 40).

— *Nel cuor della notte:* Multa nocte (*Cic.*); *vel* de multa nocte (*Cic.* = *a notte avanzata, nel cuor della notte*); concubia nocte (*Cic.* = *nel cuor della notte; cioè quando si è nel primo sonno*); ad multam noctem (*Caes.* = *fino a notte inoltrata, fino al cuor della notte*).

— *Cuore della città:* Urbis sinus; *v. gr.* « in sinu urbis sunt hostes » (*Sall.*). - Urbis caput (*punto principale della città*); media urbs (*il centro della città*); in media urbe (*nel centro della città*).

Cupola: Tholus, i, m.; hemisphaerium, ii, n.; testudo, inis, f.

— Hemisphaerium immensae molis attolli jussit (*Morcelli: della Cupola di S. Pietro*).

— Testudo sacri fontis in Laterano (*Idem: Cupola del Battistero di S. Giovanni*).

— Petrianae Basilicae tholus, concavi caeli imago pulcherrima (*Cupola di S. Pietro, splendida immagine dell'emisfero celeste*).

Cupone: (*francesismo* = *coupon; in italiano* = *cedola*) Publicae syngraphae codicillus, *vel* scidula.

— Scidula nummaria - *V. Buono, II.*

Curato: *V. Parroco.*

Custode: *Angelo custode: V. Angelo.*

Czar - Czarina: *V. Zar, Zarina.*

D

Daltonismo: Daltoniana oculorum infirmitas (*dal fisico inglese G. Dalton, 1766-1844; malattia della vista per cui non si distinguono bene alcuni colori, specialmente il rosso e il verde; è detta anche acromatopsia*).

— *Graece:* Achromatopsia, ae, f. (*alfa privativa* - χρῶμα = *colore* - ὄψις = *vista*).

Dama: I. Matrona; illustris, *vel* nobilis femina.

— Inter honorarias Aulae matronas adlecta (*Morcelli: dama di corte*).

II. Ludus duodecim scriptorum (*Quintil.*), *vel* calculorum ludus (*Plin. Jun. et Cael. Aur.* = *gioco molto simile a quello che noi chiamiamo la Dama*). Duodecim scriptis, *vel* duodecim calculis ludere. (*Cic.* = *giocare a dama, la quale era segnata da 12 linee incrociate obliquamente, o* « scripta », *con cui si divideva il tavoliere in 25 riquadri*). - Calculorum lusu laxare animum (*Plin. J.*). - In lusu duodecim scriptorum prior calculum promovet (*Quintil.* = *gioca per primo a dama*) - Calculus, i, m. (*pedina*) - Abacus, i, m. (*Suet.-Macrob.* = *tavola degli scacchi e della dama*) *vel* alveus lusorius (*Plin.-Suet.-Val. Max.*); *vel* alveolus lusorius (*Varr.*); *vel* tabula lusoria. Hac significatione saepissime alveus sine adjectivo usurpatur; v. g.: In alveo ludere (*Suet.*) - Alveo et calculis vacare (*Val. Max.* VIII, 8, 2).

— A nonnullis vero hoc loco ponitur: Latrunculorum ludus, *vel*

lusus. Id genus tamen ludendi videtur fere esse potius quod nos vocamus: *gioco degli scacchi* (*Cf. Goelzer, Nouveau Dictionnaire Franç.-Lat.*) - Latrunculis ludere (*Varr., L. L.* XXII; *Senec., Ep.* 106, 11; *Plin.* VIII, 215) videtur igitur significare *giocare a scacchi.* - Atque idem videtur esse quod Ovidius (*Art. Amat.* III, 357) dicit « proelia latronum ludere »; hoc nempe ludendi genus ei valde simile esse videtur, quod nos *gioco degli scacchi* vocamus (*Cf. Forcellini*).

— In Thomae Vallauri Lexico (*Voc. Ital.-Lat., Lat.-Ital.*) hoc loco legitur: « Scrupis ludere » (*Cic.* = *giocare a dama*) *vel* « duodecim scrupis ludere ». Id eruitur ex duobus Ciceronis locis (*Orat.* I, 50, *Fragm. apud Non.* II, 781), in quibus a nonnullis non « scriptis », sed « scrupis » (scilicet calculis = *sassolini*) legitur. Res tamen valde est dubia, ac plerique hoc quoque loco legendum putant ut in ceteris, quos supra rettulimus, locis: duodecim scriptis (non autem scrupis) ludere.

Damaso: Aula Damasiana (*Cortile S. Damaso*).

— Basilica Damasi Laurentiana (*Morcelli: San Lorenzo in Damaso*).

— Ad Laurentii et Damasi (*Id.: A S. Lorenzo in Damaso*).

D'Angiò: Andeganvensis (*Morcelli*).

Danimarca: Dania, ae, f.; Dani, orum (*Danesi*); Codania, *vel* Haphnia, ae (*Vallauri: la capitale = Copenaghen*).

Dante: Dantes; Dantes Aligherius (*A. Leonis* 1892, p. 59-60; et *Acta Ap. Sedis* 1921, p. 209). - « Dantes Alagherii florentinus et exul inmeritus... ». Ita legitur in eius epistulis, quae has inscriptiones habent: « Universis et singulis Italiae Regibus et Senatoribus almae Urbis... »; « Scelestissimis Florentinis intrinsecis »; « Sanctissimo, gloriosissimo atque felicissimo... Henrico divina Providentia Romanorum Regi et semper Augusto ».

Danzica: Dantiscum, i, n.; Gedanum, i, n. (*Vallauri*).

Darvinismo: Darviniana doctrina; darvinianum commentum; darviniana rerum omnium per gradus immutatio, conversio; darviniana viventium (animantium) per gradus mutatio, conversio (*La parola è derivata dal celebre naturalista inglese Carlo Darwin, 1809-1882*).

Dataria Apostolica: Munus Summi Magistri sacerdotiis (*vel* beneficiis) dandis attribuendis (*Ufficio della Dataria Ap.*) - Sedes Summi Magistri sacerdotiis (*vel* beneficiis) dandis attribuendis (*Sede della Dataria Ap.*).

— Dataria Apostolica (*Cod. J. C.*). Vox tamen « Dataria » est infimae latinitatis.
— *V. vol. I, pag.* 73.

Datario: Summus Magister beneficiis dandis attribuendis (*Morcelli: Card. Datario*). - Summus Magister sacerdotiis dandis attribuendis. - Em. Vir ... Summus Magister sacerdotiis dandis attribuendis.
— Proximus a Summo Magistro sacerdotiis (*vel* beneficiis) dandis attribuendis (*Vice Datario*).
— Card. Datarius (*Cod. J. Can.*). Vox tamen « Datarius » est infimae latinitatis.
— *V. vol. I, pag.* 73.

Datore e prestatore di lavoro: Operarum conductor (*chi prende a opra; chi assolda lavoratori*). - Operariorum, *vel* opificum, *vel* artificum conductor (*prestatore di lavoro, chi assume lavoratori*). Cf. conductores histrionum (*Plaut., Asin. Prol.* 3); conducere aliquem (*Cic.*), conducere praeceptores (*Plin., Ep.* IV, 13), conducere coquos (*Plaut., Aul.* II, 4, 1) = *assumere uno ad un lavoro, come precettore, cuoco ecc.* - Opera, ae (*Cic.-Liv.* = *lavoro ed anche lavoratore*).
— Ii qui rem, et ii qui dant operam (*Cf. Acta Leonis* 1891, *Litt. Enc.* « *Rerum Novarum* ») = *datori e prestatori di lavoro.*
— Operae; operarii; artifices; opifices; operaria plebs (*prestatori di lavoro*). - Conducticii operarii, *vel* artifices, *vel* opifices. - Adjectivum « conducticius, a, um » hac significatione (*preso a opra - preso in affitto*) legitur apud Plautum, Varr. et Nep.; v. g. « fidicina conducticia » (*Plaut., Epid.* II, 3, 8 et V, 2, 41 = *suonatrice di cetra, che presta la sua opera a pagamento*); conducticiae liberorum operae (*Varr., R. R.* I, 17).

Dattilografare - Dattilografo etc.: Manuale prelum, *vel* praelum (*macchina dattilografica*) - Adjectivum « manualis, e » apud Tacitum, Plinium et alios significat *maneggevole, facile a adoperarsi con le mani.* - *Vel* dactylographicum prelum; *vel* scriptorium prelum; *vel* machina dactylographica; *vel* machina scriptoria (*P. L. Rocci, Nuove favole latine,* p. 47).
— Dactylographico (*vel* dactylico) prelo scribere *vel* exarare (*dattilografare*); *vel* manuali prelo scribere, exarare. - Verbum « exarare » apud Ciceronem et a. significat etiam *notare, disegnare, scrivere.*
— Paginae manuali prelo scriptae, *vel* exaratae (*fogli dattilografati*).
— Dactylographica ars (*dattilografia*). - Dactylographicam artem

tradere, addiscere etc.... (*insegnare o imparare la dattilografia*). Dactylographica arte excellere.

— Dactylographicae artis peritus (*un bravo dattilografo*); dactylographici, *vel* manualis, *vel* scriptorii preli opifex (*operaio dattilografo*); dactylographus, i, m.

— Voces « dactylographia », « dactylographicus, a, um » ex graeco fonte ducuntur (*δάκτυλος* = *dito* - *γράφω* = *scrivo*).

Dazio – Gabella – Dogana – Imposta: Vectigal (*imposta indiretta, entrate dello Stato, dazio*); portorium (*dogana, dazio del porto*); foricularium (*dazio di deposito o di magazzinaggio*); ansarium (*dazio per deposito in dogana*). Quae duo postrema vocabula in Inscript. Murat. inveniuntur, ac varias habent interpretationes.

— Scriptura (*Cic. et a.* = *imposta sui pascoli*); v. g. vectigal ex scriptura (*Cic.* = *entrata delle imposte sui pascoli*).

— Tributum (*Cic. et a.* = *imposta diretta*); e. g. tributa, aut vectigalia (*Tac.* = *imposte dirette e indirette*); tributum in capita singula servorum ac liberorum imponere (*Caes.*); tributum imperare (*Liv.*), imponere (*Caes.*), conferre, facere, pendere (*Cic.*).

— Vectigal ponitur etiam pro *entrate, rendite private;* v. g. « meum tenue vectigal » (*Cic.*); « magnum vectigal est parsimonia » (*Cic., Parad.* VI, 49).

— Vectigal novum ex salaria annona (*Morcelli: nuovo dazio per lo spaccio del sale*).

— Quidquid usuarium invehitur ansarium non debet (*Idem: Quel che s'importa per uso proprio non paga dogana*).

— Vectigal, *vel* portorium imponere alicui rei (*Cic.* = *imporre tasse, dazio o dogana*); portorium exigere (*Cic.*).

— Vectigal pendere (*Cic.* = *pagare la tassa o il dazio*).

— Pro aliqua re portorium dare (*Cic.* = *pagare la dogana per una cosa*).

— *V. Tassa.*

— *Daziere: V. Doganiere, Gabelliere.*

Debiti: *V. Ingolfarsi nei debiti.*

Decametro: *V. Metro, n. II, e tradurre con le antiche misure Romane equiparate al sistema metrico decimale.*

Decano: Senior, *vel* primus (*Morcelli*). - A nonnullis ponitur: decurio, onis, m.; quae vox significat a) *capo di una decuria,* b) *capo di un collegio, o capo del personale di qualche carica di corte,* v. g. cubiculariorum decurio (*Suet., Dom.* 17 = *capo dei camerieri di corte, ciambellano*).

— Princeps sacri Senatus, *vel* Purpuratorum Patrum senior (*Morcelli: Decano del S. Collegio*), *vel* Patrum Cardinalium primus. - Senior curionum (*decano dei parroci*).

— Doctorum decurialium primus, *vel* senior (*decano di un collegio d'insegnanti*); doctorum decurialium primus humanioribus litteris tradendis (*decano delle Facoltà di Lettere*); doctorum decurialium primus medicinae tradendae, *vel* medicinae praeceptis tradendis (*decano della Facoltà di medicina*); doctorum decurialium primus sacris disciplinis tradendis (*decano della Facoltà di scienze sacre*).

— Adjectivum « decurialis, e » seu ad decuriam vel ad quemlibet coetum pertinens, legitur in antiquiss. inscriptionibus, atque adeo hac significatione usurpari potest. Ita in Lexico Morcelliano legitur (vol. I, p. 357): « Doctor decurialis disciplinae morum tradendae ». « Doctor decurialis sacris disciplinis tradendis ».

— « Decanus » vox est e graeco fonte derivata, eumque significat « qui decem praeerat militibus, ita ut ipse esset undecimus ... Idem caput contubernii nominabatur » (*Forcellini* - Cf. *Veget., Milit.* II, 8). - Haec vox apud serioris latinitatis auctores iis etiam tribuitur, qui ceteris ordinibus praesunt, ut coenobitarum coetibus (*Augustin.-Hieronym.*).

— *Decano della Sacra R. Rota: V. Rota.*

Decentrare - Decentramento: *V. Dicentrare - Dicentramento.*

Decima: Decima, *vel* decuma, ae, f. (*Cic. et a.*).

— Decumanus (*Cic.* = *Appaltatore delle decime*).

— Decumas imperare, *vel* imponere alicui (*Cic.*).

— Decimas dare, solvere alicui (*Cic.*).

Decimale: Decumanus, *vel* decimanus (*Cic. et a.*).

— *Sistema metrico decimale: V. Sistema.*

Decimetro: Decima mensurae primariae pars. - *V. Metro, n. II in fine; Centimetro e Millimetro.*

Decollare - Decollaggio: Se expedire; se extollere; se expedire atque extollere; extolli.

— *V. Idroplano.*

Decorazione: Ornatus; ornatio; ornamentum (*decorazione in genere*).

Decorazioni: Honoris insigne; honoris insignia; honoris signum; honoris documentum (*decorazioni che si danno per onorificenza*).

— Phalerae, arum, f. pl. (*decorazioni in forma di borchia o medaglia che si davano per onore militare o civile*). « Ornamenta ex auro vel argento, bullarum forma, quae viri nobiles ac praesertim milites, honoris causa, in pectore pensilia gestabant » (*Forcel-*

lini). - « Pro concione postero die laudati donatique a C. Calpurnio equites phaleris » (*Liv.* XXXIX, 31).

— *V. Placca e Commendatore con placca.*

Dedizione: I. Deditio, onis, f. (*resa, atto di arrendersi*). - Venire in deditionem; recipere aliquem in deditionem; compellere ad deditionem; facere deditionem oppidi; barbaros ad deditionem trahere etc. (*Cic.-Liv.*).

II. Devotio, onis, f. est actus devovendi se ad sacra praesertim quod attinet; devotio vitae, devotio capitis (*consacrazione di sè agli Dei*). Potest etiam usurpari pro *sacrificio o dedizione di sè ad una causa santa.*

— Non tamen significat cultum erga Deum, *vel* erga Deum pietatem (*devozione*). - *V. Devozione.*

— Devovendi se studium (*ardore di dedizione, spirito di sacrificio*).

— *V. Sacrificio.*

Defalco - **Defalcare**: *V. Sconto.*

Deficit: Lacuna, ae, f. (*Cic.* = *disavanzo*).

— Lacunam explere (*Cic., Verr.* IV, 55) = *colmare il deficit.*

Definire - **Definizione**: Definire; describere; circumscribere - Rem pressius definire (*Cic., Tusc.* IV, 7) - Est Zenonis haec definitio ut... (*Cic.*) - Zeno ita definit ut ... (*Idem*).

— Rem definiendo explicare (*Cic., Orat.* c. IV).

— « Definis tu mihi, non tollis dolorem, cum dicis asperum, contra naturam etc. ... » (*Cic., Tusc.* II, 13).

— « Probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt propugnatem pro aequitate » (*Cic., De Off.* I, 19).

— Finitio (*Quint. et a.*); definitio (*Cic. et a.*); discriptio (Cf. *Cic., Tusc.* IV, 5) = *esplicazione, ripartizione;* descriptio (*Cic.*) = *descrizione, esposizione, determinazione, definizione.*

Déjeuner (*v. francese* = *colazione, asciolvere*) *V. Colazione.*

Delegare - **Delegazione**: Committere, concredere, demandare aliquid alicui - Delegare aliquid alicui; provinciam, *vel* curam alicujus rei alicui delegare (*Quintil.*), *vel* demandare - Imagines describendas pingendasque delegare (*Plin., Ep.* IV, 28).

— Delegare, *vel* legare aliquem ad ... significat aliquem ad aliquem mittere alicujus negotii causa, v. gr. « Aliquem ad senatum delegare » (*Liv.*).

— Delegatio, onis, f.; muneris delegatio, *vel* provinciae delegatio (*delegazione di un uffcio*). - Vox « delegatio » duplicem habet significationem, nempe *mandato di pagamento* (*Cic., Att.* XII, 3,

2); vel significat aliquid alicui concredere, qui alterius vices agat (*delega*); v. g. « Delegationem res ista non accipit » (*Senec., Ep.* XXVII, 4 = *la cosa non si può fare per mezzo di altri*).

— Mandato munere (*per delegazione*); *vel* mandato munere ac communicatione potestatis (*per delega*).

— Delegatio Apostolica (*Delegazione Apostolica*).

Demanio: Bona publica; possessiones publicae; rei publicae bona, *vel* possessiones (*i beni dello Stato*). - Officium (munus) rei publicae bonis (possessionibus) administrandis (*ufficio del Demanio*). - Sedes rei publicae bonis (possessionibus) administrandis (*sede del Demanio*).

Demiurgo: Demiurgos, i, m.; demiurgus, i, m. (*t. filosofico dal gr.* δημιουργός = *operaio; un essere divino che ordina la materia e dà forma al mondo*).

Democrazia: Imperium populare (*Vallauri*).

— Popularis rei publicae gubernandae ratio.

— Popularis res publica (*Cic., Rep.* III, 35; popularis civitas (*Idem*).

— Populares (*Cic., Sest.* 45, 96 *et al.*) = *i democratici, cioè favorevoli al bene del popolo e ad un governo di popolo; appartenenti al popolo, alla classe popolare - Contra:* optimates.

— *Graece:* Democratia, ae, f. (δῆμος = *popolo* - κρατέω = *domino, governo*).

— Democratia christiana. Haec ratio publicae rei moderandae in Enc. Litt. « Graves de communi » (*Acta Leonis* 1901, p. 3 sq.) proponitur, describitur, commendatur.

— Popularis rei publicae administrandae ratio, christianis praeceptis innixa (*Democrazia cristiana*).

Denaro fuori corso: *V. Corso I.*

Denigrare: Lacerare, *vel* laedere famam, nomen alicujus; obtrectare alicui (*Cic.*); gloriae alicujus obtrectare (*Liv.*); alicujus laudes obtrectare (*Liv.*); detrectare aliquem; aliquem maledico dente carpere (*Cic.*). - *V. Criticare.*

Denigratore: Obtrectator (*Cic. et a.*); calumniator (*Cic. et a.*); criminator (*Tac., Ann.* IV, 1); criminator in aliquem (*Ibidem*).

Denigrazione: Obtrectatio; contumeliosa dicta; criminatio; e. gr.: Appii criminationes de Fabio absente ad populum (*Liv.*); criminatio in aliquem absentem (*Cic.*); obtrectatio malevolorum (*Idem*); contumeliosa dicta in aliquem (*Sall.*).

Dente Impiombato - Capsulato: *V. Impiombare, Impiombato, Impiombatura.*

Dentifricio: Dentifricium, ii, n. (*Plin.*). « Putamine cineris fit dentifricium » (*Plin.* XXIX, 3, 11).

Dentista: Medicus dentarius; medicus dentium - Adjectivum « dentarius, a, um » usurpatur ab Apuleio (*Herb.* 4 et 8).

— Forceps, ipis, f.; *vel* dentarpaga, ae, f. (*Varr.* = *ferro per cavare i denti*).

— Opifex dentarius (*meccanico dentista*).

— *V. vol. I, pag.* 29.

Depilatorio: Ad pilos detrahendos (evellendos) aptus, a, um (*adjectivum*); ad depilandum aptus, a, um. - Vox tamen « depilare » serioris est latinitatis (*Tertull. et al.*).

— Medicamentum ad depilandum aptum (*nomen*); instrumentum ad depilandum aptum; medicamentum (instrumentum) ad pilos evellendos aptum.

— Graece: Psilothrum, i, n. (*Martial.*, VI, 93 - *Plin.* XXIV, 10, 47 *et al.*). - Graecum vocabulum ψίλωθρον unguentum indicat pilis detrahendis aptum.

Denunzia - **Denunziare**: Delatio, onis, f. (*Cic.* = *denunzia ad un magistrato per misfatto*); delationes (*Tac.*); nominis delatio (*Cic.* = *denunzia d'accusa*); delator (*Liv.* = *delatore, accusatore*); *vel* nominis delator; criminum delator (*Liv.*).

— Libellus; libellus alicujus rei index (*denunzia scritta*).

— Deferre aliquem alicui, ad aliquem (*denunziare, accusare uno a ...*); v. g. aliquem ad Senatum deferre (*Suet.*); deferri majestatis (*Tac.* = *essere accusato di lesa maestà*); deferre Brutum Cassiumque reos caedis absentes (*Suet.*); Drusus defertur moliri res novas (*Tac.*).

— Conventum (pactum conventum, pactionem, conventionem) violatum, exstinctum (violatam, exstinctam) profiteri, renuntiare, edicere (*denunziare un patto violato o scaduto*). - Foedus neglectum, violatum, fractum profiteri, renuntiare, edicere (*denunziare un'alleanza ecc. ...*).

Deputata - **Deputatessa**: Legata popularis legibus ferendis; legata popularis; popularis legislatrix; legata legislatrix.

Deputato: Orator popularis legibus ferendis et annuis tributis decernendis (*Vallauri: Deputato al Parlamento*).

— Popularis legatus legibus ferendis.

— Popularis legumlator, *vel* legislator.

— Deputatus legifer (*Rocci: Nuove favole latine* 17, 11). Quae tamen locutio videtur potius significare *chi è ritenuto, giudicato,*

stimato un legislatore. Etenim « deputo, as... » apud optimos latinitatis scriptores significat: a) *tagliare, potare;* b) *pensare, stimare, giudicare.* Vox autem « deputatus, a, um » apud cadentis latinitatis scriptores et in antiq. inscript. indicat: *destinato, eletto, deputato* (Cf. *Macrob., Saturn.* VII, 14 - *Grut.* 1028, 2).

— Curator, *vel* moderator alicujus rei faciendae, *vel* administrandae (*Deputato in genere*).

Deriva: *Andare alla deriva:* Secundum litus errare; secundum litora vagari; secundum ripam errare, vagari, rapi. - Secundum ripam errant, vagantur, rapiuntur (*vanno alla deriva*).

— Deerrare (*andare alla deriva = fuorviarsi*); itinere deerrare; e recto itinere declinare, deflectere, excedere, aberrare (*andare alla deriva in senso morale*). - Aliquem transversum agere, *vel* rapere (*trascinare uno alla deriva = fuori di strada*).

— *V. Sbandamento, Sbandarsi.*

Dermatite: Cutis inflammatio, *vel* inflatio. - *Graece:* Dermatites, is, f. (*δέρμα = pelle*).

Dermatologia: Cutis morborum descriptio; cutis morborum doctrina. - *Graece:* Dermatologia, ae, f. (*δέρμα - λόγος*).

Deserto: Solitudo; vastitas; deserta, orum, n.; deserta loca; locorum vastitas; deserta locorum vastitas.

Desiderio: Desiderium (*di ciò che non si ha*); *vel* desideratio - Desiderium urbis me tenet (*Cic.*); desiderio teneri alicujus rei (*Cic.*); esse in desiderio rerum carissimarum (*Cic.*); facere alicui desiderium alicujus rei, *vel* commovere alicui desiderium alicujus rei (*svegliare in uno il desiderio di una cosa*); bonorum aeternorum desideratio ac spes (*Cic.*).

— Optatum (*ciò che si desidera*); votum (*ciò che si vuole*); aliquid in votis, *vel* in optatis est; alicujus optata exsequi, *vel* explere; optatis alicujus respondere (*corrispondere ai desiderii di uno*).

Desio: Deusium, ii, n. (*Acta Ap. Sed. = cittadina della Lombardia, patria di Pio XI*).

Dessert: (*voce francese = frutta e dolci; pospasti; seconde mense*) Secunda mensa (*Cic. et al.*); qua quidem voce fercula significantur, quae ultimo loco inferuntur, ut poma, nuces, bellaria etc. « Haec ad te scripsi, apposita secunda mensa » (*Cf. Cic., Att.* XIV, 6 *et* 21). « Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit » (*Cels.* I, 2).

Destino: Fatum; sors; fortuna; fatalis vis; natura; necessitas; fatalis necessitas (*Cic.*).

— Natura nos ad majora genuit et conformavit (*a piu alti destini*). - Quae nos necessitas ferre coëgit, quae vis quaedam paene fatalis... (*Cic., Philip.* III, 11).

Destra: Dextra viam stratam (*Liv.* = *a destra della via*).

— Dextrorsus, *vel* dextrorsum (*contr.:* sinistrorsum) = *verso destra, verso sinistra.*

Detector: Detectorium hertianum (*rivelatore magnetico delle onde hertziane*); *vel* detectorium magneticum. - Non autem: « Detector », qua voce (*Tertull.*) is significatur, qui detegit (*colui che scopre*).

Devoto: Pius; pius erga Deum, erga parentes...

— Devotus, a, um, significat: a) *dedicato, consacrato* (*Cic.*); b) *affezionato, devoto* (*Suet.*); c) atque etiam: *maledetto, esecrato* (*Hor.*). - Virgo Deo devota (*Morcelli: vergine consacrata a Dio* = *suora*).

— Pie, rite, religiose, sancte (*devotamente*) - Deum pie religioseque colere.

— Deiparae Virginis cultor studiosissimus (*molto devoto della Madonna*); cultores caelestis Patroni etc. ...

Devozione: Pietas; pietas erga Deum; pietas erga parentes - Religio; relligio; summa religione Deum colere — Obsequium, *vel* observantia in aliquem .

— Non autem *devotio* (Cf. *dedizione*); quae vox significat actum devovendi se (*Cic.*) atque etiam *imprecazione, maledizione* (*Nep.*).

Diabete - **Diabetico**: Diabetes, ae, m. (*v. gr.*); diabetae morbus.

— Diabetae morbo laborans; *vel* diabeticus (*diabetico*).

— Hic morbus « urinae nimiae profusio » a Celso haud satis recte dicitur.

— Vox « diabetes » ex graeco verbo oritur διαβαίνω = *passo attraverso* (*flusso di orina*).

Diaforesi: Nimium sudoris profluvium. - *Graece:* Diaphoresis, is, f. (*Prisc. - dal verbo* διαφορέω = *passare attraverso, traspirare*).
Nimio sudoris profluvio laborare; corpus sudoribus exinanire (*Sen.* = *soffrire di diaforesi*); nimio sudore manare.

Diaframma: Septum transversum; discretorium (*Coel. Aurel., Tard.* II, 12); *graece:* diaphragma, atis, n. (διά = *fra* - φράγμα = *divisorio*).

Dialèttica - **Dialettico**: Disserendi ars, ratio, scientia, disciplina, doctrina; disserendi genus, varia disserendi genera (*varii generi di dialettica*) - Disserendi subtilitas (*finezza dialettica*); disserendi

spinae (*Cic.* = *sottigliezze, cavilli dialettici*); partiendi et definiendi spinae (*Cic.* = *ripartizioni e definizioni cavillose*).

— Disputator (*Cic., De Off.* I, 3 = *dialettico, ragionatore*); disputatrix (*Quintil.* II, 20, 7 = *disputatrice, dialettica*). Disputator elegans, eruditus, eruditissimus; in dialecticis versatissimus.

— *Graece:* Dialectica, ae, f.; dialectice, es, f.; dialectica, orum, n. pl. (*Cic. et a.*). - « ... per omnes partes sapientiae manat et funditur, rem definit, genera disponit, sequentia adjungit, perfecta concludit, vera et falsa dijudicat » (*Cic., Tusc.* V, 25). « Dialectica veri et falsi quasi disceptatrix et judex » (*Id., Acad.* IV, 28). - Dialecticus, a, um (*Cic.*). -Dialecticus, i, m. (*Cic.*). « Diodorus valens dialecticus » (*Cic., Fat.* 6). - Dialecticae sapientiae professor (*Plin.*). - Dialectice (*Cic.*); seu dialecticorum more, ratione.

Dialetto: Dialectos *vel* dialectus, i, m. (*Suet., Tib.* 56).

— Subalpino sermone uti; insubri sermone loqui; veneto sermone uti (*parlare in dialetto piemontese, lombardo, veneto*).

Diapason: Vocis index; instrumentum vocis index. - Normam impertire (*fig.* = *dare il diapason*).

— *Graece:* Diapason, *vel* diapasonium, ii. n. (διὰ - πασῶν = *per tutti*).

Diarrea – Dissenteria: Ventris fluor, oris (*Cels.* III, 6); ventris, *vel* alvi profluvium; tormina, um (*Cic. et a.*); *graece:* diarrhoea (διάῤῥοια), *vel* dysenteria, ae (δύς = *prefisso avversativo* - ἔντερον = *intestino*).

Diastole: Dilatatio; v. g. cordis dilatatio, arteriae dilatatio (*diastole, come movimento del cuore o dell'arteria, a cui si contrappone la sistole* = cordis contractio). - Syllabae dilatatio, *vel* syllabae productio (*diastole, come allungamento di una sillaba breve*).

— *Graece:* Diastole, es, f. - Quod quidem vocabulum oritur ex verbo διαστέλλω = *dilato, apro.*

Dicastero: Ministerium; publicum ministerium. - Rei publicae ministeria (*dicasteri dello Stato*); Apostolicae Sedis ministeria (*dicasteri della S. Sede*).

Dicentrare – Dicentramento: Distribuere; distribuere in partes (*Caes.*); distribuere per ... (*Plin.*). - Dispertire (*Cic.*); dispertire in partes; dispertire inter se (*Liv.*). - Rei publicae ministeria, munera, officia non in unum cogere, sed apte utiliterque dispertire (*decentrare gli uffici dello Stato*).

— Dispertitio (*Cic., Phil.* III, 30); distributio (*Cic. et a.*) = *decentramento;* e. g. aequa et utilis rei publicae ministeriorum di-

spertitio et distributio (*un giusto ed utile decentramento dello Stato*).

Dicrotismo: Duplex arteriarum pulsus; duplex venarum pulsus. - *Graece:* Dicrotismus, i, m. (*δίς* = *due volte* - *κρότος* = *suono*) = *doppia pulsazione patologica*.

Didattica – Didattico – Didascalico: Docendi ars, ratio, disciplina (*didattica*). - Ad docendi rationem pertinens, attinens, spectans (*didattico*). - Docendi ratio ac via (*sistema didattico*). - « Didacticus » vox est infimae latinitatis.

— *Graece:* Didascalicus, a, um; v. g. poëma didascalicum. - A verbo *διδάσκω* = *insegno*.

Dieresi: Syllabae divisio. - *Graece:* Diaeresis, is, f. (*Serv.* - *διαίρεσις* = *divisione*).

Diesis: Diesis, is, f. (*δίεσις*). - « In vetere musica est toni pars quarta: ita in hemitonio duae dieses sunt collocatae » (*Vitruv.* V, 4).

Dieta: I. Moderatus victus; victus moderatio, *vel* temperatio. - Modus vivendi ad victum praesertim quod attinet. - *Graece:* Diaeta, ae, f. (*Cic. et a.*). « Ego diaeta curari incipio » (*Cic., Att.* IV, 3). - Diaeta significat etiam *stanza, appartamento* (*Plin.*).

II. Conventus, us, m.; publicus conventus; legumlatorum conventus (*dieta, parlamento*). - Conventum agere, celebrare (*tenere una dieta*).

Difalco – Difalcare: *V. Sconto.*

Difterite: Angina, ae, f. (*Cels.* II, 10 - *Plin.* XXIII, 2, 29); *graece:* synanche, es, f. (*Gell.* XI, 9); diphtherites, is, f. (*διφθέρα* = *membrana* - *συνάγχη* = *angina*).

Digestione – Digerire: Concoctio, onis f. (*Cels.-Plin.*) = *digestione;* digestio, onis, f. (*Quint.*); v. g. « Digestio ciborum facilis » (*Quint.* XI, 3, 19); cibi concoctio; cibi confectio. - Concoquere, *vel* conficere cibum (*Cic.*) = *digerire.*

Digiuno: Jejunium - Jejunium quadragenarium (*Morcelli: digiuno quaresimale*).

— Jejunia aestivi temporis; jejunia autumnalis temporis; jejunia hiberni temporis; jejunia verni temporis (*Idem: le 4 tempora d'estate, d'autunno etc.*).

— Jejunium honori Summorum Apostolorum (*Id.: Vigilia di S. Pietro e Paolo*).

— Senatus censuit jejunium Mariae Adjutrici ante natalem instituendum (*Id.: Vigilia della Natività di M. V.*).

— Quod terra dies decem movisset, jejunium Mariae puerperae

perlitanti in Urbe institutum... (*Id.: Digiuno per il terremoto nella vigilia della Purificazione di M. V.*).

— Jejunium instituere, indicere, incipere, servare.

— Feriae esuriales, *vel* dies esuriales (*giorni di digiuno*) - Plautus (*Capt.* III, 1, 8) esuriales ferias eos vocat dies, quibus ad coenam invitatur a nemine.

— *V. Quattro Tempora.*

Dignitario: Honoratissimus vir, *vel* magistratus; praeclarissimus vir, *vel* magistratus; lumen civitatis (*Cic.*), *vel* rei publicae, *vel* Ecclesiae (*eccelso dignitario civile o ecclesiastico*).

— Dignitates (Cf. *Plin.* V, 1, 1 = *i dignitarii, gli alti funzionarii*).

Diluviare: *V. Dirottamente.*

Dimissioni - Crisi: Abdicare magistratum (*Sall.* = *dare le dimissioni da una magistratura o carica pubblica*); abdicare se magistratu (*Cic.* = *come sopra*).

— Abdicatio (*le dimissioni date*); e. g. dictaturae abdicatio (*Liv.* = *rinunzia alla dittatura*).

— Rei publicae rectionis abdicatio (*dimissioni del governo, rinunzia al governo della cosa pubblica*); *vel* rei publicae moderationis (administrationis) abdicatio.

— Ad rei publicae rectionem abdicandam aliquem provocare (*provocare le dimissioni del governo, provocare una crisi di governo o di ministero*); *vel* ad rei publicae administrationem abdicandam aliquem provocare.

— Rei publicae administratio (rectio, moderatio) in discrimen adducta (*pericolo di crisi, di dimissioni del governo*). - Rei publicae rectionem (administrationem, moderationem) in discrimen adducere (*minacciare una crisi, portare ad una crisi di governo*).

— Rei publicae rectionis discrimen (*crisi del governo*); grave rei publicae rectionis discrimen (*grave crisi di governo*); *vel* rei publicae rectionis mutatio, immutatio, commutatio (*crisi del governo già avvenuta*).

— Rei publicae rectionem mutare, immutare, commutare (*fare una crisi di governo*).

— Rei publicae rectionis mutandae (immutandae) comminatio (*minaccia di una crisi di governo*).

— *V. Crisi.*

Dimostrazione - Dimostrativo - Epidittico: Demonstratio (*Cic. et a.* = *il dimostrare con gesti, con cenni, con argomentazioni*). - Argumentatio (*Cic.-Quintil.* = *esposizione delle prove, argomenta-*

zione). - Declaratio; explanatio (*Cic.* = *esposizione, dimostrazione, dichiarazione*); significatio; testificatio; v. g. honoris, amicitiae, doloris significatio; amoris, amicitiae declaratio (*Cic.*). - Signum; testimonium; argumentum.

— Demonstrativus, a, um (*Cic. et a.* = *che dimostra, che illustra, ed anche che loda*); v. g. demonstrativum orationis genus (*Cic.*).

— Probans, comprobans (*che prova*).

— *Graece:* Epidicticus, a, um (*Cic., Orat.* 13 in *fine*) = *epidittico, dimostrativo*). - Ex verbo *ἐπιδείκνυμι* = *mostro.*

— *Dimostrazione in senso di protesta. - V. Protestare - Reclamare.*

Dinamica: Motus eiusque causarum doctrina (*Luciano*) - Doctrina de motu ejusque rationibus.

— Dynamice, es, f. (*Fulg., Myth.* III, 10). Vox est e graeco fonte ducta (*δύναμις* = *forza*).

Dinamico: Ad motum pertinens; sese movens; *graece:* dynamicus, a, um.

— Automatarius, a, um (*Inscript.: che si muove da sè*).

— Concitatus, a, um, *vel* concitus, a, um (*concitato, veloce*).

— Vir semper aliquid agens ac moliens (*uomo dinamico*). « Semper agens aliquid et moliens » (*Cic., De Senect.* 8).

Dinamismo: Concitatio, onis, f. (*fig.*) - Rerum temporumque concitatio; citatissimus rerum temporumque cursus (*dinamismo delle cose e dei tempi*).

Dinamite: Nitro-glycera, ae, f. (*Luciano*); dynamis, itis, f. - Voces sunt ex graeco fonte derivatae.

Dinamo: Dynamon, i, n. (*v. gr. δύναμις* = *forza*); dynamicum instrumentum, *vel* machinamentum.

Dinamometro: Virium index.

— E graeco fonte: Dynamometron, i, n.; dynamometrum, i, n. (*δύναμις* = *forza* - *μέτρον* = *misura*).

Dinasta: Dynastes, ae, m. (*Cic.*); e Regis *vel* e Principis progenie ortus.

Dinastia: Regia Domus; Domus Regnatrix (*Tac., Ann.* I, 4); Domus Principalis (*Senec., Ben.* VI, 32, 1 = *Dinastia di un Principe*); Regia progenies.

Diottrica – **Diottrico**: De lucis repercussione (repercussu) ratio, doctrina, disciplina; de repercussa luce ratio, disciplina, doctrina. - *Graece:* Dioptrica disciplina; dioptrica, ae, f.; dioptrice, es, f. (*διοπτρική*).

— Dioptricae disciplinae cultor, doctor, professor, peritus, peri-

tissimus (*un diottrico*). - Ad dioptricam disciplinam (rationem) pertinens (*diottrico*).

Dipinto – Dipingere: Pictura; picta tabula (*Pittura - Tavola dipinta*).

— Opus udo illitum (*Morcelli: affresco*).

— Opera eius eximia udo illitis coloribus ... picta (*Idem: affreschi*). Quod quidem concordat cum loco Plinii « Udo colores illinere » (XXXV, 7, 31) = *dipingere a fresco.*

— Oleo dilutis coloribus pingere (*Vallauri: dipingere a olio*).

— Aquatis coloribus pingere (*Idem: all'acquerello*). Adject. « aquatus, a, um » hac fere significatione usurpatur a Seneca, Plinio et aliis.

— Cera inurere (*Idem: all'encausto*); *vel* encausto pingere - *V. Bulino.*

— Singulis coloribus pingendo, alia eminentiora, alia reductiora facere (*Idem: a chiaroscuro*). - *V. Chiaroscuro.*

— Obliquam imaginem facere (*Idem: di profilo*).

— *V. Miniare.*

Diploma: Litterae testimoniales - Adject. « testimonialis » est tamen serioris latinitatis.

— « De periclitata cum laude doctrina ut authenticum praesto sit documentum ... alumnis atque auditoribus de comprobata experimento doctrina testimoniales litterae tradantur in forma diplomatis exarandae » (*Acta Ap. Sed.* 1911, p. 231) = *Documento di studio in forma di diploma.*

— Diploma, atis, n. - Haec vox, quamvis e graeco fonte ducta, etiam a Cicerone usurpata, significat documentum Principis, vel publici magistratus, quo aliquid alicui conceditur. « Quibus ... diplomata civitatis Romanae singulis obtulit » (*Suet., Ner.* 12) = *diploma di cittadinanza.* - Ex graeca voce δίπλωμα.

— Facultas docendi (*diploma d'insegnamento*); *vel* publica docendi facultas.

Diplomatico: Legatus, *vel* Orator alicuius Nationis, *vel* Civitatis (*un diplomatico*).

— Corpus, *vel* coetus Legatorum (*Corpo diplomatico*).

— Per publicos Legatos (*per via diplomatica*).

— Ad publicos Legatos pertinens (adject. *diplomatico*).

— Rerum publicarum conciliator peritissimus; *vel* alicujus Nationis legatus (orator) peritissimus, *vel* publicae rei gerendae rationibus peritus, peritissimus (*un ottimo diplomatico*).

— *Relazioni diplomatiche: V. Relazioni.*

— *Valigia diplomatica: V. Valigia.*

Diplomazia: De publicis Legationibus gerendis disciplina ac ratio (*l'arte particolare dei Diplomatici*).

— Doctrina de publicis rationibus inter Nationes pertractandis (*la diplomazia in genere*). - De publicis inter Civitates rebus rationibusque pertractandis disciplina (*la diplomazia in genere, come arte e scienza*).

— Rei publicae gerendae ratio et prudentia (*Calonghi-Georges* vol. II). Quod tamen videtur potius significare: *scienza di Stato.*

— E graeco fonte: Diplomatice, es, *vel* diplomatica, ae, f.; *vel* diplomatica disciplina ac ratio. - Quae locutiones ex graeca voce (δίπλωμα) oriuntur.

— *V. Politica.*

Diplopia: Duplex visio (*anomalia degli organi visivi, per cui gli oggetti si vedono doppi*). *Graece:* Diplopia, ae, f. (διπλόος = *doppio* - ὤψ, ὠπός = *occhio*).

Direttamente: Recta (*Cic.* = *direttamente, cioè senza deviare nè a destra, nè a sinistra*); directo (*Cic.*); directe (*Cic.*) = *direttamente; in linea retta; senza diversioni.*

— Directe dicere (*Cic., Partit. or.* 24 = *senza inversioni*); directe ad perpendiculum (*Caes., De B. G.* IV, 17 = *perpendicolarmente*); supra ea tigna directo tranversas trabes injecerunt (*Caes., De B. G.* II, 9 = *orizzontalmente*); Argumentandi duo sunt genera, quorum alterum ad fidem directo spectat, alterum se inflectit ad motum (*Cic., Partit. or.* 13 = *in senso figurato*); Quaedam prima bona sunt, tamquam gaudium, pax, salus: quaedam secunda tamquam tormentorum patientia ... Illa directo optamus nobis; haec si necesse erit (*Senec., Ep.* 66 = *in senso figurato*); illuc recte proximeque spectat ut ... (*Ciò mira direttamente a* ...).

Direttore Spirituale: Magister pietatis; animorum moderator; sacrae disciplinae magister.

— Magister pietatis sacro Seminario excolendo (*Morcelli: Dirett. Spir. del Seminario*).

— Pater et custos juventutis (*Idem*).

— « Adolescentibus, qui in sacro ephebeo instituuntur, magister pietatis adfuit, eosque ad virtutem eduxit » (*Ant. Angelini, Ellogia, Commentarii, Orationes, Appendix,* p. 44).

Dirigibile: Navis aëria quae dirigi, *vel* gubernari potest; *vel* aërius folliculus gubernabilis; *vel* aëronavis gubernabilis - Adjectivum « gubernabilis, e » est apud Senecam (*Nat. Qu.* III, 29, 2). -

« Aëria navis directa gubernaculo » (*P. L. Rocci, Nuove favole latine*, p. 99). - *V. Areostato.*

Dirottamente: I. Imber maximus (*Cic., Verr.* II, 4, 10 = *pioggia dirotta*); magnos et assiduos imbres habere (*Cic., Att. XIII,* 16); maximo imbri venire (*Cic., Att. VII,* 20 = *venire sotto una pioggia dirotta*); urceatim pluit (*Petr.* = *piove a catinelle*); tota domus perpluit (*piove a dirotto in casa*); cum caenaculum perplueret (*Quint. VI*, 3); turbidus ruit imber (*Virg.*); effusis imbribus atra tempestas sine more furit (*Virg., Aen.* V, 693); cadunt largi resolutis nubibus imbres (*Ov., Met.* XI, 516) = *piove dirottamente.*

II. Effundere lacrimas (*Cic., Planc.* 42, 101); vim lacrimarum profundere (*Cic., Rep. VI,* 14); se lamentis lacrimisque dedere (*Cic., Tusc. II,* 21); effundi in lacrimas (*Cic.*); prae lacrimis loqui non posse (*Cic.*); lacrimae erumpunt dolore (*Quint.*) = *piangere dirottamente* ecc.

— Collacrimare (*Cic., De Rep.* VI, 9 = *piangere dirottamente*); casum alicujus collacrimare (*Cic.*); collacrimatio (*Cic., De Or.* II, 190 = *pianto dirotto*).

Disarmare: Debellare (*intr.* = *cessare di combattere*); *vel* arma deponere *vel* ab armis discedere. - Tandem aliquando debellatum est (*finalmente si è cessato di combattere*). Verbum « debellare » activa etiam significatione usurpatur; v. g. debellare superbos (*Virg.*).

— Exarmare, dearmare, pacare (*trans.*).

Disarmo: Ab armis discessio, *vel* discessus.

— Facienda ex condicto apparatus militaris imminutio (*Disarmo secondo un piano prestabilito*).

— Ad apparatum militarem gradatim, *vel* per gradus imminuendum omnes cogere (*Disarmo generale, graduale, obbligatorio*).

— Ad apparatum militarem gradatim minuendum omnes ex condicto devenire (*Accordarsi circa il disarmo generale e graduale*).

Disavanzo: *V. Deficit.*

Disco: *Disco del grammofono: V. Fonografo.*

— *Disco delle Ferrovie: V. Ferrovia e Semaforo.*

Discorso della Corona: Regis relatio in legumlatorum coetu habita; oratio regia ad legumlatorum coetum. - Relatio, onis, f. inter alia significat *il discorso fatto al Senato Romano all'inizio delle sedute per delineare il programma delle deliberazioni.*

Discrasia: (*t. medico* = *cattiva costituzione dell'organismo e special-*

mente del sangue) Dyscrasia, ae, f. (v. gr. δύς = *prefisso avversativo* - κρᾶσις = *miscela, temperamento*).

Discutibile: Dubius, a, um.

— Quod in utramque partem disputari potest (*Cic.*).

— Quae in utramque partem, salva fide et disciplina, disputari possunt (*A. Leonis*).

Disegno: Forma, ae, f. - forma urbis (*pianta della città*).

— E graeco fonte: Diagrammata, tis, n.; diagraphe, es, f. - *V. Icnografia.*

— Descriptio alicujus rei; adumbratio alicujus rei (*abbozzo*); lineamenta, orum; species, ei (*esemplare*); descriptio linearis.

— Ad pristinum exemplar restitutus (*riportare all'antico disegno*); *vel* in pristinum restitutus.

— Ejus ad ingenium ... judicium (*Morcelli: secondo il suo disegno*).

— Schola diagraphes (*Idem: scuola di disegno*).

— Diagraphe templi (*Idem: disegno del tempio*).

— Conclave laudatorum diagrammatum (*Idem: sala di pregiati disegni*).

— Exempla linearis picturae (*Idem: copie in disegno*).

— Viae Appiae diagramma (*Idem: disegno della via Appia*).

Disinfettare - Disinfettante: Purgare; expurgare; medicata aqua conspergere, *vel* abluere; morborum contagiones suffimentis ac medicata aqua expellere (*disinfettare con suffumigii e lavaggi*).

— Suffire, *vel* subfire (*Virg.-Cat.-Plin. et a.*). - « Cella quoque vinaria omni stercore liberanda et bonis odoribus suffienda » (*Colum.* XII, 18) - « Primum abluitur vestis sarda, dein sulphure suffitur » (*Plin.* XXXV, 17, 57) - « Volunt et oculos suffiri jecinore decocto » (*Idem*) = *vogliono disinfettare o astergere gli occhi con un decotto di fegato.*

— Contagionis medicamentum (*disinfettante*); medicata aqua contagionem detergens, *vel* abluens; aqua contagionis expultrix (*soluzione disinfettante*).

Disinfezione: Suffimentum (*Cic. et a.*); suffitio (*Plin.*). suffimen (*Ovid.*) = *disinfezione con suffumigii.* Purgatio (*Cic. et a.*); contagionis purgatio; morborum contagionis purgatio, *vel* ablutio (*disinfezione*). Vox « ablutio » legitur apud Plinium; dubia tamen est.

Disinteresse - Disinteressato: Abstinentia, continentia (*disinteresse*). - *Contra:* Avaritia, cupiditas. - « Nulla re facilius conciliare benevolentiam multitudinis possunt ii, qui rei publicae praesunt, quam abstinentia et continentia » (*Cic., De Off.* II, 22 = *Coloro*

che presiedono alla cosa pubblica, in nessuna altra maniera possono meglio conciliarsi la benevolenza della folla, se non col disinteresse e la moderazione). « Tentata eius est abstinentia a Diomedonte; namque is Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat » (*Nep., Epam.* 4). - Haec vox apud Senecam, Plinium et alios significat etiam « abstinentiam a cibo ».

— Incuria, neglegentia alicujus, alicujus rei (*disinteresse, trascuratezza*).

— Abstinens (*Cic.* = *disinteressato, moderato, temperante*). « Praetorem decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere » (*Cic., De Off.* I, 4). - Suae utilitatis immemor; nullius utilitatis studiosus; aliorum, non sui commodi studiosus; non mercede animatus, ductus, impulsus.

Disoccupazione: I. Otium, ii, n.; quod significat tempus vacuum et a negotiis liberum: quamobrem « otium litteratum » (*Cic., Tusc.* V, 36) = *tempo libero per attendere agli studii.*

II. Operis cessatio; *vel* operis vacatio; *vel* ab opere vacatio. Coacta operis vacatio; non voluntaria operis vacatio; non voluntarium otium (*disoccupazione forzata*).

Disordine: Confusio (*Cic. et a.*); v. g. confusio temporum (*Cic.*), indecora confusio hominum - Confuse, confuse et permixte agere, loqui (*Cic.*) = *agire, parlare disordinatamente.*

— Conversio, rerum conversio (*Cic.*); e. g. conversiones rerum publicarum (*Cic.* = *disordini, o sommosse pubbliche*).

Dispaccio: Nuntium, ii, n.; nuntius, ii, m.; citissimum nuntium, *vel* citissimus nuntius. - Nuntium citissimum mittere alicui, ad aliquem (*Caes.* = *mandare un dispaccio di premura*).

Dispensa – **Dispensare**: I. Cella penaria (*Cic., De Senec.* XVI); cella promptuaria (*Cat.-Plaut. et a.*) = *Stanza dove si conservano i viveri ed altre cose per la casa* - Penus, i; penus, us, m. f.; penus, oris, n. (*Cic. et a.* = *provvista di viveri per famiglia*).

II. Immunitas, privilegium (*da una legge, da un obbligo*) - Legis laxamentum - Non autem: dispensatio; quae vox significat *distribuzione, amministrazione, maneggio;* v. g. dispensatio aerarii (*Cic.*), pecuniae, annonae (*Liv.*); dispensatio regia (*Cic.*); dispensatio frumenti etc...

— Alicujus rei, *vel* ab aliqua re immunem reddere; alicujus rei immunitatem dare, impertire; aliquem legibus solvere (*Liv.*); aliquem exsolvere aliqua re; aliquem ex aliqua re eximere; aliquem aliqua re, *vel* ab aliqua re liberare (*Cic. et a.*) = *dispensare uno*

da ... - Laxamentum dare legi (*Cic.* = *fare una dispensa o eccezione alla legge*); lex nihil laxamenti habet (*Liv.* = *La legge non ammette dispense, eccezioni*).

— Studia nostra vacationem habent publici muneris (*Cic.* = *I nostri studi ci dispensano dalle pubbliche cariche*) - Facere alicui gratiam jurisjurandi (*Plaut.* = *dispensare dal giuramento*) - Nulla vitae pars vacare hoc officio debet (*Cic.* = *Non v'ha alcun tempo, in cui l'uomo possa dispensarsi da questo dovere*).

— Verbum autem « dispensare » significat = *pesare in parti distinte, e quindi distribuire, dividere, disporre, amministrare;* v. g. dispensare pecuniam (*Nep.*), res domesticas (*Cic.*), oscula per natos (*Ovid.*), annum intercalariis mensibus interponendis ita dispensare ut... (*Cf. Liv.* XXXVII, 59).

Dispepsia: Aegra, tarda, difficilis cibi concoctio; stomachi debilitas, infirmitas, inertia; stomachus ad concoctionem non aptus; stomachus ad concoquendum non potens, *vel* concoctionis non potens; cruditatio, onis (*Coel. Aurel., Tard.* V, 2), quae est stomachi non concoquentis vitium; *graece:* dyspepsia, ae; quae est aegra, vel tarda et difficilis ciborum concoctio (δύς = *prefisso avversativo* — πέπτω = *macero, digerisco*).

Dispeptico: Ad concoquendum cibum non aptus, *vel* non potens; crudus, a, um (*Cic. et a.*); homo crudus dicitur, cuius stomachus aegre difficulterque concoquit, vel qui nimium cibi sumpsit nec potest concoquere; *graece:* dyspepticus.

Disperare: Spem abicere; animum despondere; animo concidere (*scoraggiarsi*); desperare.

— Desperare (*intr.*) de aliqua re; desperare sibi, saluti suae etc.

— Desperare (*trans.*) pacem, vitam, reditum etc.; desperatis rebus omnibus; desperata re publica; desperata pace, salute etc.

— Desperanter (*Cic.: disperatamente*).

Dispetto - Dispettuccio: Injuria; contumelia; ira (*stizza*); indignatio (*sdegno*). - Indignatiuncula (*Plin.* = *dispettuccio*).

Dispiacevole: Ingratus; poenitendus, a, um.

— Poenitendi fructus oriuntur ex ... (*Acta Leonis* = *dispiacevoli, lacrimevoli frutti derivano da ...*).

Dispnèa: Spirandi difficultas; spiritus angustior (*Cic.*); *graece:* dyspnoea, ae (*Plin.* XXVI, 7, 19); quae vox ex graecis verbis oritur (δύς = *prefisso avversativo* - πνέω = *respiro*).

Dispnoico: Spirandi difficultate laborans; *graece:* dyspnoicus (*Plin.* XXIV, 6, 14).

Disponibilità: Facultas; v. g. facultas sumptuum (*Cic.*), nummorum (*Cic.*), navium (*Caes.*), omnium rerum summa facultas (*Caes.*). - Facultas est... (*Cic. = vi è disponibilità*). - Alicui facultatem dare, offerre, concedere (*Cic. et a.*).

— Vacuum esse (*avere disponibilità di tempo*); cum mihi vacuum erit...; si vacuum erit (*cum inf.*); otium (*tempo libero, disponibilità di tempo*).

— Aliquem in otio ac subsidio collocare (*collocare in disponibilità*). - Subsidiaria condicione uti, *vel* frui (*essere collocato in riserva, in disponibilità*). Voces « subsidium, ii » et « subsidiarius, a, um » significant *ciò che appartiene alla riserva, che è disponibile per eventuali bisogni.*

Disposizione: (*essere a*) - In promptu habere; in promptu esse; praesto esse alicui (*Cic. et a.*) = *avere a disposizione; essere a disposizione.*

Dissenteria: *V. Diarrea - Dissenteria.*

Dissenterico: Torminosus (*Cic., Tusc.* IV, 27); torminis excruciatus, *vel* alvi profluvio laborans; *graece:* dysentericus (*Plin.* XXII, 24, 55 - δυσεντερικός).

Dissesto - Dissestato: Fortunae, patrimonii, rei familiaris discrimen (*dissesto famigliare*). - Fortunae, patrimonii, rei familiaris naufragium (*Cic. = dissesto economico completo*).

— Aere alieno obaeratus (*Liv. = dissestato*); *vel* aere alieno demersus (*Cic.*); aere alieno oppressus (*Liv.*). - Animam debere (*Ter., Phorm.* 661 = *completamente dissestato, rovinato*).

Distillare: Destillare, *vel* distillare (*intrans. = cadere a gocce*), *vel* exstillare, *vel* guttatim fluere, stillatim cadere.

— Stillare (*intr. et trans. = cadere a gocce ed anche emettere goccia a goccia*); v. g. ex oculis stillare rorem (*Hor.*), stillata cortice myrrha (*Ovid.*). - Guttatim emittere, stillatim eicere, elicere (*far uscire a gocce*).

— Aliquid artificio stillare (*distillare artificialmente*); *vel* aliquid destillare jubere; aliquid artificio quodam destillare jubere. - Aquam artificio stillavit; *vel* aquam artificio quodam destillare jussit (*ha distillato l'acqua*). - Aqua artificio stillata (*acqua distillata*); *vel* aqua stillaticia. - Adjectivum « stillaticius a, um » legitur apud Plinium.

— *Distillarsi o lambiccarsi il cervello:* Mentem acuere, exacuere, torquere.

Distillatore: *V. Lambicco.*

Distillazione: Stillaticia expressio (*Vallauri*). - Stillaticia alicujus rei expressio artificio habita (*distillazione artificiale*). - Vinacearum expressio peculiari artificio stillatim habita (*distillazione delle vinacce*). - Voces « vinacea, ae, f. » ac « stillaticius » habentur apud Plinium.

— Destillatio, *vel* distillatio, onis, f. (*Cels.-Senec.*) significat *flussione di umori, catarro, raffreddore;* e. g. destillatio ex naribus, ex ventre, ex capite (*Cels.*).

Distilleria: Officina sucis (*vel* succis) stillandis. - Officina stillaticia (*distilleria*). - Officina vinaceis stillandis (*distilleria di vinacce*). - Voces « vinacea, ae, f. » ac « stillaticius, a, um » adhibentur a Plinio.

Distrazione: I. Mentis evagatio; evagantis, vagantis, peregrinantis animi aberratio, avocatio.

— Non autem « distractio mentis, animi », quae locutio significat *separazione, disaccordo;* v. g. « nulla est societas nobis cum tyrannis, sed potius summa distractio » (*Cic., De off.* III, 6); animorum distractio (*Cic.* = *separazione*).

II. Animi, mentis relaxatio, remissio, oblectatio (*distrazione, ricreazione*).

Disuguaglianza delle classi sociali: *V. Classe - Cooperazione di classe.*

Disuria: Mingendi difficultas (*t. med.*). - *Graece:* Dysuria, ae, f. - Cicero (*Att.* X, 10) graecis litteris scripsit (δυσουρία), latinis Coelius Aurelianus (*Tard.* V, 4).

Ditale: Digitale operculum; digitale tegumentum. - Adjectivum « digitalis, e » adhibetur a Plinio.

— Digitale, is, n. (*Vallauri*). - Vox tamen « digitale, is, n. » dubia est apud Varronem (*R. R.* I, 55), ubi potius « digitabulum » (*strumento di legno a forma di dita*) legendum esse videtur.

Ditta: Societas. - Mercatorum societas, *vel* sodalitas (*Ditta commerciale*); *vel* mercaturae societas, sodalitas.

Diuretico - Diuresi: Urinam ciens, entis (*diuretico*), *vel:* Mictorius, a, um, *vel* mictualis, e; e. gr. mictoria medicamenta (*Coel. Aurel., Acut.* III, 8), medicamenta nempe, quae ad mingendum pertinent; herba virtutis mictualis (*Apul., Herb.* 117); *graece:* diureticus, a, um (διουρητικός), scilicet urinam ciendi vim habens; vina diuretica (*Pallad.* XI, 14); diuretica medicamenta (*Coel. Aurel., Tard.* I, 4, 117).

— Urinae profluvium; urinae abundantia (*diuresi*).

Divano: (*v. araba* = *diouân*) *V. Canapè.*

Diverso: Absimilis, dissimilis (*cum gen. vel dat.*);

— Diversus ab ...

— Abhorrere ab aliqua re (*esser diverso da* ...).

— Totus alius (*tutto diverso*) - Sed ego totus alius sum; sive hoc recte, sive non recte (*Cic.*) - Totus alius ... ac, atque, quam ...

Dividendo: Dividendus numerus (*numero della divisione*). - Usura pro portione distribuenda, *vel* distributa (*dividendo di una società o impresa*); *vel* usura pro portione cujusque sua distribuenda, distributa; annua usura pro portione distribuenda, distributa (*dividendo annuo*).

Divisa: *V. Uniforme.*

Divisione: *V. Compagnia.*

Divorzio: Divortium (*Cic. et a.*); repudium (*Ter. et a.*); divortium facere cum aliquo, cum aliqua (*Cic.*); uxori repudium remittere (*Suet.*); repudium dicere (*Tac.*); repudiare uxorem, sponsum, sponsam (*Suet.*); nuntium uxori remittere (*Cic., De Orat.* I, 49).

Doccia: Canalis, tubulus.

— Canales suggrundae quadraversus additi (*Morcelli: docce aggiunte ad ogni parte alle grondaie*).

— Balineum pensile (*Plin.-Val. Max.*) = *bagno a doccia.*

Docilmente: Docili animo; docili mente; miti animo.

— Pronis auribus aliquid accipere (*Tac, Hist.* I, 1 = *ricevere docilmente* ...).

Docimasia: Docimasia, ae, f. (*v. gr.* δοκιμασία = *prova, esperimento. - Termine mineralogico indicante la prova per determinare il contenuto metallico di un campione di minerale; in medicina indica l'esperimento per sapere se il polmone di un feto ha respirato o no*).

Dogana – **Doganiere**: *V. Dazio.*

— Publicanorum mensa (*luogo dove si paga la dogana*); teloneum, *vel* telonium (*Ter.: idem*).

— Publicanus, i; vectigalibus praefectus, i; portitor, oris, m. (*Cic. et a.: doganiere*).

Doge: Dux, cis, m.; Serenissimus Venetorum Dux (*Morcelli*); Venetiarum Princeps.

Dogma: Doctrinae caput; certissimum veritatis caput; doctrinae caput Ecclesiae auctoritate statum, *vel* decretum (*Dogma di fede*).

— E graeco fonte: Dogma, atis, n. (δόγμα).

Dolce – **Dolcezza**: Dulcis, suavis, itemque dulcedo et suavitas usurpantur tam propria, quam translata significatione - Dulcitudo

autem ad sensus solummodo pertinere videtur (Cf. *Cic.*, *Orat.* III, 25).

— Dulcedo orationis (*Cic.*, *Orat.* III, 40); dulcedine gloriae commoveri (*Idem*, *Arch.* 10); dulcedo honoris, vocis, pecuniae, vivendi, scabendi, furandi etc.

— « Amicitia remissior esse debet et liberior et dulcior et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior » (*Cic.*, *Amic.* 18); « Suavitas quaedam sermonum atque morum » (*Cic.*, *ibid.*).

— Suaviloquens, entis, habetur apud Cic. (*Brut.* 15 *ex Ennio*) = *che parla sovente.*

Dolicocefalo: Dolicocephalus (*v. gr.* *δόλιχος* = *lungo* - *κεφαλή* = *testa*) = *cranio umano oblungo.*

Dollaro: Americanus nummus, i, m. (*per antonomàsia*). - Americanis nummis affluo (*sono ben fornito di dollari*).

Dolomite: (*specie di roccia, costituente catene alpine, così detta dal geologo francese Deodato Gratet de Dolomieu*). Rupes dolomiana (*roccia dolomitica*); montes dolomiani; alpes dolomianae (*Alpi Dolomitiche*).

Doman l'altro: Perendie; perendino die (*Caes.-Cic.* = *doman l'altro*). - In perendinum diem, *vel* in perendinum (*per dopo domani*).

— Postridie ejus diei, *vel* illius diei (*il giorno appresso*).

Domenicano: Dominicianus; sodalis dominicianus (*Morcelli*); virgo dominiciana (*Idem: suora domenicana*).

Donna virile: Virago, inis; quae vox feminam significat, quae animo et robore virum refert (*Plaut.-Virg.-Ovid.*).

Dormeuse: (*v. franc.* = *poltrona a sdraio*) *V. Poltrona.*

Dormitorio: Cubiculum dormitorium (*Plin.*) - Diaeta dormitoria (*Morcelli*) - Publica diaeta dormitoria, *vel* diaeta dormitoria omnibus aperta (*Dormitorio pubblico*).

Dossier: (*v. francese* = *spalliera, pratica, incartamento*) *V. Balaustrata, Incartamento, Pratica in fine.*

Draconiano: Draconianus, a, um; quae quidem vox a Dracone ducitur, antiquissimo Atheniensium legislatore, qui ante Solonem vixit, quique ob nimiam severitatem, non atramento, sed sanguine leges scripsisse dicitur (*Cf. Cic.*, *Orat.* I, 44 *et Gell.* XI, 18). - Draconiano more imperare; draconiano more severissimas leges condere, facere, ferre.

Dramma: Fabula, ae, *vel* fabula scaenica; fabulae ad actus scaenarum compositae (*Quintil.*); scaenici ludi (*rappresentazioni drammatiche*).

— E graeco fonte: drama, atis, n. (comoedia, ae; tragedia, ae, f.).

Drammatico: Scaenicus, a, um; ars scaenica; poësis scaenica; poëta scaenicus.

— Judex scaenicus (*critico drammatico o teatrale*).

— Rem ita exponere, non quasi narretur, sed quasi agatur (*Esporre in forma drammatica*); *vel:* ex artis scaenicae legibus scribere.

Drogheria: Taberna aromataria (*Luciano*). - Aromatarius, a, um habetur in Inscript. Murat. 511, 4.

Droghiere: Aromatum mercator, *vel* venditor (*Vallauri*) - Aromatarius (*Inscript. Murat.* 511, 4) - Seplasiarius (*Inscript. Grut.* 536, 12 = *droghiere, profumiere*).

Dualismo: Sententiarum discrepantia, *vel* discrepatio - Opinionum, *vel* opinationum contentio discrepans.

— Duorum in agendo opinandove discrepantia, *vel* contentio (*dualismo in teoria e in pratica*).

— Zoroastrea doctrina; Zoroastrea commenta (*dualismo filosofico di Zoroastro*).

Dublino: Eblana; Dublinum (*Morcelli: capitale dell'Irlanda*).

Duca – **Duchessa**: Dux, cis, m. et f.

— Magnus dux (*Granduca, arciduca*); Magna Dux (*Arciduchessa, Granduchessa*) - Non autem *Archiduchissa,* ut nonnulli scribunt.

— *V. Arciduca.*

— Ducatus, us, m. (*Ducato, comando militare, capitanato*); ducis munus, dignitas, dicio, regio (*ufficio, dignità, giurisdizione, territorio del Duca*). - Magni Ducis munus, dignitas, dicio, regio (*Granducato*).

Dulcamara: Pharmacopola circumforaneus (*Cic., Cluent.* XIV = *venditore ambulante di farmachi, ciarlatano*).

Duma: (*v. russa* = *Parlamento*) *V. Parlamento.*

Duodeno (ulcere del): Duodenum, i (*Vallauri*) = *duodeno;* duodeni ulcus, *vel* ulceratio (*ulcere duodenale*); duodeni ulcusculum (*ulceretta duodenale*). - *Graece:* Dodecadantylicum ulcus, *vel* ulcusculum (*δωδεκαδάντυλος* = *duodeno* - *t. anatom.*).

Duomo: Templum maximum; aedes princeps; sacra aedes princeps.

Dura Madre: Externa cerebri membrana; meninx fibrosa (*t. med.* = *membrana esterna del cervello e del midollo spinale*).

E

Ebanista: Ebeni (hebeni) faber, *vel* opifex, *vel* artifex; ebenarius faber, opifex, artifex. - Cf. Faber aeris, marmoris, eboris (*Hor.*); faber tignarius (*Cic.* = *falegname*), faber ferrarius (*Plaut.* = *fabbro ferraio*).

Ebanite: (*sostanza gommosa e indurita, simile all'ebano*) Ficticium ebenum (hebenum); assimulatum ebenum; ebenum arte factum; assimulatum ebenum arte factum; ficticia ebenus. - *V. Ebano.*

Ebano: Ebenum, i, n. (*Virg.*); *vel* hebenum, i, n.; *vel* ebenus, i, f. (*Ovid.-Plin.*).

Eccellenza: I. Excellentia; praestantia; magnitudo; nobilitas; laus; virtus - Animi excellentia et magnitudo (*Cic.*); picturae excellentia (*Plin.*).

— *V. Altezza.*

II. Vir excellentissimus (*come titolo*) - Non autem hac significatione latine adhiberi potest vox « Excellentia ». Legitur tamen apud *Cic.* (*Amic.* IX): « Saepe enim excellentiae quaedam sunt, qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, grege » (*Accade spesso che in una brigata di amici si trovino uomini eccellentissimi, come Scipione nella nostra*).

Eccentrico - Eccentricità: E medio excedens (*in senso reale, cioè fuori del centro*). - Morosus (*capriccioso, bizzarro*). - Insolens (*chi agisce in modo insolito, strano*); varius et insolens (*capriccioso e bisbetico*). - Agendi ratio varia, tortuosa et insolens (*condotta eccentrica, eccentricità*). - Morositas (*bizzarria, capriccio, eccentricità*). - Praeter communem morem consuetudinemque vivere, agere... (*essere eccentrico*).

Ecchimosi: Vibex, icis, f. (*Varr.-Plin.* = *lividura prodotta da percossa*). - Livor, oris (*Ovid.-Suet.* = *lividura*).

— *Graece:* Enchymosis, is, f. (*ἐχ* = *fuori* - *χυμός* = *umore*).

Ecclesiastico: Sacrorum administer; sacricola; sacris addictus; adlectus sacrorum administer; sacris initiatus.

— (*Adjectivum*): Ad Ecclesiam pertinens, *vel* attinens. - Hoc adjectivum reddi etiam potest cum c. genet. Ecclesiae; e. g. Ecclesiae lex (*legge ecclesiastica*).

Ecclettico: Qui, nulli philosophicae disciplinae adhaerens, quodcumque ex iisdem magis placet, libat.

— Eclecticus, i. m.; eclecticus, a, um (*adject.*).

Ecclettismo: Eorum doctrina, qui nulli philosophicae disciplinae adhaerentes, quodcumque ex iisdem magis placet, libant.

— Eclecticorum disciplina, *vel* doctrina. - Eclectivismus, i, m. (*A. Sleumer*: *Kirchenlateinisches Wörterbuch*).

Ecclisse: Solis, lunae defectiones (*Cic., Div.* II, 6); deficientem solem intueri (*Cic., Tusc.*, I, 30 = *osservare l'ecclisse di sole*); sol, luna deficit (*Cic., Fam.* XIV, 3 = *il sole, la luna s'ecclissano*); solis deliquium (*Plin.* II, 12, 9 = *ecclisse di sole*).

Eclampsia: Eclampsia, ae, f. (*v. gr.* = *convulsione; paralisi infantile; dal verbo ἐκλάμπω*).

Eclittica: Solstitialis orbis (*Cic. et a.*); solstitialis circulus (*Varr.-Plin. et a.*).

Ecolalia: Echolalia, ae, f. (*V. gr.* ἠχώ = *eco* - λαλεῖν = *parlare*) = *impulso patologico a ripetere quanto ci vien detto.*

Economia - **Economizzare**: Rerum administrandarum ratio ac disciplina (*scienza economica*).

— Rei familiaris administratio, accuratio, curatio, dispensatio (*Vallauri*: *economia domestica*).

— Rerum publicarum administratio ac dispensatio (*Economia pubblica*); *vel* publici aerarii administratio ac dispensatio.

— E graeco fonte: Oeconomia, ae, f. (οἰκονομία).

— Oeconomica disciplina; oeconomica ratio ac disciplina (*scienza economica*). Res oeconomicae.

— Parcimonia; parsimonia; compendium (*risparmio*). - Facere aliquid compendii (*Cic.* = *fare un po' di economia o di risparmio*); servire privato compendio suo (*Caes.*); parsimoniam adhibere (*Plaut.* = *fare economia*); res familiaris conservatur diligentia et parsimonia (*Cic.*); alicujus rei compendium facere, *vel* alicujus rei compendio servire (*economizzare*); rem familiarem tueri *vel* neglegere (*essere buon economo, cattivo economo nella vita privata*); res publicas, *vel* publicum aerarium tueri, neglegere (*essere buono, cattivo economo della cosa pubblica*).

— Temperatio, onis f. (*economia nel senso di disegno armonico*); temperatio civitatis - Providentis Dei consilium (*economia divina, disegno divino*).

Economo: Procurator, dispensator, oris, m.

— Rei familiaris procurator (*economo domestico*).

— Curator sumptibus coërcendis (*Morcelli*).

— Curator nosocomii publici sumptibus coërcendis (*Idem*: *economo di un pubblico ospedale*).

Eczema: Impetigo, inis, f. (*Plin.-Cels.-Colum.*).
— Hujus morbi, vel cutis vitii, Celsus quattuor species enumerat (*V*, 28, 17); levior species videtur esse quae vulgari lingua *volatica* dicitur, altera vero quae *eczema* nuncupatur.
— *Graece*: Exema, atis, n. (ἐκζέω = *brulico*).

Edema: Pituitosus tumor (*t. med.* = *tumefazione sierosa*). - *Graece*: Oedema, atis, n. (οἴδημα = *gonfiezza*).

Edicola dei giornali: *V. Chiosco.*

Edificare - Edificante - Edificazione: I. Aedificare, struere, construere, condere, fabricare; aedificatio, constructio, onis, f. (*edificare* etc.).
— Camerare, fornicare (*edificare a volta*).
— Cameratus; concameratus; fornicatus (*edificato a volta*).,
II. Bonis exemplis alicui praelucere (*Ter.-Cic.*). Alicui exemplo esse (*Cic.* = *edificare uno*).
— Bonum exemplum; praeclarum virtutis exemplum; probitatis exemplum (*edificazione morale*).
— Bonis alicujus exemplis instructus (*edificato*); virtutis exemplis instructus, permotus, excitatus.
— Exemplo praelucens; virtutis suae exemplo ceteris praelucens (*edificante*).
— Non autem hac significatione usurpari potest « aedificare », « aedificatio ».

Editore: Librorum editor; editor librarius. - Vox « editor » legitur apud Lucanum (II, 423) eumque significat, qui aliquid edit, seu emittit. Sola haec vox igitur, hac significatione, adhiberi non potest.

Edizione: Editio, onis, f. - Cum de libris edendis agitur, haec vox invenitur apud Senecam, Quintilianum et Plinium. « Libelli editione digni » (*Plin., Ep.* III, 15) - « Horatius in arte poëtica suadet ne praecipitetur editio » (*Quintil., Ep. ad Tryphon.*). - « Qui (versus) in omni editione invenitur » (*Quint.* V, 11, 40); - Monumenta ingeniorum, et ad indignos perventura, publicavit editio » (*Senec., Benef.* IV, 28 = *si pubblica l'edizione dei monumenti dell'ingegno umano, anche se potranno pervenire agli indegni*).
— Ut ex exemplis supra relatis facile cernitur, vox « editio » significat actum edendi, atque interdum etiam, per metonymiam, librum ipsum editum. Non semper tamen hac postrema significatione usurpari potest vocabulum « editio », ut ex exemplis patet infra positis.

— Libri in usum tironum editi (*edizioni scolastiche*); libri eximia arte editi (*edizioni artistiche*); scripta de rebus variis edita (*edizioni varie*).

— Liber primo, iterum, tertio... editur (*Prima, seconda, terza... edizione*); *vel* editio prima, secunda, tertia...

— Liber jam non prostat; *vel*: omnia exemplaria divendita sunt (*L'edizione è esaurita*).

Educanda, Educandato: Educanda puella; educanda alumna (*educanda*). - Educandarum puellarum sedes (*educandato, casa per le educande*); educandarum puellarum institutum (*educandato come istituto*).

Efelide: Lentigo, iginis, f. (*Plin. et al.* = *lentiggine della pelle*). - *Graece*: Ephelis, idis, f. (*ἐπί* = *per* - *ἥλιος* = *sole*).

Effettuare: Efficere; aliquid ad effectum, *vel* ad rem, *vel* ad exitum perducere, adducere, deducere; aliquid effectum dare; mandata, *vel* imperata alicujus facere, exsequi, efficere, perficere (*effettuare gli ordini di uno*).

Egemonia: Potior alicujus dominatus, *vel* potentatus, us; v. g. potior Angliae, Germaniae... in universa Europa dominatus (*egemonia inglese, tedesca... in Europa*).

Egoismo: Nimium, *vel* effrenatum, *vel* exlex sui ipsius studium; caecus sui amor; caeca sui ipsius cupiditas (*cieco egoismo*).

— Propriae utilitatis cupiditas - *Contra*: communis utilitatis studium (Cf. *Cic., De Off.* I, 63).

Egoista: Effrenate sui amans; effrenate se amans; qui omnia ad suum commodum utilitatemque refert. - Omnia ad se rapere; suis tantum commodis servire; omnia suâ causâ agere (*essere egoista*).

Eguaglianza: *V. Uguaglianza.*

Elastico: *V. Gomma.*

Elaterio: Elaterius, a, um (*v. gr. ἐλατήριον* = *che spinge. - Termine scientifico indicante la forza intrinseca per cui le minime particelle di un corpo tendono naturalmente a tornare allo stato primiero qualora cessi un dato impedimento*). - Elaterium, ii, n.

Elefantiasi: Elephas, antis, m. (*elefante ed anche elefantiasi, specie di lebbra*: cf. *Lucret.* VI, 1112).

— Elephantiasis, is, f. (*Plin.-Veget.*). Celsus hanc vocem graece scribit (III, 25).

Elementare: Primordiorum ludi; elementorum ludi; rudimentorum ludi (*scuole elementari*).

— Litterarum ludi; ludi primordiis litterarum tradendis; primordia litterarum (*Acta Leonis*: *scuole elementari*).
— Schola primordiorum prima, secunda, tertia, etc. (*Morcelli*).
— Puer elementarius (*fanciullo delle scuole elementari*). « Elementarius, a, um » hac significatione invenitur apud Senecam.
— Elementarii ludi magister (*maestro elementare*).
— Institutio, doctrina, disciplina puerilis (*istruzione elementare*); *vel:* institutio primordiorum, elementorum, rudimentorum - Disciplinae pueriles (*Cic., Nat. Deor.* I, 26); institutio puerilis (*Cic., De Or.* II, 2); puerorum elementa (*Cic., De Or.* I, 35 = *nozioni elementari*); prima puerilis institutio (*Cic., De Orat.* II, 1); litterae doctrinaque puerilis (*Cic., De Or.* III, 10 = *istruzione elementare*).
— Primordiorum puellaris institutio (*istruzione elementare delle bambine*).

Elemosina: Stips, ipis, f.; donatio, onis, f.; largitio, onis, f.; ops, opis, f. Ops, opis tamen usurpatur tantum in casibus genet., acc., abl. sing. et in plur. - Stips collaticia (*colletta*); opes precariae (*Liv.*), *vel* stips precaria (*elemosina ottenuta con preghiera*).
— Stipem erogare in aliquid, *vel* in aliquem (*Cic. et a.*); aliquid alicui in sumptum erogare (*Cic., Att.* VIII, 5); stipem alicui largiri (*Ulp.*); mendicare *vel* emendicare stipem ab aliquo (*Plaut.-Suet.*); porrigere manum ad stipem (*Suet.*); mendicato cibo vitam sustentare, *vel* mendicando vivere (*vivere d'elemosina*); in templo stipem cogere, *vel* rogare (*raccogliere l'elemosina in chiesa*).
— Non autem « eleemosyna »; quae vox, e graeco fonte ducta, serioris est latinitatis (*Tertull., Patient.* 7 - *Augustin., Civ. Dei,* XXI, 27).

Elemosiniere – Elemosineria: I. A largitionibus; magister largitionum.
— Magister largitionum, *vel* a largitionibus Pontificis Max. (*elemosiniere pontificio*).
— Magister largitionum, *vel* a privatis largitionibus Regis (*Vallauri: elemosiniere del Re*).

II. Munus, *vel* officium Magistri largitionum Pontificis Max. (*Elemosineria Apostolica*). Sedes Magistri largitionum Pontificis Max. (*Sede della medesima*); vel Sedes largitionum Pontificis Max.

Elettorale: Ad suffragia pertinens, attinens; ad ferenda suffragia pertinens, attinens. -- Suffragiorum certamina, contentiones, turbae (*lotte, contese, turbolenze elettorali*).

— *V. Broglio elettorale.*

Elettricità - Elettrico - Elettrizzare: Electris, idis, f.; electrica vis; electrica lux (*elettricità, forza elettrica, luce elettrica*).

— Vox « electris, idis, f. », necessaria omnino, cum de re nova agatur aliquo modo significanda, habetur apud Plinium. Significat tamen apud eum *a*) vel petrae genus, e qua fluxisse electrum (*ambra*) dicebatur, *b*) vel insulas (Electrides), in quibus electrum, vel sucinum, seu succinum (*ambra*) abundasse traditur. Electrum autem, vel sucinum, magnetis instar, arcanam vim exserere iam antiqui noverant trahendi et alliciendi ad se alia corpora (*forza magnetica*).

— Adjectivum « electricus, a, um » ponitur in Lexico Vallauriano, et a multis usurpatur nostra hac aetate latinitatis cultoribus. - In Protolexico autem Bazzariniano haec habentur: Electrica vis; electricus ignis; fluidum electricum (*Bazzarini-Bellini, Protolessico Ital.-Lat.*). - Alii vero ponunt adjectivum « electreus, a, um »; quae tamen vox (*Lamprid., Alex. Sev.* 25) est dubia; eaque significatur « ex electro factus » (= *fatto con una lega di metallo del colore dell'ambra*).

— Lampas electride acta; lychnus electrica vi actus (*lampada elettrica*). - *V. vol. I, pag.* 19, 118.

— Machina electrica, *vel* machina electride acta (*macchina elettrica*).

— Anabathrum electrica vi actum; pegma scansorium electride actum (*ascensore elettrico*) - *V. Ascensore.*

— Electricum filum, *vel* funiculus electricus (*filo, canapo elettrico*).

— Epistomium electricum, *vel* electridis (*interruttore elettrico*). Epistomium, ii, n., e graeco fonte, significat apud Vitruvium, Senecam et alios, instrumentum quo, prout hoc aut illo modo versatur, aliquid clauditur, vel aperitur (*chiavetta, rubinetto*).

— *V. Pila elettrica.*

— Transviaria raeda (transviarius currus) electrica vi acta (actus) = *tranvai elettrico.* Adjectivum « transviarius, a, um » usurpatur a nemine e veteribus latinitatis scriptoribus. Usurpatur tamen a M. Coelio Rufo in epist. ad Cic. (*Fam.* VIII, 6) adjectivum « viarius, a, um »: « lex viaria ».

— Currus electrea virtus quos agit (*Mauro Ricci, Varia Latinitas*). - Opifices publicis curribus electride actis operam navantes (« *Vox Urbis* »: *tranvieri*).

— *Abbonamento al tranvai: V. Abbonamento.*

— Hamaxostichos, *vel* hamaxostichus electrica vi actus (*treno elettrico*). - *V. Ferrovia, Treno.*

— *Elettrizzare:* Vim electricam incutere (*Bazzarini, Ibidem*). Cf. « vim incutere ventis » (*Virg. Aen.* I, 73) - Vim electricam concipere (*Bazzarini, Ibidem = elettrizzarsi*). - Translata autem verbi significatione: commovere, permovere, excitare, concitare; *vel* commoveri, permoveri, excitari, concitari (*elettrizzare, elettrizzarsi*).

Elettrobioscopo: Electrobioscopium, ii, n. (*parola greca indicante uno strumento, che serve a verificare l'avvenuta morte per mezzo dell'elettricità = esploratore elettrico della vita*). - Ex graecis vocibus ἤλεκτρος et σκοπέω = *osservare.*

Elettrochimica: Electrochimica ars, *vel* disciplina. - *V. Elettricità e Chimica.*

Elettrodinamica: Electrodynamica ars, *vel* disciplina. - *V. Elettricità e Dinamo.*

Elettrolisi: Electrolysis, is, f. (*decomposizione - λύω = sciolgo - dei corpi composti mediante la corrente elettrica*).

Elettrotecnica: Electrotechnica ars, *vel* disciplina. - *V. Elettricità e Tecnico.*

Elettroterapia: Curationes electrica vi habitae, *vel* impertitae. - Electrotherapeutice, es, f. - Curationes electrotherapeuticae. - *V. Elettricità e Terapia.*

Elica: Helica, ae, f. (*Cic., Tim.* IX, 31, *vel* 27). Haec vox ex graeco fonte ducta (ἑλίκη) significat quidquid in orbem volvitur (*spirale, elica, conformazione del guscio della chiocciola*). - Helix, icis, f. (*Vitruv.* IV, 1) item ex graeco fonte fere idem signicat (εἶλιξ) - Spira, ae f. (σπεῖρα) fere idem pariter significat (*Cato-Virg.-Vitruv.-Plin.* et *al.*).

— Helicae ala, *vel* helicis ala (*ala dell'elica*).

Elicottero – Autogiro: Helicopterum (v. gr. = *elicottero, apparecchio di navigazione aerea con ali rotanti*). - Velivolum ad perpendiculum exsurgens, *vel* ad perpendiculum ascendens ac descendens; velivolum helicarum libramento suspensum, *vel* suffultum, *vel* innixum; velivolum helicarum libramento immotum (*autogiro, cioè apparecchio aereo, sostentato da una grande elica orizzontale, che permette di salire e scendere perpendicolarmente ed anche di fermarsi nell'aria — I due termini — elicottero e autogiro — sono da alcuni usati promiscuamente, quantunque siano sotto alcuni aspetti diversi*).

Eliografia – **Eliocromia**: I. Heliographia, ae, f. (*v. gr.* ἥλιος = *sole* - γράφω = *scrivo, disegno*).
II. Heliochromia, ae, f. (ἥλιος = *sole* - χρῶμα = *colore*).

Elioterapia: Solaris curatio; solares curationes. - Adjectivum « solaris, e » legitur apud Ovidium, Senecam, Plinium, Celsum.
— *Graece:* Heliotherapeutice, 'es, f.; heliotherapeuticae curationes (ἥλιος = *sole* - θεραπεία = *cura*).

Ellissi – **Elisione**: Detractio, onis, f. (*Quintil.* I, 5); vocis detractio; syllabae detractio (*elisione di una parola, di una sillaba*). - Detractus, us, m. (*Senec., Suasor.* VII, 11): « detractu, aut adjectione syllabae ».
Graece: Ellipsis, is, f. (ἔλλειψις).

Ellittico: Curtus, a, um (*Cic.*); v. g. curta sententia (*Cic.* = *espressione ellittica*). - *Graece:* Ellipticus, a, um.

Elogio: Laus, praeconium - Funebris concio (*Cic., De Orat.* II, 84 = *elogio funebre*); *vel* laudationes mortuorum (*Cic., Brut.* 16, 61); *vel* laudatio funebris - Elogium, *vel* ellogium, ii, n. (*Cic.* = *epitaffio, elogio sepolcrale, motto, sentenza*).
— E graeco fonte: panegyrica oratio (*Cic.*); panegyricus, i, m. (sermo) apud Quintil. et alios. (πανηγυρικός).

Emblema: Insigne, is, n.; signum; index; imago.
— Emblema, atis, n. (*Cic. et a.* = *ornamento a mosaico, a cesello, a intarsio ... talora con sentenza, inserito o incastonato in vasi od altri oggetti*). Vox est e graeco fonte ducta (ἔμβλημα).

Emergenza: Casus; eventus, us, m. - *Stato d'emergenza: V. Allarme.*

Emerito: Emeritus - Miles stipendia emeritus, *vel* rude donatus (*soldato emerito*).
— Eques emeritus Ordinis Mauritiani (*Morcelli: Cavaliere emerito dei Ss. Maurizio e Lazzaro*).

Emetico: Vomitorius, a, um (*Plin. et a.*); vomitionem concitans, movens. - Sumere quae vomitiones concitent (*Plin.* = *prendere degli emetici*). - Vomitorium medicamentum (*un emetico*).

Emicrania: Hemicranium, *vel* hemicraneum, i, n. (*V. gr. - Plin. Valer. et al.*) *vel* hemicrania, ae, f. (ἡμικρανία), seu morbus, quo dimidia pars capitis laborat. - Capitis gravitas (*stanchezza dolorosa di testa*); capitis dolor.

Eminenza: I. Altitudo; praestantia; eminentia - *V. Altezza, Eccellenza.*
— « Eminentia » apud optimos latinitatis scriptores significat *prominenza* (*Cic.*), *protuberanza* (*Plin.*); v. g. « Myrmecias nigra habet eminentias similes verrucis » (*Plin.* XXXVII, 10, 63) - Apud serio-

res tamen latinitatis scriptores translata etiam verbi significatione usurpatur; v. g. « eminentia quaedam formarum » (*Gell.*). = *eccellenza, bellezza.*

II. Eminentissimus vir; vir eminentissimus (*titolo dato ai Cardinali*).

Emiplegia: Dimidiata nervorum resolutio. - Dimidiata paralysis; dimidiata apoplexis; dimidiata apoplexia; hemiplegia, *vel* hemiplexia (*ἡμιπληξία = paralisi parziale*). - *V. Apoplessia, Paralisi.*

Emistichio: Hemistichium (*Suet.*). - Latine dicitur: dimidiatus versus.

Emofilia: Haemophilia, ae, f. (*v. gr. αἷμα = sangue - φιλία = simpatia. - Disposizione naturale all'emorragie*).

Emorragia: Profluvium sanguinis, vel sanguinis fluxio, seu fluctio (*Plin.* XXIV, 19, 119), *vel* sanguinis fluxus, us (*Justin.* XII, 9, 12); *graece:* haemorrhagia, ae (*Plin.* XXIII, 6, 67 - *αἷμα = sangue - ῥέω = scorro*).

Emorroidi: Inflatio venarum ani; *graece:* haemorrhois, idis, f. (*Cels.* VI, 18, 9; *Plin.* XXIII, 7, 71).

Emottisi: Sanguinis vomitus, *vel* vomitio - *Graece:* haemoptoides, is, f.; unde habetur: haemoptoicus = sanguinem expuens et cum tussi iactans (*Marcel. Empir. 16 a med.*); haemophthisicus = sanguine, tabe corrupto, laborans (*Aemil. Macer., cap. de Betonica - αἷμα = sangue - πτύω = sputo - φθίω = corrompo*).

Empiema: Empihaema, atis n. (*t. med. = raccolta di pus nella cavità del petto*).

Empirico - Empirismo: Empiricus, a, um (*v. gr.*); empirici, orum (*Cic., Acad.* IV, 36); qui solis experimentis medetur (*medico empirico*).

— Empiricorum doctrina; empiricorum curandi ratio (*empirismo*). - *Graece:* Empirice, es, f.; « Alia factio - ab experimentis cognominant empiricen - coepit in Sicilia » (*Plin.* XXIX, 1, 4). - Ex graeca voce *ἐμπειρία = esperienza.*

Emulsione: Emulsum medicamentum.

Encausto: *Dipingere a encausto: V. Bulino.*

Encefalite: Cerebri inflatio, *vel* inflammatio; encephali inflammatio; encephalites, is, f. - Ex graeca voce *ἐγκέφαλος = cervello.*

Enchimosi: *V. Ecchimosi.*

Enciclopedia - Enciclopedico - Enciclopedista: I. « Encyclios doctrinarum omnium disciplina » (*Vitruv., Lib.* VI, *Praef.*); « encyclios disciplina » (*Idem, Lib.* I, 1 *circa med.*) = *Enciclopedia.* - « ... Fortasse mirum videbitur imperitis, hominis posse naturam

tantum numerum doctrinarum perdiscere et memoria continere. Cum autem animadverterint omnes disciplinas inter se conjunctionem rerum et communicationem habere, fieri posse faciliter credent; encyclios enim disciplina uti corpus unum ex his membris est composita. Itaque qui a teneris aetatibus eruditionibus variis instruuntur, omnibus litteris agnoscunt easdem notas communicationemque omnium disciplinarum, et ea re facilius omnia cognoscunt » (*Vitruv.*, *Ibidem*).

— Universae doctrinae orbis (*enciclopedia*). Cf. Quintil., I, 10: « Orbis ille doctrinae, quam Graeci ἔγκυκλιον παιδείαν· vocant ».

— Omnium artium disciplinarumque descriptio (*enciclopedia*).

— Disciplinarum (doctrinarum) omnium complexio (*enciclopedia*). - Complexio, onis, f. (*Cic.* = *esposizione riassuntiva*).

— Rerum universitatis descriptio - Disciplinarum omnium summa, *vel* descriptio, *vel* orbis (*enciclopedia*). - Universae humanae divinaeque doctrinae summa, *vel* descriptio, *vel* orbis (*enciclopedia sacra e profana*).

— Encyclopaedia, ae, f.; vox est e graeco fonte derivata, quae ex latinitatis scriptoribus usurpatur a nemine.

II. Omni copia doctrinae instructus (*enciclopedico*); vir omni copia doctrinae eruditissimus (*un enciclopedico*); disciplinarum omnium studia (*studii enciclopedici*); artium disciplinarumque cultor (*uno studioso enciclopedico*); disciplinarum omnium cultus, *vel* cultura (*cultura enciclopedica*); disciplinarum omnium cultus studiosissimus.

III. Encyclopaedistae qui audiunt; encyclopaedistae qui dicuntur; encyclopaedistae, quos vocant = *gli enciclopedisti.*

Enclitico – Enclitica: Encliticus, a, um (ἐγκλιτικός). - Syllaba enclitica.

Endocardite: Interior cordis inflammatio - *Graece:* Endocardites, is, f. (*ἔνδον = entro - καρδία = cuore*).

Endiade: Endiadys, *vel* hendiadys. Vox est ex graeca lingua a Servio (*Aen.* I, 65) male conflata: « figura poëtica, qua unum per duo nomina exprimitur » (*Forcellini*).

Energumeno: *V. Indemoniato.*

Enfasi – Enfatico: Significatio, onis, f. (*Cic., De Or.* III, 202; *Orat.* 139 *et a.* = *enfasi, indicazione energica, vivace*). - Magniloquentia (*stile elevato, sublime*); v. g. magniloquentia Homeri (*Cic.*). - Granditas sententiarum, verborum (Cic. = *elevatezza del pensiero, delle espressioni*).

— Elatio atque altitudo orationis suae. (*Cic.* = *l'enfasi altera del suo parlare*). - Inflatum orationis genus (*stile enfatico, tronfio*). - Opimum quoddam et tamquam adipatae dictionis genus (*Cic.* = *stile enfatico e ampolloso*). - Sermo tumidus, tumidior (*Liv.* = *discorso enfatico, tronfio*).

— *Graece:* Emphasis, eos, f. (*Quintil.* VIII, 2, 11 - ἔμφασις).

— Grandiloquus (*Cic.*, *Or.* 20 - *Quintil. X*, 1 = *grandioso nello stile*). - Inflatus; tumidus; turgidus (*enfatico, ampolloso*).

Enfisema: Enphysema, atis, n. (v. gr. ἐν = *dentro* - φύσα = *soffio*) = *infiltrazione d'aria nel tessuto cellulare.*

— Pulmonum enphysema (*enfisema polmonare* = *dilatazione esagerata e permanente degli alveoli polmonari*); pulmonum alveolorum dilatatio.

Enfiteusi: Ius emphyteuticum - Aliquid jure emphyteutico attribuere (*dare in enfiteusi*). - Emphyteusis, is, f. - Emphyteuta, ae, m. (*chi ha ricevuto in enfiteusi*). Quae vocabula, e graeco fonte derivata, leguntur apud veteres jurisconsultos et in Digesto; atque ex graeco verbo deducuntur ἐμφυτεύω = *pianto, bonifico* (*Fitto di un terreno con patto di bonifica*).

Enigma - Enigmatico: Sirpus, i, m. (*enigma, indovinello*). « Quae Graeci dicunt aenigmata, hoc genus quidam e nostris veteribus sirpos appellaverunt » (*Gell.* XII, 6).

— E graeco fonte: enigma, atis, n. (*Cic. et a.* = *enigma, oscurità, discorso ambiguo* - αἴνιγμα); v. g. aenigma somniorum (*Cic.*).

— Ambages, is, f. (*giro di parole oscure, sentenza misteriosa, enigmatica*); v. g. per ambages (*Liv.*); missis ambagibus (*Hor.*); positis ambagibus (*Ovid.*) = *senza rigiri di parole oscure, senza enigmi.*

— Flexiloquus, a, um (*Cic.*, *De Div.*, II, 115 = *equivoco, enigmatico*). - Perplexus, a, um; v. g. perplexum responsum (*Liv.*); perplexi sermones (*Liv.*). - Obscurus; ambiguus; anceps; arcanus (*enigmatico, incerto, ambiguo, misterioso*).

— Res, *vel* quaestio, *vel* sententia ambigua, anceps, obscura, perplexa, dubia, incerta, arcana (*enigma nel senso di cosa, questione, sentenza ambigua o misteriosa*).

— Aenigma solvere; aenigma non intellegere (*Cic.* = *risolvere un enigma; non saper risolvere un enigma*).

Enologia: Vini conficiendi adservandique doctrina (peritia, scientia, disciplina). - *Graece:* Oenologia, ae, f. (οἶνος = *vino* - λόγος = *discorso*).

Enologo: Vini conficiendi adservandique peritus. - Oenologiae cultor, doctor, professor, peritus, peritissimus.

Ente – Entità: Res, ei, f. (*cosa*); animans, ántis, m. f. n. (*essere animato in genere, comprendente uomini, animali e piante*), e. gr. animantia omnia (*Cic.*); ens, entis, n. (*Quint.* VIII, 3); entia, n. pl. (*Idem*, II, 14) = *gli enti.* - *V. Essenza.*

— *Ente Supremo:* Deus; supremum Numen; supernum Numen.

Enterite – Enterico: Intestinorum inflammatio; alvi inflammatio. - *Graece:* Tenesmus, i, m.; tenesmos, i, m. Hunc morbum describunt Celsus (IV, 18) et Plinius (XXVIII, 14, 54 *et al.*). - Enteritis, tidis, *vel* tidos, f. - Entericus, a, um (*enterico*). Quae vocabula ex graecis vocibus ducuntur τεινεσμός (*stiramento dell'intestino*) et ἔντερον (*intestino*).

Enteroclisma: Enteroclysma, atis, n. (*v. gr.* ἔντερον = *intestino* - κλύζω = *lavo*) = *apparecchio per il lavaggio intestinale ed il lavaggio stesso.* - *V. Clistere.*

Entimema: Sententia; commentum. - *Graece:* Enthymema, atis, n. - (ἐνθύμημα).

— « Enthymema, quod nos commentum sane, aut commentationem interpretamur... » (*Quintil.* V. 16).

Entomologia – Entomologo: Insectorum doctrina; de insectis doctrina, scientia, peritia, disciplina. - *Graece:* Entomologia, ae, f. (*entomologia*).

— Insectorum studiosus, peritus. - Entomologiae cultor, doctor, professor, peritus, peritissimus (*entomologo*). - Ex graecis vocibus ἔντομον = *insetto* - λόγος = *discorso.*

Enuresi: Urinae incontinentia (*Plin.* XXXII, 9, 35); nocturna urinae incontinentia (*enuresi notturna frequente nei bambini*). - *Graece:* Enuresis, is, f. (ἐν = *in* - ὀυρεῖν = *urinare*).

Epatite – Epatico: Morbus jecoris (*Cels.*); morbus hepatarius (*Plaut.*). - Hepaticus, a, um (*Cels.-Plin.*).

Epatta: Annuae adjectiones lunares (*Forcellini*). - *Graece:* Epactae, arum, f. pl.; dies epactae (*Isid.*) = *giorni che si aggiungono all'anno lunare per pareggiarlo col solare* (ἐπακταί).

Epentesi: Adjectio litterae, *vel* syllabae. - *Graece:* Epenthesis, is, f. (*Serv.* - ἐπένθεσις).

Epesegesi: Interpretatio; explicatio. - *Graece:* Epexegesis, is, f. (*Serv.*). (ἐπεξήγησις).

Epicentro: Terrae motus hypocentrum (*del terremoto*).

Epicherema: Syllogismi demonstratio, *vel* probatio (*sillogismo for-*

nito di dimostrazione). - *Graece:* Epichirema, atis, n. (*Quintil.*). - Ex graeco verbo ἐπιχειρέω = *dimostro con argomenti.*

Epidittico: *V. Dimostrativo.*

Epifania: Epiphania; Theophania; Jesus puer a tribus sapientibus adoratus (*Morcelli*). - *V. Befana.*

Epifonema: Exclamatio; acclamatio (*Quintil.*). - *Graece:* Epiphonema, atis, n. (ἐπιφώνημα) - « Est enim epiphonema rei narratae vel probatae summa acclamatio » (*Quintil.* VIII, 5).

Epigrafe: Inscriptio; titulus; titulus sepulcri, *vel* titulus supremus (*epitaffio*).

— E graeco fonte: epigramma, atis, n. (*Cic. et a.*); epigraphes, is, f. (ἐπὶ = *sopra* - γράφω = *scrivo*).

Epilessia - Mal Caduco: Morbus comitialis, *vel* morbus major (*Cels.* II, 8 *et* III, 23). - Comitiales Plinius (XX, 11, 44) eos appellat, qui hoc morbo laborant. Si quis enim ipso comitiorum tempore hoc morbo forte corripiebatur, comitia solvebantur. Dicitur etiam a quibusdam morbus caducus, *vel* morbus sacer, *vel* morbus sonticus, ut videre est in lexico Forcelliniano. - *Graece:* epilepsia, ae. (ἐπιλεψία).

Episcopato: *V. Vescovado, Vescovato.*

Episodio: *V. vol. I, pag.* 236, n. 13.

Epistilio: Epistylium, ii, n. (*Vitruv.-Varr.-Plin.*) = *architrave* (ἐπί = *sopra* - στύλη = *colonna*).

Epitelioma: Epithelioma, atis, n. (ἐπί = *sopra* - θηλή = *mammella*) = *tumore alla mammella.*

Equatore: Circulus aequinoctialis (*Varr., L. L.* VIII, 18) - Non autem « Aequator »; quae vox eum significat, qui aequat (*Inscript.*).

Equatore (*Nazione*): Aequatoria, ae, f. (*Nazione dell'America Latina*); Aequatorianus (*dell'Equatore*); Aequatoriana Natio; Aequatoriana Respublica. - Quitum, i, n. (*la capitale. - Lat. di Curia*).

Equatoriale: Ad circulum aequinoctialem pertinens - Non autem « aequatorialis », quae vox est barbarae latinitatis.

Equilibrio: *V. Uguaglianza - Equilibrio.*

Erbario: Liber herbarius; theca herbaria.

Erede: Heres, edis.

— Regiae potestatis heres; *vel* Rex destinatus; *vel* ab ipsa origine heres regiae potestatis (*Morcelli: erede al Trono*).

— Honorare aliquem testamento (*istituire uno erede*), *vel* aliquem heredem instituere, scribere, nuncupare, facere.

— Aliquid hereditate relinquere alicui. - Legare alicui pecuniam;

testamento alicui grandem pecuniam legare (*Cic.* = *lasciare uno erede di ... o lasciare ad uno un legato di ...*); alicui aliquid ab aliquo legare (*Cic.* = *lasciare ad uno una cosa, che dovrà ricevere da un altro, v. g. da un determinato erede*); legatum, i, n. (*Cic.* = *legato, lascito*).

— Heres ex testamento (*erede testamentario*).

— Heres ex asse (*Plin., Ep.* V, 5, *erede universale*).

— In subsidium egenorum aliquem heredem ex testamento relinquere (*Morcelli: erede fiduciario a beneficio dei poveri*).

Eremita: Homo solitarius. - *Graece:* Anachoreta, ae, m.; quae vox ex graeco fonte derivata (ἀναχωρητής = *solitario, romito*) usurpatur a Sulpicio Severo (*Dial.* I, 18), a Sidonio et al. - Eremita, ae, m. (*Sulp. Sever. et al.*) = *eremita.* - Monachus (= *monaco*).

— A nonnullis ponitur etiam: coenobita, ae, m. (*Augustin.-Hieronym.* = *cenobita*); caenobiarcha, ae, m. (= *capo di un cenobio*). Hae tamen voces, ex graeco fonte ductae (κοινός = *comune* - βίος = *vita*), significant potius = *religioso che fa vita in comune, o che è a capo di un cenobio.*

Eremo – **Eremitaggio** – **Romitaggio**: Recessus, us, m.; secessus, us, m. - *Graece:* Eremus, i, m. et f. (*Tertull. et al.*), ἔρημος = *luogo solitario;* asceterium, ii, n. (*Cf. Cod. Justinian.* I, 3, 33 et 41). Asceteria sunt loca, in quae secedunt homines divinae contemplationi addicti; ἀσκητήρια a verbo ἀσκέω, exerceo, quod ibi in piis exercitationibus occupantur (*Cf. Forcellini*).

— A nonnullis hoc loco ponitur etiam: coenobium, ii, n.; quae tamen graeca vox (κοινός = *comune* - βίος = *vita*) indicat potius *convento, monastero, dove si fa vita comune.*

Ermafrodito: Hermaphroditus, i, m. (*figlio di Mercurio e Venere*). - Semimas, aris, m. (*Liv.-Ovid.*) « Natus ambiguo inter marem et feminam sexu infans » (*Liv.*, XXVII, 11).

— Androgynus, i, m. (*Cic.-Liv.-Plin.*). - Ex graecis vocibus ἀνήρ = *uomo* - γυνή = *donna.*

Ermellino: Mustella (mustela) alba. - Mustellinus, a, um (*di ermellino*); mustelinus, a, um.

Ermeneutica: Interpretandi ars; explanandi ars, *vel* disciplina. - *Graece:* Hermeneuma, atis, n.; permeneumata, um, n. pl. (*Senec.*); hermeneutica disciplina, *vel* ars (ἑρμήνευμα = *interpretazione*).

Ernia: Hernia, ae, f. (*Cels. et a.*). - *Graece:* Enterocele, es, f. - Enterocele implicita (*Martial.* XI, 84 = *ernia strozzata*). - Enterocelicus, a, um (*Plin.* = *ernioso, allentato*); quod latine dicitur:

herniosus (*Lamprid.*). - Ex graecis vocibus ἔντερον = *intestino* - κήλη = *gonfiore.*

Eroico - **Eroicamente**: Heroum more; ut heroas, *vel* heroës addecet; fortis; strenuus; fortiter; strenue.

— Adjectivum « heroicus, a, um » usurpatur a Cicerone in locutionibus « heroica aetas », « heroica tempora », « heroica » (*fatti eroici*); « heroice » autem usurpatur a Macrobio.

Eroismo: Strenua virtus animique magnitudo. - Heroica facinora (*atti di eroismo*).

Erotomania: Amatoria dementia; amatoria insania; libidinis insania, furor, dementia (*malattia mentale-sessuale*). - *Graece:* Erotomania, ae, f. (ἔρως = *amore* - μανία = *pazzia*).

Erpete: Vitiligo, inis; impetigo, iginis. Hisce vocibus fortasse Celsus hunc morbum describit. Vitiliginis tres species enumerat (V, 28, 19), impetiginis autem quattuor species (V, 28, 17). Impetigo tamen videtur esse cutis vitium, quod vulgari lingua « *volatica* » vocamus. - *Graece:* Herpes, etis, m. (*Plin.* XVI, 14, 87); quem morbum Celsus (V, 28, 3) graecis litteris nominat (ἕρπης, ητος).

Esagono - **Esagonale**: Sexangula figura (*esagono*). - Sexangulus, a, um (*Ovid.-Varr.-Plin.* = *esagonale*).

— *Graece:* Hexagonon, i, n. - Hexagonus, a, um (*Colum.* - ἕξ = *sei*, et γωνία = *angolo*).

Esame: Examen, inis, n. plura significat; *a*) examen apum, vesparum, juvenum (*sciame, schiera*); *b*) staterae, *vel* trutinae (*ago della bilancia*); *c*) legum (*Ovid.* = *esame delle leggi*).

— Inquisitio (*ricerca*); judicium (*giudizio, stima*); consideratio, reputatio (*ponderazione*); probatio (v. g. athletarum, virtutis alicujus); spectatio (v. g. pecuniae); periclitatio (*Cic.* = *prova, esperimento, tentativo*).

— Doctrinae, *vel* eruditionis alicujus periclitatio, *vel* periculum (*Cic.-Ter.* = *esame della capacità di uno*) - Periculum facere (*Cic. et a.* = *dare un saggio, prova, esame*); *vel* periclitari de (in) aliqua re (*dar saggio, prova di ...*). Discipulus, facto periculo, probatur (*Lo scolaro ha fatto l'esame ed è passato*) - « Fac periculum in litteris, fac in palaestra, in musicis » (*Ter.*, *Eun.* III, 1, 23) - Hac significatione vox « examen » usurpari non potest (*V. i vari significati esposti sopra*).

— *Schiacciare all'esame:* Periculum in litteris, in musicis ... non superare, non evincere, non eluctari.

— *V. vol. I, pag. 253, Epist. X in fine.*

— *Passare all'esame:* Periculum in litteris, in musicis ... superare, evincere, eluctari.

— Liberum unicuique tributum de re christiana judicium (*libero esame dei Protestanti*) - Dare cuilibet potestatem divina eloquia interpretandi sensu judicioque suo (*libero esame delle Sacre Scritture*).

Esame di coscienza: Censuram sui ipsius agere, *vel* gerere (*fare l'esame di coscienza*); diligens sui ipsius recognitio (*Senec.* = *esame di coscienza*) - « Experiendo cognitum est ... qui frequentem in se censuram et severam de cogitatis, de dictis, de factis peragat, eum plus valere animo, simul ad odium et fugam mali, simul ad studium et ardorem boni » (*Acta Pii X*, vol. IV, p. 257 - Se recollegere severamque de se censuram agere, gerere (*rientrare in se stesso, fare l'esame di coscienza*) - In se ipsum diligenter inquirere; in omnia dicta, facta, cogitata sua descendere, *vel* mente descendere; se ipsum ad calculos vocare; vitae rationem a se repetere, reposcere; animi latebras scrutari; conscientiae secreta rimari (*far l'esame di coscienza*).

Esaminare: Examinare, ponderare, expendere, perpendere (*pesare, esaminare*); tentare (patientiam alicujus); probare (mucronem, pecuniam, virtutem); experiri (*sperimentare*); spectare, explorare (*osservare attentamente*); exquirere (*ricercare*); reputare (aliquid secum animo); consulere (suas vires); excutere (verbum, sententiam).

— Aliquid in trutina ponere; aliquid aequa lance ponderare, pendere, pensare, pensitare; aliquid justa, *vel* aequa trutina pensare, pendere; aliquid aequa lance librare.

— Aliquid (v. g. argumenta) ad obrussam exigere (obrussa = *prova dell'oro al fuoco*), *vel* diligentissime perpendere.

— Cognoscere aliquid, *vel* de aliqua re (*fare l'esame, l'istruttoria di una cosa*); v. g.: Rem totam cognoscendam sententiamque dicendam alicui delegare; de scriptis alicujus cognoscere (*Cic.*).

— Recognoscere aliquid; recognitionem alicujus rei facere, agere (*rivedere, esaminare, controllare, autenticare*). Codicem recognoscere; decretum populi recognoscere (*Cic.*); legem recognoscere; legem recognoscere ac probare; libellum recognoscere et emendare.

— Nasute scripta alicujus destringere (*Phaedr.* IV, 6 = *esaminare minutamente con spirito di critica*).

Esaminatore: Investigator; explorator; indagator (*esaminatore in genere*) - Inquisitor (*esaminatore in genere ed anche giudice*

istruttore nella cause giudiziarie); v. g. rerum (*Cic.*), rerum naturae (*Sen.*), causae. - Quaesitor (*Cic. et a.* = *giudice istruttore*), v. g. quaesitor criminum (*Liv.*). - Judex (*Cic. et a.* = *esaminatore, giudice*).

— *Esaminatore scolastico:* Probationis arbiter; alumnorum judex; ludorum litterariorum judex; alumnorum litterariorum judex; alumnorum probationis arbiter, judex.

— *Esaminatore del clero:* Judex curionibus et clericis probandis (*Bettelli, Inscript. p.* 174).

Esaurimento: Debilitatio valetudinis, virium, nervorum (*esaurimento della salute, delle forze; esaurimento nervoso*); confectio valetudinis (*Cic. Fragm.*); valetudinis, virium, nervorum infirmitas.

— Alicujus rei defectio (*esaurimento per mancanza di una cosa*). - Putei exinanitio (*svuotamento di un pozzo*). « Exinanitio » hac significatione legitur apud Plinium.

Esaurito (*di un libro*): Liber jam venalis non prostat; exemplaria omnia divendita sunt.

Escursione: Deambulatio, gestatio; non autem excursio, *vel* excursus (= *irruzione, scorreria*). Attamen « excursio » hac fere significatione usurpatur a Plinio (*Ep.* I, 3, 2 = *una scappata, una corsa nel paese*); atque « excursus, us » interdum significat etiam *il correr fuori, il fare una corsa* (*Auct. B. Afr.*).

— Spatiari (*passeggiare per diporto*).

— Montivagi atque silvestres cursus lustrationesque (*Cic., Tusc.* V, 27) = *escursioni ai monti e ai boschi.*

Esecutore testamentario: Curator hereditatis; curator ex testamento; curator testamenti (*Morcelli*). - Haec in Morcelliano Lexico leguntur; locutio tamen « curator hereditatis » videtur potius id significare, quod nos « *curatore dell'eredità giacente* » dicimus; dum verba « testamenti curator » vel « hereditatis curator ex testamento » rem aptius indicare possunt = *esecutore testamentario.*

— Exsecutor testamenti. - Vox tamen « exsecutor » hac significatione (*esecutore*) serioris est latinitatis.

Esegesi - Esegetico: Interpretatio; explanatio; explicatio (*Cic. et a.*).

— *Graece:* Exegesis, is, f.; exegeticus, a, um; seu ad interpretationem, explanationem; explicationem pertinens. - Exegetice, es, f. (*Diomed.* II, p. 421), ex graeca voce ἐξηγητική.

Esemplare - Esemplarità: Vitae sanctitas; morum sanctitas; morum innocentia; vitae integritas; summa morum probitas (*vita esemplare, condotta esemplare*).

— Aliis exemplo esse; aliis in exemplum praelucere; aliis vitae integritate praelucere.

Esente: (*sostantivo*) Tribunus exemptus (*della prassi della Cancelleria dei Brevi Apostolici*) *vel* exemptus militum tribunus. - « Tribuni militum » *vel* « tribuni militares » = *i sei comandanti di una legione romana* (*Cic.-Caes. et a.*). - *La traduzione è necessariamente approssimativa.*

— *Esente della Guardia Nobile:* Nobilis Cohortis Pontificiae tribunus exemptus; *vel* Nobilis Cohortis protectorum sacri lateris Pontificis tribunus; *vel* exemptus Nobilis Cohortis Pontificiae tribunus.

Esequie: Exsequiae; justa; justa sacra; justa funebria (*Cic. et a.*); justa exsequialia (*Stat.*); funus; parentalia.

— Parentare alicui, umbris, mortuis (*Cic. et a.: fare sacrifici funebri per parenti o persone care*).

— Trigesimo post mortem die funus instaurare (*Vallauri: ufficio funebre di trigesima*).

Esercitare: Exercere, v. g. inimicitiam, pacem, graves inimicitias, cum aliquo (*Cic. et a.*); facilitatem et lentitudinem animi, insatiabilem crudelitatem in aliquo (*Cic.*); vim suam in aliquo (*Nep.*); libidinem, avaritiam in aliquem (*Liv.*); exercere artem, medicinam, rhetoricen; vineas, campos, metalla auri atque argenti (*Liv.*); cauponam, officinam (*Suet.*), vectigalia (*Cic.*), quaestionem, judicium (*Cic.*).

— Non autem: « exercere virtutem », sed: virtutem colere, virtutem moribus exprimere, ostendere, declarare; animum ad virtutem conformare; animum virtute augere; virtutem sequi; virtuti studere; ad virtutem assequendam contendere.

— Neque: « exercere munus, officium », sed: obire munus; munere fungi; munus exsequi, explere, sustinere (*Cic.*); officium facere, exsequi; officio fungi (*Cic.*).

Esercizio della Via Crucis: Jesu Christi ad Calvariam iter per stationes recolitum (*esercizio della Via Crucis*); *vel* Jesu Christi ad Calvariam iter pientissimo animo celebratum. - Jesu Christi supremos cruciatus per stationes recolere; iter D. N. ad crucem celebrare (*Morcelli* = *fare la Via Crucis*).

— Jesu Christi iter ad Calvariae locum, ejus cruciatus pientissimo animo recolendo, per stationes celebrare; Christi perdolentis iter per stationes celebrare (*far la Via Crucis*).

— Jesu Christi perdolentis stationes (*Stazioni della Via Crucis*).

Esercizi Spirituali: Spirituales exercitationes meditationesque (*Vallauri*).
— Sacri secessus aeternis commentandis rebus instituti (*Cordara*).
— Sacrae exercitationes, *vel* piae animi exercitationes pietatis excolendae causa susceptae, *vel* religionis causa susceptae.
— Religioni dare operam sub magistro pietatis (*Morcelli: fare gli esercizi spirituali*).
— Aeternis (supernis) meditandis rebus per statos dies vacare (*fare un corso d'esercizi spir.*).
— Adultis, potioris vitae studio per statos dies secedentibus, ad virtutem confirmandis erigendisve diaetam in asceterium addicere (*Morcelli: accogliere adulti per un corso di esercizi spirituali*).

Esofago: Fauces; gula; guttur. - *Graece:* oesophagos, i, m. (οἰσοφάγος).
— A nonnullis ponitur: Arteria aspera (*Cic. et al.*); quae tamen vox significat *trachea.*

Esoftalmia: Exophthalmia, ae, f. (*v. gr.* ἔξω = *fuori* - ὀφθαλμός = *occhio*) = *termine medico indicante lo sporgere dell'occhio dall'orbita.*

Esorcista: Qui nequissimos spiritus, Dei nomine, adjurat (*Cf. Lact.* II, 15) - Verbum tamen « adjurare » apud optimos latinitatis auctores significat « valde jurare, vehementer jurare » - Qui nequissimos spiritus (*vel* daemones) interposito Dei nomine abigit, *vel* expellit.
— E graeco fonte: exorcista, ae, m. (ἐξορκιστής).

Esorcizzare: Nequissimos spiritus, Dei nomine, adjurare; *vel* daemones adjurare (*Lact.* II, 15). Verbum tamen « adjurare » hac significatione serioris est latinitatis. Aptius igitur dixeris: malos spiritus, interposito Dei nomine, abigere, *vel* expellere. - Exorcizare (*Lat. Eccles.*).

Esortativo: Hortativus, exhortativus, a, um (*Quintil.*); v. g. hortativum genus dicendi (*Idem,* V, 10, 83); monitorius, a, um (*Senec.*); suasorius, a, um (*Quintil.*).

Esotico: Adventicius, peregrinus (*Cic. et a.*); doctrina transmarina atque adventicia (*Cic.*); res adventiciae (*Cic.*).
— E graeco fonte: exoticus. Unguenta exotica (*Plaut.*); exoticum vinum (*Gell.*); exoticus sermo (*Apul.*). - Ex graeca voce ἔξω = *fuori.*

Espansione: Propagatio; finium imperii nostri propagatio (*Cic.*); finium propagatio (*Liv.*).

— Fines producendi, *vel* proferendi, *vel* propagandi necessitas; imperii propagandi necessitas (*bisogno di espansione politica*).

— Effusio animi (*Cic., Tusc.* IV, 31), *vel* effusus animus, *trasporto, effusione del cuore per gioia, affetto* etc.

Esperanto: Zamenhofiana lingua; Zamenhofiana lingua, quae « esperanto » dicitur; ficticia lingua, quae « esperanto » nuncupatur. - Adjectivum « ficticius, a, um » (*artificiale, finto*) legitur apud Plinium. (*Lingua universale e artificiale dovuta al dott. Zamenhof di Varsavia, che la rese nota nel 1887; più tardi prese il nome di « esperanto » = « colui che spera » datole dai seguaci del dott. Zamenhof*).

Espiatorio – Espiazione: Piacularis, e; lustralis, e (*espiatorio*); sacrificium lustrale; sacrum piaculare, *vel* piaculum (*sacrificio espiatorio*); ignis piacularis (*fuoco del Purgatorio*); piaculi causa (*in espiazione*).

— Expiatio (*Cic. et a.*); expiatio scelerum, impietatum (*Cic.*); lustratio (*purificazione con sacrifici espiatorii*). Cf. *Liv.* XXXX, 13, 2 sq.

Esplicitamente – Espressamente: Clare; manifeste; significanter (*in modo espressivo*); conceptis verbis (*con parola precisa, con una formula precisa*), v. g. Conceptis verbis jurare (*Varr.-Plaut.*), conceptis verbis pejurare (*Cic.* = *giurare formalmente il falso*).

— Affirmate (*Cic., De Off.* III, 104) *in modo solenne e preciso*, v. g. affirmate asseverare - Consulto (*di proposito*).

Esplodere: Displodere (*Lucr.-Hor.-Varr.*) = *percuotere, rompere con fragore* (*trans.*); displosa repente caeli templa (*Lucr.* VI, 284); displosa vesica (*Hor., Sat.* I, 8, 46).

— Dirumpere (*spezzare, fare a pezzi*); dirumpi (*squarciarsi, scoppiare, esplodere*).

— Ignivoma, quae disploduntur, *vel* dirumpuntur, machinamenta (*bombe esplosive*). - *V. Sparare.*

— Non autem « explodere » quod verbum aliud significat; nempe *scacciare via, disapprovare, respingere, fischiare disapprovando;* v. g. alicujus sententiam explodere.

Esplosione – Scoppio: Diruptio, onis, f. (*Sen., Nat. Qu.* II, 15, 1). - *V. Scoppio.*

Esportazione – Importazione: Exportatio et invectio (*Cic., De off.* II, 13). - Res, quae exportantur et importantur.

Esposizione: I. Publica Sacramenti Augusti adoratio (*Esposizione del SS.*).

— Adoratio publica Sacramenti Augusti sterilitati agrorum averruncandae (*Morcelli: Esposizione del SS. per la fertilità della campagna*).

— Sacramentum Augustum populo supplicationis causa proponere (*Idem*); Sacramentum Augustum adorandi causa e sublimi solio proponere (*fare l'esposizione del SS.*).

— Publicae Sacramenti Augusti supplicationes in diem quartum per horas XXXX sollemniter habitae, *vel* habendae (*Esposizione delle 40 ore*).

— Perpetuae, *vel* cotidianae Sacramenti Augusti supplicationes ad horas XXXX in Urbis templis per vices institutae (*Esposizione quotidiana delle 40 ore istitutita a turno nei templi di Roma*).

II. Recensio (*Cic. et a.*), expositio (*Cic.*), exhibitio (*Gell.* = *esposizione*) - Bonarum artium ex omnibus populis exhibitio (*Vallauri: Esposizione universale*) - Pictas tabulas ad spectandum proponere (*esposizione di pitture*) - Librorum ephemeridumque de re catholica expositio (*Esposizione della stampa cattolica*) - Rerum de sacris expeditionibus expositio (*Esposizione Missionaria*).

Espresso: *V. Caffè espresso.*

Espurgare – **Espurgato**: Expurgare; purgare; v. g. « Expurgandus est sermo » (*Cic., Brut.* 258). - Emendare, corrigere; resecare, expungere; v. g. Quidquid inhonestum vel turpe est, emendare, resecare, expungere. - Quidquid depravare animos potest, vel emendatum vel expunctum est (*di un autore o di un libro espurgato*).

Essenza – **Essenziale**: Essentia. « Multa ex graeco formata nova, ac plurima a Sergio Flavio, quorum dura quaedam admodum videntur, ut ens et essentia: quae cur tantopere aspernemur, nihil video; nisi quod iniqui judices inter nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus » (*Quint.* VIII, 3). Cf. etiam III, 6, et II, 14, ubi ponitur: « essentia atque entia ».

— A Cicerone hac significatione plerumque « natura » usurpatur; testatur tamen Seneca eum etiam interdum hac voce usum esse. « Cupio, si fieri potest propitiis auribus tuis, essentiam dicere: sin minus, dicam et iratis. Ciceronem auctorem huius verbi habeo, puto locupletem: si recentiorem quaeris, Fabianum, disertum et elegantem, orationis ad nostrum fastidium nitidae ... Rogo itaque permittas mihi hoc verbo uti » (*Sen., Ep.* 58).

— *V. Sostanza, sostanziale.*

— Ad essentiam pertinens, *vel* attinens; ad rem ipsam pertinens,

vel attinens (*essenziale*) - Ad essentiam quod attinet; ad rem ipsam quod attinet, ad naturam ipsam quod attinet (*essenzialmente*).

— Praecipuus; primarius; proprius; necessarius; in ipsa rei natura positus (*essenziale, primario* ecc.).

— Essentialis (*Fulg. Rusp. ad Trasim.* II, 4), « essentialiter » (*Augustin., De Trin.* VII, 2) voces sunt cadentis latinitatis.

Estasi - Estatico: Animi abalienatio (*Vallauri: estasi*); mentis animique in Deum raptus, us, m.; abalienatus a rebus (*vel* a sensibus) animus; mens sevocata a sensibus, *vel* a corpore.

— E graeco fonte: exstasis, is, f. (*ἔκστασις*).

— Divino spiritu afflatus, *vel* tactus (*estatico*); alienatus a sensibus animus in Deumque raptus.

— Abalienato a rebus omnibus animo in Deum rapi (*andare in estasi*).

— A sensibus abstrahi ac seraphicis liquescere ardoribus (*Acta Ap. sedis*) - Frequentibus mentis animique a corpore secessibus in Deum raptus, plus in caelis quam in terra versabatur (*Acta Ap. Sedis*).

Estemporaneo: Subitus, a, um (*Subitaneo, repentino*); ex tempore; v. g. versus ex tempore facere, *vel* fundere (*Cic.* = *detto di un poeta estemporaneo*); versus hexametros fundere ex tempore (*Cic.*).

Estetica: Liberalium artium ratio ac disciplina; optimarum artium disciplina ac ratio.

— E graeco fonte: aesthetica, ae, *vel* aesthetice, es, f. (*αἰσθητική*). Aesthetica ars, ratio, disciplina.

Estetico: Venustus, elegans, decorus; summa elegantia ac venustate conformatus.

— Venustatis, *vel* elegantiae sensus (*senso estetico*).

— E graeco fonte: aestheticus, a, um.

Estimo: (*la somma iscritta a ruolo quale quota di valutazione per l'imposta*). Census aestimatio; census taxatio; census, us, m. (= *valutazione e registrazione degli averi*).

Estonia: Estonia, ae, f.; Estonienses, ium (*abitanti dell'Estonia*); Tallinum, i, n. (*la capitale: Tallinn. - Lat. di Curia*).

Estradizione: Reorum traditio (*Cic.* = *consegna dei rei*). - Reorum traditionem petere, exigere (*chiedere l'estradizione*). - Jus tradendi reos (*diritto d'estradizione*). - Jure non pollere tradendi reos (*non avere il diritto d'estradizione*).

Estro: *V. Fantasia e Ispirazione.*

Eteroclito: Abnormis, enormis; exlex, egis (*irregolare*). - *Graece:* Heteroclitus, a, um (*Prisc.* - *ἑτερόκλιτος*).

Eterodosso – Eterodossia: Heterodoxus, a, um (*v. gr.*); heterodoxia, ae, f.; Ecclesia heterodoxa; religio, doctrina heterodoxa (*ἕτερος = altro - δόξα = opinione, dottrina*).

Etica: Philosophiae pars moralis (*Senec., Ep.* 89); philosophia moralis (Cf. *Cic., Fat.* 1); de moribus disciplina; de componendis moribus disciplina.

— Ex graeco fonte: ethica, ae; ethice, es, f. - Ex graeca voce *ἦθος = costume.*

Etichetta: I. Morum elegantia; exquisitissima morum elegantia; probatus mos et usus - Nihil nisi ex invecta morum elegantia facere; ut probatus usus, probatusque mos postulat, se gerere (*comportarsi secondo l'etichetta*).

II. Insigne, is, n.; pittacium, ii, n. (*cartello-etichetta*).

Etimologia: Vis nominis (*Cic.*); veriloquium (*Cic., Top.* 35); nominum enodatio (*Cic.*); verborum originatio (*Quintil.* I, 6, 28). - Nomen enodare, explicare; nominis originem rationemque explicare; nomen unde ductum sit explicare = *spiegare l'etimologia di un vocabolo.*

— Ex graeco fonte: etymologia, ae; etymologice, es, f.; etymon, i, n. (*ἔτυμον = propriamente significa vero, quindi genuino e originario senso della parola*).

Etimologista: Nominum enodandorum peritus, studiosus, doctor. - Etymologiae cultor, doctor, professor, peritus, peritissimus.

Etiologia: Doctrina (*vel* ratio, disciplina) de morborum causis.

Etisia: *V. Tisi.*

Etnografia: Descriptio gentium earumque naturae, indolis et morum; gentium morum descriptio.

— *Graece:* ethnographia, ae, f. - Ex graecis vocibus *ἔθνος = gente - γράφω = scrivo.*

Etologia: Ethologia, ae, f. (*v. gr. - Senec.*). - *V. Etica.*

Ettagono: Heptagonus, a, um (*v. gr.*). - Heptagonon, i, n. (*un ettagono*); *vel* figura heptagona; corpus heptagonum. (*ἑπτά = sette - γωνία = angolo*).

Ettara: *V. Metro e Quadrato e tradurre conseguentemente.*

Ettogrammo: Centum scripula; centum grammata. - *V. Grammo.*

— Quaternae unciae (*Luciano = gr.* 109 *circa*).

Ettolitro: Duceni sextarii, *vel* ducenti sextarii. - *V. Litro.*

Ettometro: *V. Metro e tradurre conseguentemente;* v. g. septuageni passus (70 *passi, cioè circa un ettometro*).

Ettowatt: *V. Watt.*

Eucaristia: Sacramentum Augustum; angelorum panis; Augustum altaris Sacramentum; Eucharistia, ae, f.

— *V. Comunione,* II.

Eufonia: Soni suavitas; vocis suavitas; suavis dulcisque sonus.

— Vocalitas, atis, f. (*Quintil.* I, 5, 4 = *consonanza, armonia, eufonia*).

— *Graece:* Euphonia, ae, f. (*εὖ = bene - φωνή = suono*). *V. Armonia.*

Euritmia: *V. Armonia, Proporzione, Simmetria.*

Eutanasia: Placida mors (*Virg.*); placida ac felix mors. - *Graece:* Euthanasia, ae, f. (*εὖ = bene - θάνατος = morte*).

Evangelizzare: Christiana religione (doctrina) excolere gentes - Evangelica luce illustrare populos, gentes... - Gentes a vana (ab impura) superstitione ad christianam veritatem virtutemque vocare, revocare, reducere - Hominum mentes errorum tenebris obvolutas christianae veritatis luce collustrare - Apostolicis Evangelii praeconum laboribus excultae gentes (*Popoli evangelizzati dai Missionarii*).

Evasivo: Ambiguus; incertus; rem non attingens.

Ex-alunno: Quondam alumnus; quondam disciplinae alicujus alumnus; quondam disciplinae meae alumnus (*mio ex-alunno*).

Exequatur: Apostolicae Sedis decreti exsecutio a civili potestate data (*Exequatur civile*). Exsecutio, onis, f., hac significatione invenitur apud Plinium, Tacitum et alios.

— « Dilata in diem ex die litterarum apostolicarum, ut loquuntur, exsecutione » (*Acta Leonis* 1895, p. 75).

— Regale placitum (*Regio placet*). Vox « placitum » hac fere significatione habetur apud Senecam, Ep. 95: « decreta ... vel scita, vel placita ».

Ex professo: Aperte; palam; consilio; ex professo (*Senec.-Quintil.*); professe; palam et professe (*Flor.* IV, 1, 7).

Ex-Re: Rex solio deturbatus; Rex dignitate auctoritateque spoliatus, expoliatus, despoliatus.

Ex-voto: (Donarium), donaria, iorum, n. pl. (*Aur. Vict., Caes.* 35, 7) = *dono votivo.*

F

Fabbriceria: Sacrarum aedium curatio, procuratio. - Consilium sacris aedibus curandis, *vel* procurandis. - Sedes consilii sacris aedibus procurandis (*la sede della fabbriceria*).

Fabbriciere: Sacrarum aedium curator, oris (*Morcelli*), *vel* procurator, oris.

— Neocori aedis (*Idem*), *vel* sacrae aedis neocori (*i fabbricieri*) Neócorus, i (*custode, sovrintendente del tempio*) vox est serioris latinitatis.

Facchino – Facchinaggio – Facchinata: Bajulus (*Cic. et a.* = *facchino*); *vel* gerulus (*Hor.-Suet.*). - Bajulare (*Phaedr.-Quint.* = *fare il facchino*); bajulare aliquid (*portare sul dorso*); se defatigare, se laboribus frangere (*sfacchinare*).

— Bajuli merces (*facchinaggio*); bajulo mercem dare, reddere, impertire (*pagare il facchinaggio*).

— Durissimus labor (*facchinata, o sfacchinata*). - Sordide dictum, factum (*facchinata in senso figurato*); *vel* inurbane dictum, factum; rustice, incondite, incomposite dictum, factum.

Facciata: Frons, ontis, f.; pronaum, i, n. (*pronao*); latus, eris, n. (*facciata laterale*).

— Domus prospectat, *vel* prospicit Thuscum mare (*Phaedr.* II, 5: *ha la facciata verso il mare toscano*).

Factotum: Actor auctorque (*Nep.* = *chi dà l'impulso direttivo ed insieme eseguisce*); rerum omnium actor auctorque.

Faida: Jus ultionis; *vel* privatae jus ultionis (*diritto di vendetta privata* = *faida. Propriamente* « ultio » = *vendetta privata;* « vindicta » = *vendetta secondo legge*). - « Faida, ae, f. » vox est infimae latinitatis, ex germanico fonte derivata.

Falcidia – Falcidiare: Detractio; v. g. detractio alieni (*Cic., Off.* III, 30 = *falcidia dell'altrui proprietà*).

— Detrahere (*falcidiare*); e. g. aliquid de summa frumenti (*Cic.*), nihil de vivo (*Cic., Flacc.* 91 = *niente dal proprio capitale*).

Faldistorio: Pontificale subsellium; episcopale subsellium. - Faldistorium, ii, n. (*Lat. Eccles.*).

Fallimento: *V. Bancarotta.*

Falsificare: Manum alicujus simulare (*falsificare la firma di uno*). - « Manus » apud Ciceronem significat etiam *calligrafia;* v. gr.

« alia manu »; « redii ad meam manum » (*torno a scrivere di mio pugno*).

— Testamentum supponere, *vel* subicere (*Cic.*, *Parad.* VI, 1 - *Phil.* XIV, 3 = *falsificare il testamento, sostituirlo con uno falso*); « Falsa testamenta supponere » (*Cic.*, *Leg.* I, 16).

— Nummos adulterare (*falsificare il denaro*); nummus adulterinus (*Cic.*); clavis adulterina (*Sall.*); signum adulterinum (*Cic.*, *Cluent.*, 14 = *sigillo falso*); jus civile pecunia adulterare (*Cic. Caecin.* 26); in codicem accepti et expensi falsas rationes referre (*falsificare il registro di cassa*).

Famedio: Famae templum (*Bennini: Inscript. fascic.*).

Famiglia: Domus (*casa e famiglia*); Regia Domus (*famiglia reale*); Sacra Domus, *vel* Diva Domus, *vel* Nazarethana Domus (*Sacra Famiglia*); domesticus convictus; domestica societas; familia (quae vox significat domesticam societatem cum dominis ac famulis una simul); gens (*famiglia con le sue parentele*), v. g. gens Cornelia, gens Fabia etc.

— « Prima societas in ipso conjugio est ...; id autem est principium urbis et quasi seminarium rei publicae ». (*Cic.*, *De Off.* I, c. 17).

Fanatico - Fanatismo: Fanaticus, furibundus; inflammato ac furibundo animo esse (*esser fanatico*); homo fanaticus (*Cic.*); philosophi superstitiosi ac paene fanatici (*Cic.*).

— Animus inflammatus, fanaticus, furibundus (*fanatismo*); fanaticum studium; fanaticus error (*Hor.*, *Art. Poët.* 454); furor; deliratio ac furor.

Fanatizzare: Fanatico studio (furore, errore) aliquem excitare, inflammare, compellere.

Fanfarone - Fanfaronata: Homo gloriosus; homo gloriosus ac vaniloquus (*millantatore vaniloquo*). - De se gloriosius praedicare; se jactare gloriosius et insolentius (*esser fanfarone*).

— Gloriatio (*Cic.* = *vanteria, fanfaronata*); jactatio (*Cic.*); verborum jactationes (*Cic.* = *fanfaronate, braverie*).

Fantasia - Fantasticare - Fantasticheria: Vis mentis, vis cogitationis (*Cic.*); mentis, *vel* animi celebritas (*Cic.* = *vivacità di fantasia*).

— Fingere aliquid cogitatione (*Cic.*); secum cogitare; animo revolvere, meditari (*fantasticare*). - Ne in cogitationem quidem cadit (*Cic.* = *non viene neppure alla fantasia*); tantummodo ad cogitationem valent (*Cic.* = *cose possibili solo alla fantasia*); in mentem venit (*Cic.*), subit cogitatio animum (*viene alla fantasia; viene in mente*).

— Inventio (*Cic., Tusc.* I, 26 et *Quint.*, X, 2, 12 = *immaginativa; inventiva; fantasia come facoltà inventiva*); *vel* inventio atque excogitatio. - Mentis inventum (*frutto della fantasia*); fictae cogitatione imagines (*fantasticherie*), *vel* mentis species, somnia, mentis visio, visum; res fictae, res commenticiae, commenta (*fantasticherie, chimere*).

— Oestrus, i, m. (*Virg.-Juvenal.-Stat.* = *tafano ed anche estro della fantasia*); *vel* poëticus furor; poëtica facultas (*Cic.* = *estro poetico*). *V. Ispirazione.*

— Morositas (*fantasticheria* = *capriccio di persone bisbetiche*), *vel* ingenium morosum.

— *Graece:* Phantasia, ae, f.; quam quidem vocem graecis litteris Cicero, latinis vero Seneca usurpat. - « ... Ille φαντασίαν, nos visum appellemus » (*Cic., Acad.* I, 11).

Fantastico: Commenticius, a, um (*Cic. et al.* = *inventato dalla fantasia, immaginario, ideale ed anche falso*). - Imaginarius, a, um (*Liv. et al.*).

— Morosus (*stravagante, bisbetico*); difficilis; insanus. - Insolitus, inusitatus, abnormis (*insolito, fuori del consueto, stravagante*).

Fanteria: Peditatus, us; pedites, um (*Cic.-Caes.*).

— Peditatum equitatumque cogere (*Caes., B. G.*, V, 3); stipendia pedibus facere (*Caes.* = *servire nella fanteria*).

Farmacia - Farmacista: Medicamentarius, ii, m. (*Plin.* = *farmacista*).

— *Graece:* pharmacopola, ae, m. - Ex graecis vocibus φάρμακον = *medicina* - πωλέω = *vendo.*

— Medicamentaria taberna, *vel* medicamentarii taberna, *vel* pharmacopolae taberna (*farmacia*); medicamentaria officina (*laboratorio farmaceutico*) - Instructa medicinae exercendae causa taberna (*Cic., Clu.* 63 = *farmacia*).

Fascista - Fascismo: Fascalis, e. Hoc adjectivum habetur in antiquis inscriptionibus, eoque significatur « ad lictorum fasces pertinens ».

— Fascales, ium (*i fascisti*); Fascalis nominis aetas, *vel* lictorii nominis aetas (*èra fascista*); Fascale regimen, *vel* Fascalium regimen (*regime fascista*); Fascalium pars, *vel* factio (*partito fascista*).

— Anno a fascibus restitutis, *vel* renovatis I, II, III etc. (*anno I, II, III ... dell'èra fascista*).

— Lictorius, a, um (*Plin.*) idem est ac « ad lictores pertinens »; ludi lictorii (*littoriali*).

— *V. Camicia nera.*

Fata Morgana: *V. Miraggio.*

Fattore: *V. Agente.*

Fattoressa: Villica, ae, f.; vilica, ae, f.; villici uxor.

Fattoria: Villa (*Cic. et al. = villa ed anche fattoria*); villa cum praediis multis (*una ricca fattoria*).

Fattura: Confectio (*composizione, confezione*); opus (*la cosa confezionata o fatta*); manupretium (*V. Manifattura, Mano d'opera*).

— Accepti *vel* expensi ratio; scripta accepti *vel* expensi ratio (*fattura commerciale*).

Fava: *Prender due piccioni a una fava:* Una mercede duas res assequi (*Cic., Rosc. Am.* 29, 80).

Favoritismo: Nimius in aliquem favor; nimium erga aliquem studium ac favor; nimium erga aliquem favoris studium; nimia erga aliquem gratia. - Effrenum, effrenatum, iniquum erga aliquem studium (*favoritismo eccessivo, sregolato, ingiusto*).

— Alicui nimia gratia (*vel* effrenato favore, *vel* iniquo studio) favere, (*vel* studere, *vel* indulgere) = *usare favoritismo con uno.* - Cf. favor in aliquem (*Liv.*); studium ac favor in aliquem (*Idem*).

— Nimia apud aliquem gratia (*favoritismo che si gode presso uno*); v. g. nimia apud aliquem gratia valere. - *V. Parzialità.*

— Nimium civilium partium studium; iniquum, effrenum, effrenatum in civilem suam partem (*vel* in factionem suam) studium (*favoritismo politico, eccessivo, sfrenato, ingiusto*).

Fazzoletto: Sudarium, ii, n. (*Catull.-Martial.-Suet. et a.*); hoc est linteum, quo sudor faciei detergitur et nares purgantur » (*Forcellini*).

— Ricinium, ii, n. (*Cic.-Varr. et a.*); seu « pallioli genus, quo tum viri, tum mulieres humeros et capita tegebant » (*Forcellini*).

— Linteolum, i, n. (*Plaut. et a.*) = *fazzoletto in genere, piccolo panno di lino.*

— Muccinium, *vel* mucinium, ii, n. (*Arnob.*); seu « linteum, quo extergetur nasi mucus » = *moccichino* (*Forcellini*).

Febbrifugo: *V. Antipirina.*

Fede: Fides; fidem habere alicui, *vel* tribuere, *vel* adjungere, *vel* adrogare alicui (*prestar fede ad uno*); fidem facere alicui (*procurare fede, credito presso un altro*); fidem dare alicui de aliquo, de aliqua re, *vel* fidem suam obligare (*dar la propria parola, assicura-*

zione, garanzia); fidem accipere (*accettare la parola, l'assicurazione*); fidem servare, conservare; *ac contra:* fidem liberare, exsolvere, laedere, fallere, mutare, prodere, frangere, violare. Quae omnia habentur apud Cic.-Liv.-Caes.

— Quaesitor de honoribus caelestium (*Morcelli: promotore della fede*); curator, *vel* procurator honoribus caelitibus tribuendis.

— Gentes ex inani superstitione ad christianos ritus traducere (*Idem: ridurre i gentili alla fede*).

— Christiani nominis propagator (*Idem: propagatore della fede*).

— *V. Evangelizzare.*

Federa: Pulvinorum tegmen, inis, n. (*Vallauri*); pulvinorum ornatus, us, m. (*Idem*). - Pulvini tegimentum, *vel* tegumentum, *vel* tegmentum, *vel* tegmen.

Fedina: I. Probitatis documentum; publicum probitatis documentum (*fedina penale*).

II. Barbula maxillaris (*Luciano: le fedine della barba*). - Barbula, ae, f. legitur apud *Cic., Cael.* 33.

Femminismo: Aequandus mulierum hominumque status; mulierum elatio ad virilia munera; mulierum hominumque aequatio; mulierum studium virilia capessendi munia (*femminismo secondo i vari sensi*).

— « Feminismus » qui dicitur; « feminismus », quem vocant.

Ferrajolo: Pallium, ii, n. (*Vallauri*).

Ferro da stirare: Pressorium, *vel* ferrum pressorium (Cf. *Ammian.* 28, 4, *Plin. Valer,* 2, 17).

Ferrovia - Treno: Via ferreis axibus constrata (*Vallauri: via ferrata*); via ferreis limitibus constrata (*M. Ricci, Varia Latinitas,* p. 189).

— « Vias . ferreis . axibus . constratas . ab . Urbe . ad . mare . mediterr. ad . fines . Neapolitanor . ob . mutua . commercia . deducendas . curavit » (*Th. Vallaurii Inscriptiones: Fasti rerum gestarum a Pio IX Pont. Max., pag.* 294).

— Via ferrata, ae - Adjectivum « ferratus, a, um » (*Virg.-Liv. et a.*) idem est ac ferro munitus. « Ferrati orbes rotarum » (*Virg., Geor.* III, 361) - A nonnullis ponitur etiam: ferrivia, ae, f.

— Ferratae viae statio (*stazione ferroviaria*); *vel* hamaxostichi statio (*stazione del treno*).

— Via ferreis ductibus constrata, *vel* strata (*via ferrata*). Ductus, us, significat etiam *conduttura.*

— Viam ferreis axibus sternere (*Bazzarini-Bellini, Protolessico It. Lat.* = *fare una ferrovia*).

— Perfossa, adacti, viscera montium - Currus anhelanti vapore - Agmine transiliunt citato ». (*V. Genovesi S. J., Carmina Patriae,* p. 6: = *Pei traforati monti s'inseguono dal chiuso vapore trainati i trasvolanti carri sbuffando*).

— « Hic ferventis aquae tumidum rapidumque vaporem
Conflictat frenatque tubis et carcere rauco,
Continuosque rapit ferrato tramite currus ».
(« *Inventa et mores* », *carmen Antonii Giovannini, praemio aureo donatum in certamine Hoeufftiano,* p. 8).

— Hamaxostichos, i, m. (*treno*). Haec vox est e graeco fonte ducta (*ἅμαξα = carro - στίχος, στοῖχος = fila, serie*); habetur tamen apud Plautum verbum «hamaxare », quod significat « currus curribus jungere ».

— A nonnullis ponitur etiam: vaporitraha, ae, f. (*Vox Urbis*). - Ab aliis: ferrea trahea, ae, f., quod tamen nihil aliud significat nisi *carro ferrato, o più esattamente treggia, slitta ferrata senza ruote*. Etenim « trahea, ae, f. » significat *treggia o slitta senza ruote* (*Cf. Forcellini*). - Ab aliis denique: vaporiferi currus (*M. Ricci, Varia Latinitas,* p. 197-200). Adjectivum tamen « vaporifer, a, um » significat *che manda vapore o calore;* v. g. vaporiferae fornaces (*Stat.*); vaporiferas, blandissima litora, Bajas (*Idem*).

— Ab aliis vero (*P. L. Rocci, Nuove favole latine,* p. 33, 41) praeter vocabulum « hamaxostichon » ponitur etiam : « vaporalis machina ». Adjectivum tamen « vaporalis, e » serioris est latinitatis (*S. August.*), ac rem non apte significat.

— Aptius dixeris: Curruum agmen vaporata aqua ductum, *vel* actum (*treno a vapore*), curruum agmen electride (electrica vi) actum (*treno elettrico*).

— Hamaxostichos communis, expeditus, citus, citissimus, rapidus etc. (*treno omnibus, accelerato, rapido* etc.).

— Ferratae viae opifices, *vel* addicti, *vel* praepositi (*ferrovieri*).

— Machina tractoria, *vel* currus tractorius (*locomotiva*). Adjectivum « tractorius, a, um » invenitur apud Vitruvium, X, 1: « Tractorium genus machinarum » - A nonnullis ponitur: vaporitraha, ae, f. (*treno, locomotiva*). Quae quidem vox aptius videtur significare *vaporiera, locomotiva,* quam id quod nos vulgato nomine *treno* vocamus, v. g. vaporitraha cum curribus aliquot viatoribus onustis, dum citato cursu procedit, e suis ductibus digreditur (*deviamento di un treno*).

— Viatorum currus (*vagone viaggiatori*). Currus onerarius (adjec-

tivum usurpatur a Livio), *vel* currus sarcinarius (adjectivum usurpatur a Caesare) = *carro merci*. Plaustrum carbonarium (*tender*); currus auxiliarius, *vel* auxiliaris (*tender = carro di scorta per il carbone, acqua ecc.*); vox « carbonarius » usurpatur a Plauto. Currus escarius (adjectivum usurpatur a Varr., Plin., Juvenal.), *vel* currus cenatorius (adiectivum usurpatur a Martial.-Petron. et a.) = *vagone ristorante.*

— Gerulus, i, m. (*Horat., Plaut.*); bajulus, i, m. (*Cic.*) = *facchino.*

— Tessera viatoria (*biglietto ferroviario*). Adjectivum « viatorius, a, um », seu ad iter pertinens, habetur apud Plinium et alios - Tessera viatoria ad eundum et ad redeundum valens (*biglietto di andata e ritorno*). - *Vel:* Tessera viaria; tessera viaria ad eundum et ad redeundum valens (*biglietto ferroviario; biglietto di andata e ritorno*). Adjectivum « viarius, a, um » legitur apud Cael. in Cic., Ep. VIII, 6, 5. - Vel: Ferratae viae tessera; ferratae viae tessera ad eundum et ad redeundum valens. - Vel: scheda viatoria; scheda viaria, schedula viatoria; schedula viaria; ferratae viae schedula ad eundum et ad redeundum valens etc...

— Tesserae viariae (viatoriae) diribitorium (*Ufficio distribuzione biglietti ferroviarii*); *vel* schedulae viatoriae (viariae) diribitorium. - Diribitorium, ii, n. aedificium erat, in quo res variae ordinabantur ac distribuebantur (*Cf. Suet., Claud.* 18 = *Plin.* XVI, 40, 76, n. 2) = *Fabbricato nella nona regione di Roma, in cui si ordinavano e distribuivano le tavolette delle votazioni, le paghe dei soldati, ecc...*

— Gemini ferratae viae axes (*binario*). Axis, is, m. significat *pernio di una ruota o sfera,* atque etiam *asse, trave.*

— *Binarii di smistamento; Stazione di smistamento: V. Smistamento.*

— Hamaxostichi stationis caupona (*Buffet della stazione*).

— Ferratae viae cuniculus (*tunnel, traforo*) - *V. Tunnel.*

— Hamaxostichi fenestella (fenestella, ae, f. apud Colum. I, 6) = *Finestrino del treno.* - Hamaxostichi index (*semaforo*). - *Graece:* Semaphorus, i, m.; *vel* semapherus, i, m. - *V. Semaforo.*

— *V. Sleeping car* (*carrozza per dormire*).

— *V. vol. I, pag.* 137.

Ferry-boat: (*voce inglese che significa nave da traghetto usata per locomotive, treni,* ecc). Navis hamaxostichum transvehens; navis ferratae viae currus transvehens.

Festa: Festum, i, n.; festa, orum; dies festi; sollemnia, ium, n. pl.;

feriae arum, f. pl. - Non autem, ut a nonnullis scribitur: Sollemnitas, atis; quae vox est serioris latinitatis.

— Feriae conceptivae sollemnes, *vel* sollemnia conceptiva (*feste mobili*) - Feriae conceptivae apud Varronem, L. L., V, 3, sunt quae non habebant certos constitutos dies, sed a magistratibus, vel a sacerdotibus concipiebantur seu conceptis verbis indicebantur.

— Feriari (*Cic.: far festa o vacanza*); ferias habere, ferias celebrare (*Liv.*).

— Habere ferias in biduum, in triduum (*Cic.*).

— Ferias imperare (*Cic.*); ferias indicere (*Liv*).

— Religionem diei festi colere (*Acta Leonis*, vol. XI, p. 140 = *osservare la festa*); dierum sacrorum publice inviolata religio (*Ibidem* = *osservanza pubblica della festa*) - *V. Riposo festivo.*

— Omnibus modis depexum aliquem et exornatum dare (*Cf. Ter., Heaut.* V, 1, 77 = *conciare uno per le feste*); converret jam hic me totum cum pulvisculo (*Plaut., Rud.* III, 6, 7 = *mi aggiusterà per le feste; letteralmente: spazzolerà via me insieme alla polvere, a furia di percosse*).

Fettuccine: *V. Lasagne.*

Feudo - Feudatario: Oppidum privi juris usu fructuque (*Morcelli: feudo*); oppidum, *vel* regio privi juris, *vel* oppidum (regio) ditionis propriae.

— Oppidum, *vel* regionem lege vectigali alicui adtribuere (*Idem: dare in feudo*) - Locum, *vel* regionem beneficiario nomine obtinere (*ottenere un feudo*). Vocabulum « beneficiarius » legitur apud Caesarem et Vegetium, ad eumque pertinet, cui stipendia, honores, et alia id genus dabantur vel ob honestiorem in militia gradum, vel ob exactam more militiam, vel denique ob militaris muneris vacationem praemii loco acceptam.

— Dynasta, ae, m. (*Idem: feudatario*); toparcha, ae, m. (*Vallauri*).

— Cliens, entis (*Idem: suddito del feudatario*).

— Voces « feudum, i, n. », « feudalis, e » et « feudatarius, ii, m. » a juris consultis usurpantur infimae latinitatis.

— *V. Vassallo, Vassallaggio.*

Fiammifero - Fiammiferaio: Ramentum sulphuratum (*Martial.* X, 3); seu fragmentum ligni sulphure illitum (*zolfanello*) - Sulphuratum, i, n.; sulphurata, orum, n. pl. (*Plin.* XXXVI, 19, 30) = *zolfanelli* - Flammiferum ramentum (*fiammifero*).

— Mercis sulphuratae institor (*Martial.* XII, 57) = *venditore di zolfanelli; vel* sulphuratorum institor (*fiammiferaio ambulante*).

— Mercis sulphuratae opifex (*fiammiferaio* = *fabbricatore di fiammiferi*).

— Theca sulphuratis asservandis (*scatola di fiammiferi*); *vel* theca flammiferis ramentis asservandis.

— Nonnulli ponunt: igniarium, ii, n.; haec tamen vox aridam significat materiem ad ignem facilius excitandum aptam (Cf. *Plin.* XVI, 40, 76). Itaque, igniarius lapis = *pietra focaia;* igniarium, ii, n. = *esca.*

Fiasco – **Fiaschetteria**: Oenophorum, i, n. (*Vallauri*); quae quidem vox graeca (*vaso di vino*) in Forcelliniano lexico vulgata lingua redditur = *borraccia, bariletto, fiasco* (*Cf. Hor., Sat.* I, 6, 108).

— In eodem Vallauriano lexico hoc loco adjungitur: Triental, alis, n., quod tamen mensurae genus videtur potius significare *fiaschetto, fiaschetta, bottiglietta.*

— Ab aliis ponitur: Lagena, *vel* lagoena, ae, f.; quae quidem vox aptius fortasse usurpatur ad significandum *boccale, bottiglia, borraccia, litro.* - *V. Litro.*

— Taberna vinaria (*Varr.*); caupona; cauponula (*Cic.*) = *fiaschetteria, osteria, osteriola.*

Figlie della carità: Puellae a caritate (*Acta Ap. Sedis,* 1930, p. 515).

Figlie di Maria: Puellae Mariae Virgini sacrae, *vel* devotae. - Puellae mariales (*Bettelli, Inscript.* p. 158).

Filanda: Filis deducendis officina; deducendo stamini officina. - Deducere, *vel* ducere stamen (*Ov.* = *filare*).

— Lanificium, ii, n. (*Justinian. et a.* = *filanda di lana*); filificium, ii, n. (*filanda in genere*); quae quidem vox, quamvis « cinctutis non exaudita Cethegis » (*Hor., Ep.* II, 3, 50), in usum induci posse videtur.

Filantropia – **Filantropo**: Humanitas (*Cic. et a.* = *senso di umanità*). - Humanissimus homo; vir hominum amans, amantissimus; vir hominum studiosus, studiosissimus = *filantropo.*

— *Ex graeco fonte:* Philanthropia, ae, f.; philanthropiae cultor, sectator, assectator(*filantropo*); philanthropicus, seu ad philantropiam pertinens, attinens (*filantropico*). - Ex graecis vocibus φίλος = *amico* - ἄνθρωπος = *uomo.*

Filatelica – **Filatelico**: Pittaciorum vehicularium (*vel* cursualium) doctrina, ars, disciplina (*la filatelica o filatelia*). - Ad pittacia vehicularia pertinens, attinens (*filatelico*). - Cursualium pittaciorum studiosus (*un filatelico, filatelista*). - Peculiare pittaciorum cursualium pretium (*speciale valore filatelico*).

— Pittacia vehicularia in ordinem redacta (*collezione filatelica*); *vel* pittaciorum cursualium corpus. - « Corpus » interdum significat etiam rerum acervationem, vel nexum; e. g. corpus juris (*Ulp., Dig.*), corpus rei publicae (*Cic.*), rerum naturae corpus (*Vell.* = *l'insieme del mondo*).

— *Graece:* Philatelia, ae, f. - Philatelicus, a, um.

— Pittaciorum cursualium usus, auctore Rolando Hill, primum apud Anglos inductus fuit anno, ut videtur, MDCCCXXXX (*L'uso dei francobolli fu introdotto per la prima volta in Inghilterra da Sir Rowland Hill circa il 1840*).

Filiale: Filii animo; ut filium addecet; qua filius; *vel aliae id genus circumlocutiones:* V. g., amor filii in patrem, *vel* erga matrem (*amor filiale*).

— Non autem « filialis, e »; quae vox serioris est latinitatis (*S. Aug.*).

— *Filiale nel senso di « Succursale »;: V. Succursale.*

Filibustiere: *V. Corsaro.*

Filippine: Philippinae insulae; *vel* Philippianae insulae.

Filippino: Sodalis philippianus (*M. Ricci: prete dell'Oratorio*).

Finlandia: Finnia, ae, f. - Finni, orum (*i Finlandesi*). - Helsinchium, ii, n., *vel* Helsinchia, ae, f. (*la cap. Helsinki*).

Film: (*v. ingl.*) *V. Cinematografo.*

Filologia – Filologo – Filologico: Antiquarum litterarum disciplina, studia, ratio (*filologia*). - *Graece:* Philologia, ae, f. (*φίλος = amico - λόγος = discorso, linguaggio*).

— Philologiae cultor, studiosus, doctor, professor, peritus, peritissimus; philologus, i (*filologo*). - Ad philologiam pertinens, attinens; philologicus (*filologico*).

Finanza: Res nummaria (*Cic., De Off.* III, 20); ratio nummaria (*Cic., Att.* X, 13); de re nummaria disciplina (*scienza, arte della finanza*).

Fino a un certo punto: Quadantenus (*Plin.*).

Fior di farina: Pollen, inis, n.; pollis, inis, m. et f.; pollinis flos (Cf. *Plin.* XIII, 12, 26); farinae pollen.

— *V. Polline.*

Firmare: *V. Sottoscrivere.*

Fiscalità: Fiscales molestiae (*Aurel. Vict., Caesar* 41); acerbae rerum fiscalium exactiones (*Forcellini*); fiscalia, ium, n. pl. (*Inscript. Ant.*); fiscale jus, fiscalia jura (*Dig.*).

Fisica – Fisico: Physica, ae, *vel* physice, es, f. (*Cic.*). « Sed enitor ut latine loquar, nisi in hujuscemodi verbis, ut philosophiam,

aut rhetoricam, aut physicam, aut dialecticam appellem, quibus, ut aliis multis, consuetudo jam utitur pro latinis ». (*Cic., Acad.* I, 7). - Physica, orum, n. pl. (*Cic.*); v. g. in physicis totus est alienus (*Cic.*), in physicis plumbeus (*Cic.*); ignarus physicorum (*Cic.*) = *che non è portato alle scienze fisiche, che le ignora.* - Physice dicere (*Cic.*).

— De rerum natura doctrina (disciplina, scientia, studia); physica disciplina, doctrina, scientia, studia.

— Physicus, i, m. (*Cic.* = *un fisico*); speculator ac venator naturae (*Cic.*); naturae acer investigator ac diligens (*Cic.*). « Non pudet igitur physicum, id est speculatorem venatoremque naturae, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis? » (*Cic., De Nat. D.*, I, 30). « Acer investigator et diligens earum rerum, quae a natura involute videntur » (*Cic., Univ.* 1).

— Physicae disciplinae (*vel* physicorum) doctor, cultor, studiosus, professor, peritus, peritissimus.

Fisiologia: Naturae ratio (*Cic., Divin.* I, 41); ratio ac doctrina de animantium natura (*scienza fisiologica*); physiologia, ae, f. (*Cic.*). - Ex graecis vocibus φύσις = *natura* - λόγος = *discorso, ragionamento.*

— « Qui ... naturae rationem, quam physiologiam Graeci appellant, notam sibi esse profitebatur » (*Cic.*, Divin. I, 41).

— Haec apud Ciceronem leguntur, qui quidem physiologiam, ex ipsius graeci vocabuli vi, rem in universum considerabat. Hodie tamen physiologia peculiaris est disciplina, quae ad animantium solummodo naturam pertinet. Res igitur reddi latine potest: animantium naturae ratio; de animantium natura ratio ac doctrina; animantium corporum descriptio. Vel clarius redditur per graecam vocem: « physiologia, ae, f. ».

Fisionomista – **Fisonomista**: Physiognomon, monis, m. (*v. gr. apud Cic., De fato* 10); seu qui hominum naturam ac mores ex eorum lineamentis facile cognoscit. - Qui homines facile dignoscit ex eorum lineamentis *vel* ex eorum adspectu (*fisionomista*).

Fitogeografia: Phytogeographia, ae, f. (*v. gr.* = *descrizione delle piante secondo la loro distribuzione nel mondo*). - Ex graecis vocibus φυτόν = *pianta* - γῆ = *terra* - γράφω = *scrivo.*

Fitologia – **Fitognosia**: Herbarum arborumque descriptio, doctrina disciplina, scientia. « Stirpium naturas omniumque fere rerum, quae ex terra gignuntur, causas atque rationes persequi » (*Cic., Fin.* V, 10 = *studiare la fitologia*).

— *Graece:* Phytologia, ae, f. - Phytologiae cultor, doctor, studiosus, peritus, peritissimus (*un fitologo*). - Ex graecis vocibus φυτόν = *pianta* - λόγος = *discorso, ragionamento.*

Fitopatologia: Arborum curandarum ratio, scientia, doctrina, disciplina, ars. - Arborum morbos curandi ratio, ars, disciplina. - Arborum curationes. - « Curationes » apud Ciceronem significat etiam *metodo di cura.* - *Graece:* Phytopathologia, ae, f. - Phytopathologiae cultor, doctor, peritus etc... (*fitopatologo*). - Ex graecis vocabulis φυτόν = *pianta* - πάθος = *patimento* - λόγος = *discorso, ragionamento.*

Flagrante delitto: Manifestum atque deprehensum scelus (*Cic., Cat.* III, 5) - In manifesto ac deprehenso scelere (*in flagrante delitto*) - Aliquem deprehendere in manifesto scelere (*cogliere in flagrante delitto*); deprehensus in manifesto scelere (*colto in flagrante delitto*).

Flebite: Venarum inflammatio, *vel* venarum inflatio.

— *Graece:* Phlegbites, is, f.; *vel* phlebites, is, f. (φλέγω = *infiammo*).

Flebotomia – Salasso: Incisio venae; sanguinis detractio; sanguinis missio; *graece:* phlebotomia, ae (*Veget., Veterin.* I, 14). - Phlebotomatus, a, um (*salassato*) invenitur apud *Coel. Aurel., Tard.* II, 13. - Ex graecis vocibus φλέψ = *vena* - τέμνω = *taglio.*

Flogosi – Flogistico: Inflammatio, *vel* inflatio, onis, f. (*flogosi*). - Ad inflammationem pertinens, *vel* attinens (*flogistico*). - Stomachi inflatio, *vel* inflammatio (*processo flogistico dello stomaco*).

— *Graece:* Phlegosis, *vel* phlogosis, is, f. (*t. med.*). - Phlegisticus, *vel* phlogisticus, a, um (φλέγω = *infiammo*).

Floreria: *V. Foriere.*

Florilegio: *V. Antologia.*

Flottiglia: *V. Squadriglia.*

Flusso e riflusso del mare: Aestuum marinorum accessus et recessus (*Cic.*).

— « Quid de marinis aestibus dicam? quorum accessus et recessus lunae motu gubernantur » (*Cic., Divin.* II, 14)

Focaccia: Placenta, ae, f.; libum, i, n. (*Cat.-Hor.*); a nonnullis ponitur etiam « turunda », quae tamen vox (*Cat. et a.*) videtur potius significare *cotoletta, frittella.*

— Paria paribus respondere (*Cic.*); pari par respondere (*Plaut.*); par pro pari referre (*Ter.*) = *render pan per focaccia; render la pariglia.*

Fondatore: Auctor, conditor, constitutor (*Cic. et a.*), fundator (*Virg., Aen.* VII, 678).

— Legifer pater, *vel* conditor (*fondatore di un Ordine Religioso*).

Fondatrice: Auctor, oris, m. et f. (*Cic. = autore e autrice*); « auctrix, icis » est serioris latinitatis (*Tertul.*).

— Parens, entis, m. et f. (*Cic.*).

— Conditrix, icis, f. (*Macrob.-Apul.*).

— Legifera mater, *vel* parens (*fondatrice di un Ordine Religioso*); auctor ac magistra.

Fondazione: Aedificatio; exstructio (*Cic. et al. = edificazione*), v. g. urbis, domus, villae. - Constitutio (*Cic. et al. = costituzione, disposizione*), v. g. civitatis, religionis, populi (*Cic.*).

— Vox « fundatio » usurpatur in n. pl. a Vitruvio (*le fondazioni, l'atto di porre i fondamenti*); v. g. fundationes aedium (*Vitruv.* V, 3 *et al.*); substructionis fundationes fodere (*Idem,* III, 3).

— Fundamentum (*Cic. et al.*); fundamen (*Virg.-Ovid.*) = *fondamento.*

— Ab Urbe condita (*Cic. et al. = dalla fondazione di Roma*).

Fonderia: Furnus, i, m. (*Plaut.-Plin.-Vitruv. = forno per cuocere pane, fonder bronzo,* ecc.) - Fornax, acis, f. (*Cic. et a. = per cuocer calce, laterizi, per fonder metalli* ecc.); v. g. fornax aeraria (*Plin.*), fornax calcaria (*Cato*). - *V. Acciaieria.*

— Furnus conflatorius, *vel* conflatorium, ii, n. (« *Alma Roma* » *Comment.* 1942, p. 100) = *alto forno, forno fusorio* - Adjectivum « conflatorius, a, um » a latinitatis scriptoribus non usurpatur; verbum tamen « conflare », ex quo ducitur, significat etiam: *fondere, liquefare* - Furnus fusorius, *vel* fusorium, ii, n. (*alto forno, forno fusorio*). Adjectivum « fusorius, a, um », itemque « fusorium, ii, n. (*Pallad.*) voces sunt serioris latinitatis.

— Officina metallis liquefaciendis.

Fonico - Fonetico: Ad sonum (*vel* ad vocem) pertinens, attinens. - Vocalis, e (*Cic. et al. = sonoro, di voce forte, risonante, vocale*). - *Graece:* Phoneticus, a, um (φωνή = *suono*). - *Accento fonetico: V. Accento tonico.*

Fonografo: Phonographium, ii, n. (φωνή = *suono* - γράφω = *scrivo*).

— A nonnullis minus recte ponitur: phonographus, i, m., *vel* phonographum, i, n. Vox enim « graphium », seu stilus, habetur apud Ovidium, Senecam et alios, ac significat apicem ferreum ad scribendum aptum; quod quidem etiam in phonographio adhibetur.

— *Punta per fonografo:* graphium, ii, n.

— Machinatio vocibus iterandis (*Luciano*).
— Machina impressas voces referens.
— Orbis phonographicus (*disco*); *vel* orbis sonis asservandis iterandisque. - Tuba phonographii, *vel* grammophonii (*tromba del grammofono o del fonografo*).
— « Machina parva sonos, dictu mirabile monstrum,
Auscultat cupide, caecaque ambage recondit.
Lamina versa manu sonitum dein reddit, et apte.
Incisos repetit sermones voce fideli ».
(« *Inventa et mores* ») *carmen Antonii Giovannini, praemio aureo donatum in certamine Hoeufftiano*, p. 10).

Fonogramma: Phonogramma, atis, n. (*φωνή = suono - γράμμα = scritto*).

Fonologia - Fonologico - Fonografia - Fonografico: De vocibus doctrina, disciplina, scientia (*fonologia*). - Vocibus describendis ratio, scientia, doctrina, disciplina (*fonografia*).
— *Graece:* Phonologia, ae, f. - Phonographia, ae, f. - Ad phonologiam pertinens, attinens; phonologicus, a, um. - Ad phonographiam pertinens, attinens; phonographicus, a, um.

Fonometro: Soni intentionis index, icis, m. - Intentio vocis (*Senec.*); intentio soni (*Quint.*). *Contra:* remissio vocis, *vel* soni (*Accrescimento, abbassamento della voce o del suono*).
— E graeco fonte: phonometrum, i, n. (*φωνή = suono - μέτρον = misura*).

Fonte Battesimale: Fons salutaris lavacri (*Morcelli*).
— Lustralis aquae fons.
—Sacro fonte lustrare, *vel* expiare aliquem (*battezzare*) - *V. Battesimo.*

Foot-ball (*v. inglese = gioco del calcio*) : Follem pede pulsare, *vel* folle calcibusque ludere - Follis, is, m. est pilae genus omnium maximum, constans ex aluta vento inflata (*Forcellini: pallone*) - « Folle decet pueros ludere, folle senes » (*Martial.* XIV, 47).
— Ab aliis ponitur: harpastum, i, n., quod lexicon forcellinianum vulgata lingua reddit *palla del calcio*. Res in eodem lexico ita describitur: « Hoc pilae genus non repercutitur, sed cum multi ludentes in duas partes divisi sunt, quisque annititur pilam arripere, et ad eos, qui post se sunt viciniores limitibus, transmittere: ejusque partis victoria est, quae pilam extra limites adversariae partis ejecerit. Laboriosum ludi genus est, grandioribusque tantum conveniens. Cum enim multi simul pilam arripere conan-

tur, in terram se invicem prosternunt, pulvereque et sudore infecti flavescunt ». Cf. *Martial.* IV, 19; VII, 67 - Ut facile cernitur, hoc ludendi genus non omnino ei respondet, quod nos *gioco del calcio* vocamus; est tamen simile.

— Ab aliis ponitur: sphaeromachia, ae, f. seu pilae certamen, *vel* pilaris lusio (*Stat., Silv. IV, praef. - Senec., Ep.* 80). Haec vox « sphaeromachia », e graeco fonte ducta, fere idem significat, ac harpastum.

— Follem in portam ingerere; *vel* follem in rete ingerere (*mettere in porta, mettere in rete, far goal*).

Foraggiare: *V. Andar per legna, per foraggio* ecc.

Foraneo: *Vicario foraneo: V. Vicario.*

Forchetta: Furcula, fuscina, fuscinula (*Cic.-Liv. et a*). Aptius tamen dicitur: Escaria furcula, *vel* fuscina, *vel* fuscinula (*forchetta per mangiare*). Adjectivum « escarius, a, um » (*Plaut.-Varr.-Plin.* = *attinente al cibo.*

— Exquisite loqui (*Vallauri*), *vel* nimium exquisite loqui (*parlare in punta di forchetta*).

Forcina - Forcella: Furcilla crinalis (*forcina o forcella per capelli*); *vel* crinalis furcula.

Forfora: Furfur, uris, (*Plin.* XXVI, 1, 2 *et al.*). - Porrigo, inis, f.; quae tamen vox illud videtur potius cutis vitium significare, quod vulgari lingua *tigna* dicitur. (Cf. *Cels.* V, 2). - *V. Tigna.*

Foriere del Sacro Palazzo - Floreria dei SS. PP. AA.: Procurator a supellectili Sacri Palatii (*Morcelli*), *vel* Sacrae Domus; *vel:* A supellectili Sacri Palatii (*Idem*); *vel:* Supellectilis Pontificiae Domus procurator. - Dictio « Forerius Major » (Cf. *Annuario Pontificio*) infimae est latinitatis.- Munus (*vel* sedes) Procuratoris supellectilis Pontificiae Domus (*Floreria dei SS. PP. AA.*); *vel:* Procuratio supellectilis Pontificiae Domus; *vel* Sedes supellectili curandae Pontificiae Domus (*sede della Floreria dei SS. PP. AA.*) - A nonnullis ponitur: Fodrarius (*foriere*); Fodraria (*Floreria*) ex voce « fodrum » = *foraggio.* Haec tamen vocabula sunt omnia infimae latinitatis.

Formazione: Formatio (*il dar forma, o figura, il modellare, il plasmare, sia in senso materiale, sia morale*); e. g. oblonga fori formatio (*Vitruv.*); columnarum formationes (*Idem*); morum formatio (*Sen., Ep.* 117).

— Conformatio (*Cic. et a.* = *disposizione, ordinamento, configurazione, sia in senso materiale, sia morale e metaforico*); v. g. con-

formatio lineamentorum, oris, corporis (*Cic.*); ratio quaedam conformatioque doctrinae (*Cic. = metodo scientifico*); « qualis sit animus in ipso corpore, quae conformatio, quae magnitudo, qui locus » (*Cic., Tusc.* I, 22).

— Figuratio (*Vitruv.-Plin. = forma, figurazione in senso materiale*).

Fornitore: Praebitor, oris, m. (*Cic., De Off.* II, 53 = *fornitore in genere*). - Venditor, oris m. (*Cic. et a.* = *fornitore per vendita*). - Redemptor, oris, m. (*Cic. et a.* = *fornitore o impresario, in seguito ad appalto*); v. g. redemptor frumenti (*Liv.* = *chi ha preso in appalto la fornitura del frumento*).

— Non autem, ut nonnulli ponunt: « subministrator »; quae quidem vox significat *coadiutore, ministro, compagno;* v. g. subministrator libidinum (*Sen. Ep.* 114, 25).

Fornitura: Suppeditatio, onis, f. (*Cic. et a.* = *il fornire*). - Praebita, orum; *vel* praebenda, orum, n. pl. (*le cose fornite, o da fornire*).

Forno crematorio: Ustrinum, i, n., *vel* ustrina, ae, f. (*Inscript.*).—

— *Alto forno: V. Fonderia.*

Forviare o **Fuorviare**: Aliquem e recto itinere abducere, *vel* aliquem transversum agere, impellere, rapere.

Forza centrifuga – centripeta: *V. Centrifugo - Centripeto.*

Fosforo – Fosforico – Fosforescenza: Phosphorus, i, m. (*Vallauri*); quae quidem vox, ex graeco fonte derivata (φῶς-φέρω), ac « luciferum » significans, apud Ciceronem (*De Nat. D.* II, 20) et alios latinitatis scriptores optimos stellam solis nuntiam indicat (*lucifero*).

— Luciferum elementum; lucifera materies, quae graece phosphorus dicitur.

— Phosphoreus, a, um (*Prudent.*); per noctem radians, splendescens, splendens, micans (*fosforico, fosforescente*); vermiculi nocte (*vel* de nocte) tenuem exserentes splendorem (*vermi o bruci fosforescenti*); vermiculi radiantes « per umbram noctemque profundam » (*Virg.*).

— Vis nocte radiandi, *vel* vis tenuem exserendi lucem per noctem (*fosforescenza*); v. g. nonnullae bestiolae naturalem vim habent tenuem exserendi lucem per noctem (*alcuni insetti mandano una tenue fosforescenza durante la notte*).

Fossile: Fossilis (*Varr.-Plin.*); fossicius (*Varr.-Plin.*) - Res fossiles; fossilia (*i fossili*). - Carbo fossilis, *vel* fossicius (*carbon fossile*) - Concha, *vel* conchula fossilis (*conchiglia fossile*).

— *V. Antrace, Antracite, Lignite, Litantrace.*

Fossilizzarsi: Fossilem fieri; durescere; obdurescere; durare; veluti petra durescere; quasi lapis obdurescere, durare, durari; v. g. lignum sub terram veluti petra obdurescit; lignum sub terram coalescit ac durat (*il legno sotto terra si fossilizza*).

— *In senso figurato:* Consenescere; inertem fieri; obsolescere.

Fotofobia: (*affezione fisico-morbosa = avversione alla luce*) Lucis timor; lucis fuga; lucis odium. - Lucis osor (*affetto di fotofobia*); lucifugus (*Virg., Ge.,* IV, 243); lucifugi (*sost. pl. in Cic., De fin.,* I, 61, *in senso fig.*); lucem perosus, a, um.

— *Graece:* Photophobia, ae, f. (*φῶς = luce - φόβος = timore*).

Fotografia - Fotografare: Imago luce impressa, *vel* expressa (*Vallauri, Inscript.: una fotografia*). - Imago obiectu lucis expressa (*Bettelli, Inscriptiones,* p. 23). - *Graece:* imago photographica (*φῶς = luce - γράφω = scrivo*).

— Imagines ope lucis imprimere; imagines luce pingere, *vel* luce imprimere (*fotografare*). - Simulacrum luce graphice exprimere (*Bettelli, Inscriptiones,* p. 3).

— Ars imagines pingendi ope lucis, *vel* imagines ope lucis imprimendi (*Arte fotografica*). - *Graece:* Ars photographica.

— Artifex imaginibus luce imprimendis, *vel* pingendis (*fotografo*). - *Graece:* Photographus.

— Taberna, *vel* officina imaginibus luce imprimendis (*Bottega, laboratorio fotografico*).

— *Graece:* Taberna, *vel* officina photographica.

— A nonnullis ponitur: photopingere, photopictura, photopictor (*Ch. Dumaine, Conversations Latines,* p. 356) Hae tamen voces, partim e graeco, partim e latino fonte ductae, non videntur probandae.

— Machina imaginibus luce imprimendis (*Macchina fotografica*). - *Graece:* machina photographica.

— Capsula, *vel* theca obscura (*camera oscura*).

— Orbis, *vel* orbiculus photographicus (*obiettivo*).

— Diaphragma, atis, n. (*diaframma*).

— Imaginem luce impressam medicata aqua detegere (*sviluppare una fotografia*).

— Imaginem luce impressam medicata aqua firmare (*fissare una fotografia*).

— Imaginibus luce impressis opportunum dare colorem (*virare*).

— *Negativa fotografica: V. Negativa II.*

— Vitrum, *vel* bractea imaginibus luce reddendis, *vel* referendis,

vel imprimendis (*lastra o pellicola*) - *Graece:* vitrum photographicum, bractea photographica (*lastra o pellicola fotografica*).

Fotometro: Lucis index, icis, m. - *Graece:* Photometrum, i, n. (φῶς = *luce* - μέτρον = *misura*).

Fototerapia: Solaris curatio; solares curationes. - *V. Elioterapia.*

— *Graece:* Phototherapia, ae, f.; phototherapeutice, es, f.; phototherapeuticae curationes (φῶς = *luce* - θεραπεία = *cura*).

Fototipia: Luce metalla incidere, imaginesque typis exprimere (*Luciano*) = *fare fototipie.*

— Imago luce typisque impressa (*una fototipia*); *vel* phototypica imago.

Fragile – Frale – Frangibile: Fragilis, e (*in senso proprio e figurato*); v. g. Fragiles rami (*Virg., Ecl.* VIII, 40); fragilis cera (*Ovid., Met.* XV, 169); saccharon... dentibus fragile (*Plin.* XII, 8, 17); fragile corpus animus sempiternus movet (*Cic., Somn. Scip.* 8); anni fragiles et inertior aetas (*Ovid., Trist.* IV, 8 = *la vecchiaia coi suoi malanni*).

— Caducus; infirmus; imbecillus; fluxus; v. g. fragilis et caducus (*Cic.*); res humanae fragiles caducaeque (*Cic.*); corpus caducum et infirmum (*Cic.*); spes caduca (*Ovid.*); imbecilla aetas (*Sall.*); gloria fluxa (*Sall.*); fluxa fides (*Sall.*); fluxa corpora (*Tac.*); fluxa auctoritas (*Tac.*).

Fragilità – Fralezza: Fragilitas (*in senso proprio e figurato*); v. g. turis fragilitas (*Plin.*); humani generis imbecillitas et fragilitas (*Cic., Tusc.* V, 1 = *fragilità umana*); humanae fidei fragilitas (*Apul.*).

— Imbecillitas; debilitas; infirmitas; fragilis mollitia (*fragilità umana = propensione alla lussuria, al vizio*); hominum infirmitas (*Cic.*), *vel* humana infirmitas (*Quint.*) = *debolezza, fragilità umana anche in senso morale.*

Framassoni – Framassoneria: Francomurarii, orum (*Acta Ap. Sedis*).

— Lucifuga francomurariorum secta (*la framassoneria, setta segreta, nemica della luce*).

Frana – Franare: *V. Smottamento, Smottare.*

Francescano: Franciscalis (*Morcelli*); frater franciscalis, *vel* sodalis franciscalis (*Idem*).

— Sodalium, *vel* fratrum franciscalium ordo (*Idem: Ordine francescano*).

— Frater franciscalis tertianus (*Idem: Terziario francescano*). - *V. Terziario.*

— Sodalis franciscalis ex Ordine veteris observantiae (*Idem: Francescano dell'antica osservanza*).

— Sodalis franciscalis ex familia reformatorum (*Idem: francescano riformato*).

— Franciscalis capulatus (*cappuccino*). Adjectivum « capulatus, a, um » legitur in antiquis inscriptionibus, v. g. « capulati sacerdotes »; eoque ille significari videtur, qui capulum habet, seu apicem in pileo. - (Cf. « Forcellini » et « Thesaurus linguae latinae »).

— Franciscalis virgo Deo devota, *vel* Deo sacra (*Francescana*).

— Franciscalis atratus (*Francescano Conventuale. - Cf. Schiassi: Specimen inscriptionum Coem. Bonon.* p. 124 et 131). - Vox « atratus, a, um » apud Cic. et al. significat = *vestito di nero*. - Vox autem « Conventualis » est infimae latinitatis.

Franchigia postale: Cursualis pretii immunitas; vehicularis pretii immunitas; gratuita epistularum missio. - *V. Posta.*

Francobollo: Pittacium cursuale; pittacium vehicularium - Pittacium, ii, n. est scidula, vel chartae particula, quae alicui rei pice, vel cera aliave re affigitur (*Forcellini*). Adjectivum « vehicularius, a, um » *vel* « vehicularis, e » idem est ac « ad vehicularium cursum pertinens » seu « ad publicum cursum pertinens » (*posta, postale*). Cf. *Suet., Aug.*, 49.

— *V. Filatelica - Filatelico.*

— A nonnullis ponitur: sigillum cursuale. Haec tamen vox videtur potius significare « *timbro postale* ».

— Epistulam pittacio vehiculario munire (*affrancare una lettera*).

— Pittaciorum cursualium usus, auctore Rolando Hill, primum apud Anglos inductus fuit anno, ut traditur, MDCCCXXXX. (*L'uso dei francobolli fu introdotto per la prima volta in Inghilterra circa il 1840, essendone inventore Sir Rowland Hill*).

— *V. vol. I, pag.* 224.

Frangente: Rerum discrimen; rerum angustiae; res dubiae, *vel* ancipites.

— *Nel frangente:* necessario tempore; ancipiti re et suspensis inter spem metumque animis (*Acta Leonis*).

Franklin: Hypocaustum (*vel* laconicum) Franclinianum; hypocaustum Francliniano more instructum; laconicum Francliniano more instructum (*stufa alla maniera di Franklin*). - *V. Stufa.*

Frasario: Locutiones selectae; locutiones in ordinem redactae; dicendi modus; locutiones; sententiae.

Frate: Religiosi Ordinis sodalis (*frate in genere*); franciscalis Or-

dinis sodalis (*frate Francescano*); Dominiciani Ordinis sodalis (*Domenicano*); Benedictini Ordinis sodalis (*Benedettino*); Franciscalis Capulatus (*Cappuccino*) etc ...

— *V. Cenobita, Monaco, Eremita, Camaldolese, Certosino,* ecc...

Fraternità: Germanitas (*Cic.*); fraternitas (*Tac.*); fraternus amor; fraterna erga aliquem caritas (*amore fraterno*).

— Fraterna omnium necessitudo (*fraternità universale*) - « Sensum fraternae omnium necessitudinis excepere pectora » (*Acta Leonis*) - « Sumus universi omnes eodem prognati Patre » (*Ibidem*).

Freddura – **Fredduristа**: Emittere facetum dictum (*Cic., De Or.* II, 54 = *parlare scherzosamente, dire una freddura*) - Per ridiculum dicere (*Cic.* = *parlare scherzosamente*). - Sententiose ridicula dicere (*Cic.*).

— Homines ridiculi (*Cic., Verr.* II, 1, 46 = *uomini spiritosi, fredduristi*) - Cavillator ... facetiis ridiculus (*Cic.* = *freddurista, umorista*). - Omnes sale facetiisque superare (*Cic., Brut.* 34, 128) Festivitate et facetiis omnibus praestare (*Cic., Brut.* 48, 177) = *Essere un freddurista* (*umorista*) *insuperabile* - *V. Baie.*

— (*Barzelletta*): Jocus, i, m.; pl. joci, *vel* joca, orum; facete dictum; jocularia, ium, n. pl. (*Liv.-Hor.*); nugae, arum, f. pl.; v. g. joca agere cum aliquo (*Cic.*); jocos dare alicui (*dire barzellette, scherzare*).

— Dicterium, ii, n. (*motto pungente, facezia*), seu dictum salsum et acutum; v. g. « omnibus arrides, dicteria dicis in omnes » (*Martial.* VI, 44). - *Graece:* scomma, atis, n. (*Macrob.*).

Frenastenia – **Frenopatia**: Mentis infirmitas; mentis imbecillitas; mentis hebetatio; amentia; dementia. - Mente male sanus; mente captus; mentis infirmitate laborans; mentis vitio laborans (*frenastenico, chi soffre frenopatia*). - *Graece:* Phrenopathia, ae, f.; phrenopathia laborans (*φρήν* = *mente* - *πάθος* = *sofferenza*).

Frenesia: Febricitantium insania; *graece:* phrenesis, is (*Sen., Ira,* I, 13); phrenitis, idis (*Cels.* III, 18). Seneca tamen loquitur de mentis insania; Celsus de febricitantium insania. - Insania; amentia; dementia; furor; mentis furor (*Cic. et al.*).

Frenetico: Phreneticus, a, um est qui phrenesi, seu mentis insania laborat (*Cic., Divin.*, II, 38); phreniticus, a, um, qui phrenitidis morbo, seu febris insania laborat (*Cels.* III, 18). - *V. Frenesia.* Insanus; vesanus; demens; amens; furens (*Cic. et al.*).

Freniatria – **Freniatra**: Infirmae mentis curatio; dementium cura-

tio; amentium curationes; amentes curandi ratio, ars, doctrina, disciplina, scientia. - *Graece:* Phreniatria, ae, f. (*φρήν* = *mente* - *ἰατρεία* = *cura*).

— Phreniatriae cultor, doctor, professor, studiosus, peritus, peritissimus (*Freniatra*).

Frenocomio: Amentium valetudinarium. - *Graece:* Phrenocomium, ii, n.

Frenologia – **Frenologo**: Phrenologia, ae, f. (*v. gr.*), seu illius ratio ac doctrina, qui ex capitis tuberibus naturam, indolem, mores alicujus dignoscit. - Phrenologiae peritus, studiosus, cultor (*frenologo*).

Frenosi: *V. Frenastenia, Frenopatia.*

Frequenza dei sacramenti: Frequens sacramentorum usus, *vel* perceptio; crebra, *vel* crebrior sacramentorum frequentatio. - « Frequentatio » hac significatione habetur apud Cic. et alios.

— Quam saepissime Eucharistico pabulo nutriri, *vel* ad Eucharisticam mensam accedere. - *V. Comunione,* II.

Frigorifero: Refrigerans, antis; refrigerantia, ium, n. pl. (*Cels.* = *refrigeranti*). - Frigorificus, a, um (*Gell.*); refrigerativus, a, um (*Plin.*); frigidarius, a, um (*Vitruv.-Plin.*).

— Frigidarium, ii, n. (*Lucil. apud Priscian.* 10). seu locus frigidus reponendis cibis ut serventur (*ghiacciaia*).

Frittata: *V. Zoccoli.*

Fronte di battaglia o di combattimento: Prima acies (*Liv.*); prima exercitus acies. - Vox « acies, ei, f. » significat = *esercito schierato a battaglia.*

Fruttiera: Fructuaria lanx, cis, f. (*recipiente, piatto per frutta*). - Adjectivum « fructuarius, a, um » significat: *fruttifero;* atque etiam apud Columellam: *destinato alla frutta;* v. g. cella fructuaria (*Colum.* I. 6,).

Frutto (*Interesse*) - *V. Capitale.*

Ftiriasi – **Mal dei pidocchi**: Morbus pedicularis; *graece:* phthiriasis, is (*Plin.* XXVI, 13, 86 - *φθείρ* = *pidocchio*).

Fuci: Catholicorum Italiae juvenum foedus (societas, sodalitas) athenaea celebrantium; *vel* catholicorum Italiae juvenum foedus (societas, sodalitas) publica athenaea (studiorum universitates) frequentantium (*federazione universitarii cattolici Italiani*). - *V. Universitarii.*

Fucile – **Fucilare** – **Fucilata**: Manuballista ignivoma, *vel* ballista ignivoma.

— Vox tamen « manuballista » rem ejusmodi aptius significat, quam ballista, quae erat militaris machina, qua ingentia saxa magno impetu jactabantur. Manuballista enim est ballista minor, quae manu tractatur (Cf. *Veget., Milit.* II, 15; et IV; 22). Per ballistam igitur (incendiariam, ignivomam), vel pyroballistam significari potest = *cannone, mortaio;* per manuballistam (igniferam, ignivomam) = *fucile, moschetto;* per pyroballistulam, *vel* manuballistulam ignivomam = *pistola.* - Ita pariter: ballistarius, *vel* pyroballistarius (*artigliere*); manuballistarius (*fuciliere, moschettiere*).

— Sclopetum, i, n. (*Danet, Dict. Français-Latin à l'usage du grand Dauphin*). Quae tamen vox est barbarae latinitatis; ac videtur ex vocabulo oriri « sclopus » vel « stlopus » vel « stloppus, i, m. » (*Pers.* V. 13 = *scoppio di una guancia gonfia e percossa*).

— A nonnullis ponitur: Pyroballista, ae, f.; itemque pyroballistula; manuballista; manuballistula (= *fucile*); quae tamen loquendi scribendique ratio res inter se diversas apte non discernit, nempe *cannone, fucile, pistola.*

— « Laxata fortuito pyroballista, plumbea glande trajectus occubuit » (*F. Tongiorgi S. J., Inscriptiones,* p. 348).

— *V. Archibugio e Artiglieria.*

— Ignivoma manuballista aliquem necare, *vel* transfodere, *vel* prosternere (*fucilare*). - Plumbeae glandis emissio (*Bazzarini-Bellini, Protolessico Ital.-Lat.*) = *fucilata* - Quam ad rem hunc Ciceronis locum referre opportunum videtur: « Ut enim ballistae lapidum et reliqua tormenta eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius, ita ... » (*Tusc.* II, 57).

— Ignivomae manuballistae emissio, onis, *vel* ictus, us (*fucilata*).

— Per ignivoman manuballistam interfectio (*fucilazione*) - Aliquem per ignivomam manuballistam transfodiendum decernere (*condannare alla fucilazione*).

Fulminante: Operculum fulminans; operculum fulmineum (*fulminante dei fucili*).

Fumare: Nicotianum fumum sugere, *vel* haurire; tabaci fumum sugere, haurire; odoratos tabaci vapores sugere, haurire; vaporatum tabacum sugere, haurire - Verbum « vaporo, as ... » (*profumare, evaporare*), itemque adjectivum « vaporatus, a, um » usurpatur a Virgilio, Plinio et a.

— In Lexico Vallauriano (*V. Tabacco: fumare tabacco*) ponitur: « fistula tabacum haurire ». Quae tamen locutio non satis videtur apta ad rem significandam. — *V. Pipa, Sigaro e Sigaretta.*

Funambulo: *V. Acrobata.*

Funicolare: Funalis currus - Adjectivum « funalis, e » adhibetur a Cicerone, Valerio Max., Statio et Suetonio; a Statio autem et a Suetonio « funales equi » vocantur qui fune lorove alligati currum trahunt.

— Currus rudentibus subvectus - Subvectus devectusque rudentibus currus - Vectus revectusque ferreis rudentibus currus - Curru subvectus, ferreis rudentibus attracto, ad Vesevum jugum perveni (*Per mezzo della funicolare sono salito sul Vesuvio*).

— *V. Teleferica.*

Funzionale: Ad aliquam functionem (perfunctionem) pertinens, *vel* attinens; v. g. morbus ad alicuius membri perfunctionem pertinens (*disturbo o malattia funzionale di un organo*).

Funzionario: *V. Impiegato.*

— Publici administri (*funzionarii pubblici*); imperia et potestates (*Caes.-Cic. et a.* = *funzionari civili e militari*); dignitates (Cf. *Plin.* V, 1, 1 = *alti funzionarii o dignitarii*).

Funzione: I. Ritus; sacri ritus (*funzione sacra*); supplicatio; caerimonia; sacrum; relligio, *vel* religio; castus, us (*Varr.-Gell. et a.*).

II. Munus (*incarico*); officium; partes; functio, perfunctio (*Cic.*); v. g. muneris perfunctio; functio muneris illius (*Cic.*); ministerium; curatio; vices; v. g. vices alicujus agens, *vel* vice alicujus fungens, *vel* partes alicujus agens (*facente funzione di ...*).

— *Funzione sociale della proprietà; V. Proprietà.*

Fuochi artificiali: Festivi ignes (*Cordara*); ignes ad laetitiam (*Morcelli*).

— Pegmata ignivoma incenduntur (*Si accendono le macchine dei fuochi artificiali*) - *V. Girandola.*

— Pyrotechnica spectacula - Adjectivum « pyrotechnicus, a, um » est e graeco fonte ductum (*πῦρ* = *fuoco* - *τεχνικός* = *artificiale*).

Fuori di sè: Sui compotem non esse; mentis non esse compotem (*esser fuori di sè*). Exire de potestate (*Cic.: andare fuori di sè*).

— Gaudio exsultare; laetitia efferri; prae gaudio de potestate exire (*essere fuori di sè per la gioia*).

— Metu exanimatum esse (*essere fuori di sè per la paura*) - Stupore attonitum esse; *vel* obstupescere (*essere fuori di sè per lo stupore*).

— « Iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente » (*Cic., Tusc.* IV, 36).

Fureria - **Furiere**: *V. Foriere.*

G

Gabella: *V. Dazio.*

Gabellare: I. Vectigal, *vel* portorium imponere alicui (*Cic.* = *imporre gabella*) - *V. Dazio.*

II. Habere aliquem doctum, indoctum, imperitum etc. (*gabellare uno per dotto, ignorante* ecc.).

Gabelliere: Vectigalium curator; portitor (*Cic.* = *gabelliere dei porti*); publicanus (*Cic.* = *appaltatore dei redditi dello Stato*). - *V. Doganiere.*

Gabinetto: I. Latrina (*Plaut.*); forica (*Juvenal.* = *latrina pubblica*); cella intima, *vel* secreta. - *V. Water-closet.*

II. Consilium Principis; consistorium Principis. Vox « consistorium » est serioris latinitatis (*Gabinetto del sovrano*).

— Supremum publicae rei gubernandae consilium (*Gabinetto, o Consiglio dei Ministri*). - Praeses supremi consilii publicae rei gubernandae (*Capo del Gabinetto, cioè capo del Consiglio dei Ministri*).

— Taberna medicinae exercendae causâ instructa et ornata (*Cic., Cluent.* 63 = *gabinetto medico*).

Galantina: Pullus farctus lentoque igne elixus (*pollo in galantina*).

Galantomismo – **Galantuomo**: Integritas, probitas - Spectatae integritatis vir, *vel* vir probus et integer (*galantuomo*).

Galleria: I. Cuniculus (Cf. *Liv.* V, 19, 21 = *galleria sotterranea*) - Cuniculum agere (*Caes.* = *scavare una galleria sotterranea*).

— Porticus, peristylium, xystus, xystum, maenianum. Quae voces quid singulae significent, cf. *Balcone.*

II. Pinacotheca, ae, f.; *vel* pinacothece, es, f. (*Vitruv.-Varr.-Plin.*) = *galleria di quadri.*

Galletta: Panis nauticus (*Plin.* XXII, 25, 68 = *pane biscottato; detto così, perchè serviva specialmente durante i tragitti marittimi*).

Galoscia: *V. Gomma.*

Gamma: *V. Scala dei colori, dei suoni.*

Ganghero: Cardo, inis, m. (*Plaut.-Vitruv.*: *cardine della porta*); parvus uncus (*Vallauri: ganghero per affibbiare le vesti*).

— De potestate exire (*Cic., Tusc.* IV, 36 = *uscir dai gangheri*), *vel* animo abalienari, mente labi (*Cels.*); *vel* non esse apud se (*Ter.*) - Deturbare, *vel* deicere aliquem de mente (*Plaut.*) = *fare uscire uno dai gangheri.*

Ganglio: Ganglium, ii, n. (*v. gr.* γαγγλίον = *nodosità*) = *addensamento di cellule nervose.* — Latine ita interdum reddi potest: Lacertus, i, m. (*muscolo*); nervus, i, m. (*nervo, muscolo*); v. gr. nervos omnes urbis exsecare (*Cic.*); vectigalia esse nervos reipublicae (*Cic.*); nervi conjurationis (*Liv.*); omnes virtutis nervos elidere (*Cic.*) = *gangli in senso figurato.*

Gara: Certatio, concertatio, contentio, aemulatio, certamen.

— Certatim (*a gara*).

— Sacra precum concertatio, *vel* contentio (*gara di preghiere*).

— Equiria, ium, n. pl. (*Ovid.*) = *gara di cavalli.*

— Aëriae classis certamina, *vel* concertationes (*gare aviatorie*); aërovehiculorum certamina, concertationes.

— Certare, concertare, contendere aliqua re, cum aliquo, *vel* inter se (*gareggiare*).

— *Gara d'armamenti:* v. *Corsa agli armamenti.*

Garage: (*v. francese*) *V. Autorimessa.*

Garanzia - Garantire - Garante: Fides, *vel* data fides (*parola data*); fidem dare alicui de aliqua re, *vel* fidem suam obligare (*dare la parola, l'assicurazione*); fidem accipere (*accettare la parola, l'assicurazione di uno*) - *V. Fede.*

— Satis dare (satisdare) alicui de aliqua re (*Cic.* = *dare garanzia, sicurtà ad uno di...*); satis accipere ab aliquo (*Cic.* = *ricevere garanzia*); satisdatio, onis, f. *garanzia, malleveria.* - Satisdationem offerre, praestare, interponere, implere (*Ulp.*) - Satisdare damni infecti (*Cic., Verr.* III, 56) = *dare garanzia per un danno eventuale o da temersi.* - « Si quid satisdandum est, cures ut satisdetur fide mea » (*Cic., Fam.* XIII, 28) = *Se vi sarà bisogno di malleveria, si dia sulla mia parola.*

— Praes, edis (in re pecuniaria); vas, adis (in re forensi) = *garante.* Notandum est praedem vocari, qui se pro alio obligaverit si quid incommodi fiat, se plene esse satisfacturum (*mallevadore*) -Praedem esse pro aliquo, *vel* praedem fieri pro aliquo (*Cic.*) - Vas autem est « qui promittit suo se periculo aliquem judicio stiturum » (*Forcellini*); ac vadimonium est *promessa di comparire in giudizio per uno* - Vadimonium (*malleveria, o promessa di comparire in giudizio per uno*) imponere, vadimonium obire, *vel* facere, vadimonium promittere, differre, deserere; vadem se dare alicui.

— Cautio, onis, f. (*Cauzione*). Cautionem chirographi mei (*Cic.* = *cauzione scritta*). Facere cautionem pecuniarum (*Cic.* = *fare si-*

curtà per una somma) Exigere cautionem ab aliquo (*Suet.*). Cautionem offerre, interponere, polliceri (*Dig.*).

— Fidejussio, onis; fidejussor, oris; fidejubere pro aliquo (*Dig.*) = *malleveria, mallevadore, dare malleveria per uno.*

— Sponsio, onis, f. (*promessa di garanzia*). Sponsione se obstringere, *vel* obligare. Sponsionem facere alicui - Sponsor, oris (*chi promette garanzia*).

— A nonnullis ponitur etiam: aliquid in se recipere; periculum alicujus *vel* alicujus rei in se recipere; auctorem esse alicujus rei, *vel* auctorem esse cum inf. Attamen hae locutiones aliud significant; nempe *essere responsabile, prendere su di sè la responsabilità di una cosa. - V. Responsabilità.*

Gas: Vapor, oris, m. (*qualsiasi esalazione*); flatus igneus, *vel* flatus flammescens, ardens (*gas per ardere*); gasium, ii, n.; gasium suffocans, *vel* pestiferum, *vel* letiferum; pestiferi halitus; flatus letiferi (*gas asfissiante*).

— Gasiometrum, i, n. (*gazometro*).

— Opifices ad gasium conficiendum (*Vox Urbis*) = *gassisti.*

— *Maschera antigas:* Capitis integumentum adversus letiferos flatus; *vel* persona contra letiferos flatus praemuniens; *vel* integumentum capitis adversus letiferos flatus praemuniens.

Gastralgia: Stomachi dolor; stomachi spasmus; e. g. stomachi spasmos sedare (*Plin.*).

Gastricismo – **Gastrico**: Cardiacus morbus (Cf. *Cels.* III, 19); hic morbus videtur esse quem nos *gastricismo* vocamus; « cardiacus » (*Cic.*) is esse videtur, qui hoc morbo laborat; « cardiacus, a, um » (*gastrico*). - *Graece:* Gastricus, a, um; gastricismus, i, m., seu gastricus morbus (*γαστήρ = stomaco, ventre*).

Gastrite – **Gastroenterite**: Stomachi inflammatio, *vel* inflatio. - Intestinorum inflammatio, *vel* inflatio (*secondochè si tratta dello stomaco o dell'intestino*).

Gastronomia – **Gastronomo** – **Gastronomico**: Ars coquinaria (adjectivum « coquinarius, a, um » legitur apud Plinium); lautitiarum praecepta (*precetti di gastronomia*). - *Graece:* Gastronomia, ae, f.; gastronomus, i, m., seu coquinariae artis peritus, studiosus; gastronomicus, a, um, seu ad artem coquinariam pertinens.

Gattoni: *V. Orecchioni.*

Gazzetta – **Giornale** – **Giornalismo** – **Giornalista**: Acta diurna; commentarii diurni; diurna, orum, n. pl. « Diurna populi Romani per provincias curatius leguntur » (*Tacit., Ann.* XVI, 22). « Ex-

stat talis scriptura in plerisque libris ac diurnis » (*Suet.*, *Claud.* 41). « Primus omnium instituit ut tam Senatus quam populi diurna acta confierent ac publicarentur » (*Suet.*, *Caes.*, 20).

— Diarium, ii, n. (*Sempron. Asell. apud Gell.* V, 18). « ... qui diarium scribunt, quam Graeci ἐφημερίδα vocant » (*Ibidem*). Haec verba Gellius Sempronio Asell. attribuit, rerum gestarum scriptori, qui vixisse traditur saeculo vertente II ante Ch. natum.

— E graeco fonte: ephemeris, idis, f.

— Acta publica (*gazzetta ufficiale*).

— Diurnarius scriptor, *vel* diurnarius, ii (*giornalista*). Haec vox invenitur in Cod.. Theod. VIII, 4, 8, atque eum significat, qui acta diurna scribit.

— Diurnariorum ars, opera, scripta (*giornalismo*).

— *Abbonamento al giornale: V. Abbonamento.*

— Adversaria, orum, n. pl. (*Cic.* = *giornale di memorie, taccuino, agenda*).

Gelatina: Jusculum gelu concretum; *vel* jusculum concretum.

— Jusculum e fructibus concretum (*gelatina di frutta*) - *V. Marmellata.*

Gelato: Nivata potio (*Senec.*, *Quaest. Nat.* 4 sub fine). - Gelida sorbitio; *vel* sorbitio gelu concreta - Sorbitio, onis, f. (*bibita, sorbetto*) hac significatione habetur apud Catonem, Phaedrum et Celsum. - Significat etiam actionem sorbendi.

— Per verborum ambitum apte dixeris: « Et nive concretos avido bibit ore liquores » (*Casti*).

— A nonnullis hoc loco ponitur: sorbillum gelu concretum. At sorbillum, *vel* sorbilum significat « miserum sorborum cibum » (Cf. *Forcellini*), seu cibum e sorbis confectum.

Gendarme: Miles a publica tutela, *vel* a publica securitate.

— Pontificius a publica tutela miles (*gendarme pontificio*); Pontificiae a publica tutela cohortis praefectus (*comandante della gendarmeria pontificia*); *vel* Praefectus pontificiae vigilum cohortis - Pontificiae a publica tutela cohortis magister pietatis; *vel* magister sacrae disciplinae Pontificiae a publica tutela cohortis (*Cappellano della Gendarmeria Pontificia*) - *V. Guardia.*

Genealogia: Propaginum ordo; propaginum series - Generis stirps; generis capita - Genus; progenies; prosapia; gentilitas (*l'insieme di una gens, o di una famiglia*) - Propaginum diagramma, atis, n. (*albero genealogico*). - Generis alicujus capita a primo recensere, percensere; ab ultimo (a primo) parentum singulos generis gra-

dus ducere, deducere, evolvere, explicare (*fare l'albero genealogico*), *vel:* alicujus gentis origines subtexere; alicujus familiae, *vel* gentis propagines subtexere; familiam, *vel* gentem alicujus a stirpe ad hanc aetatem ordine describere, proponere, enarrare. - *V. Albero genealogico.*

Generale: I. Dux; ductor; imperator; praefectus exercitus; generalis militiae praefectus.

— Ductor cohortis milliariae (*Morcelli: generale di brigata*); generalis turmae praefectus (*brigadiere generale*); *vel* generalis cohortis miliariae praefectus.

— Praefectus praetorio; *vel* praefectus protectorum (*Idem: comandante generale della guardia pretoriana, o della guardia del corpo*).

— Praetorium exercitus (*Quartiere generale*); maximum exercitus praetorium (*Gran Quartiere generale*). - « Praetorium, ii, n. » apud Caesarem, Livium et alios significat etiam *luogo principale dell'accampamento romano, ove dimorava il capo dell'esercito e dove gli ufficiali si riunivano a consiglio di guerra.*

— Ex magno exercitus praetorio edicitur... (*dal gran quartiere generale si comunica...*).

— Ductor exercituum, *vel* dux summus exercituum (*Idem: Generalissimo*).

— *V. Maresciallo; Brigata; Divisione; Corpo d'Armata.*

II. *Generale di ordine religioso:* Antistes; Summus Corrector; Praepositus; Summus Magister (*Morcelli*).

— Moderator generalis; praepositus generalis.

III. *Adjectivum:* Generalis (*contra*: specialis, peculiaris) - Universe (*Cic. et a.*); in universum (*Liv. et a.*); generaliter (*Cic. et a.*); generatim (*Cic.-Liv. et a.*): = *in generale.* (*Contra:* singillatim, nominatim, specialiter, peculiariter, proprie) - Generatim atque universe loqui (*Cic.*); cetera universe mandavi (*Cic.*); generatim loqui de aliqua re (*Cic.*); non nominatim ... sed in universum (*Liv.*); terra etsi aliquando specie differt, in universum tamen ... (*Tac., Germ.* 5).

— *Vicario Generale: V. Vicario.*

Generazione: Procreatio; ortus (*Cic.*); generatio (*Plin.*) = *l'atto del generare, l'esser generato.*

— Suboles (*figliolanza, discendenza*); hominum genus (*l'insieme degli uomini*); aetas; saeculum (*in senso di tempo*); praesens aetas (*generazione presente*); posteritas, *vel* posteri, *vel* futura aetas (*generazione futura*).

Generazione spontanea: A vivente nullo orta procreatio; a vivente nullo orta generatio (*detta anche abiogenesi, e dimostrata falsa dalle esperienze del Redi, dello Spallanzani e del Pasteur*).

Genio: I. Ingenium praestans, praestantissimum; mens praestantissima; divinum ingenium; mens paene divina; magna ingenia (*Tac.*); scriptorum magna ingenia (*Sall.*); celeberrima ingenia fori nostri (*Tac.*) - Vir magno (divino, praestantissimo) ingenio praeditus (*uomo di genio*).

II. Genius, ii, m. (*divinità protettrice dell'uomo, della casa, del focolare, della città ecc.*).

III. Machinariorum corpus; machinatorum corpus; fabrum (fabrorum) corpus, *vel* munus (*corporazione o ufficio del genio*); militarium machinatorum (machinariorum, fabrum) corpus, *vel* munus (*genio militare, come corporazione o ufficio*). - Militarium fabrum praefectus (*Caes.* = *Comandante del genio militare*); *vel* militarium machinariorum (machinatorum) praefectus.

Gentilizio: Gentilicius, a, um (*Cic. et al.* = *di una* gens *o famiglia; gentilizio*); v. g. sacra gentilicia (*Liv.*); nomen gentilicium (*Suet.*). - Gentilicium insigne (*V. Stemma*).

— Avitum sacrarium (*cappella gentilizia*); *vel* gentilicium sacellum.

— Avitum sepulcrum (*sepolcro gentilizio*); *vel* gentilicium sepulcrum.

Gentiluomo: Nobilis vir; decurio cubicularius (*Morcelli*).

— Ex nobili alicujus aula (*gentiluomo di corte*); e nobili Regis aula (*gentiluomo della Corte Reale*).

Geochimica: Geochimia, ae, f. (*v. gr.*). - *V. Alchimia.*

Geodesia: Terrae metiendae doctrina (disciplina, ars). - Gromatica, ae, *vel* gromatice, es, f., *vel* gromatica disciplina (*Cassiod., Variar.* III, 52, *de eligendo agrimensore*); seu ars dimetiendi, a voce « groma, ae, f. », quae quidem machinulam indicat ad metiendum aptam.

— Geodaesia, ae, f. (*γεωδαισία*).

Geofisica: Geophysica, ae, *vel* geophysice, es, f. (*v. gr.*). - Geophysica doctrina, ratio, disciplina (*γῆ - φύσις*) - *V. Fisica.*

Geografia – Geografo – Geografico: Terrarum orbis descriptio. - *Graece:* Geographia, ae, f. (*Cic., Att.* II, 4, 3 et II, 7, 1). - Geographiae cultor, doctor, studiosus, peritus, professor (*geografo*); *vel* geographus (*Amm.*) - Ad orbis terrarum descriptionem (*vel* ad geographiam) pertinens, attinens (*geografico*); geographicus (*Amm.*). - Ex graecis vocibus *γῆ* = *terra* - *γράφω* = *scrivo.*

— Tabula geographica (*carta geografica*); alicujus regionis, loci, provinciae forma, *vel* tabula (*carta geografica di una regione* ...). - *V. Mappamondo.*

Geologia - **Geognosia** - **Geologo**: Terrae conformationis doctrina. - De terrae sediminibus doctrina. Vox tamen « sedimen, inis, n. » (*sedimento*) serioris est latinitatis (*Coel. Aurel.*).

— Ex graeco fonte: Geologia, ae, f.; geologus, i, m.; geologicus, a, um. - Geologiae cultor, doctor, professor, studiosus (*gèologo*); ad geologiam attinens, pertinens (*geologico*). - Ex graecis vocibus γῆ = *terra* - λόγος = *discorso, ragionamento.*

Geomanzia - **Geomante**: Geomantia, ae, f. (*v. gr.*). - Geomantes, is, m.; *vel* geomantiae arte fatidicus, faticanus, faticinus, fatilegus, fatiloquus, hariolus. - Ex graecis vocibus γῆ = *terra* - μάντις = *indovino.*

Geometria - **Geometra** - **Geometrico**: Geometria, ae, f. (*vox gr. apud Cic. et al.*); doctrina (disciplina, ars) de metienda terra. - Geometrica, orum, n. pl. (*Cic.* = *insegnamenti di geometria*); e. gr. « ab aliquo geometrica discere » (*Cic.*); « aliquem interrogare quaedam geometrica de dimensione quadrati » (Cf. *Cic., Tusc.* I, 24).

— Geometres, ae, m. (*Cic. et al.* = *geometra, agrimensore*); mensor, oris (*Ovid.* = *agrimensore*), *vel* agri mensor, agrorum mensor. - Geometriae doctor, cultor, professor, peritus, peritissimus (*geometra, cultore o insegnante di geometria*).

— Geometricus, a, um (*Cic.*); e. gr. « geometricae rationes (*Cic.*). - Lineares probationes (*Quintil.* I, 10, 49 = *dimostrazioni o illustrazioni geometriche*). - Geometricae figurae, formae, rationes (*figure, disegni, dimostrazioni geometriche*). - Ex graecis vocibus γῆ = *terra* - μέτρον = *misura.*

Gerarca: Antistes, itis, m. (*capo, presidente, guida, luminare*). - Generatim haec vox eum indicat, qui in aliqua re excellit; e. gr. « artis dicendi antistes » (*Cic., Orat.*, II, 46); « Plato sapientiae antistes » (*Plin.* VII, 30, 31); « antistes juris » (*Quintil.* XI, 1). - Saepissime tamen de iis usurpatur, qui sacris praesunt; e. gr. « antistes caerimoniarum et sacrorum » (*Cic., Dom.*, 39). - Apud Christianos scriptores de episcopis dicitur; e. gr. « sacrorum antistes » (*vescovo*), « Antistes sacrorum maximus » (*Papa*).

— Praeses; moderator; praepositus; praefectus (*gerarca in senso generico*).

— *Graece:* Hierarcha, ae, m. (ἱεράρχης).

Gerarchia – Gerarchico – Gerarchicamente: Sacer principatus (*Forcellini, Append.*); ordo sacer; sacra potestas; sacra auctoritas. - Sacrae auctoritatis gradus *vel* ordines (*gradi della gerarchia in senso proprio*).

— *In senso generico:* Auctoritas, dignitas, ordo, gradus. - Auctoritatis ordines *vel* gradus (*gradi della gerarchia*); summum auctoritatis (dignitatis) fastigium, *vel* summus dignitatis gradus (*il più alto grado gerarchico*); amplissimus dignitatis gradus (*Cic.*); altiorem (altissimum) dignitatis gradum ascendere, consequi (*Cic.*); suum cuique honorem et gradum reddere (*Cic. = dare a ciascuno il grado gerarchico, che gli spetta*); ex dignitatis gradu (*secondo l'ordine gerarchico*).

— Ex ordine; ex dignitatis ordine; per dignitatis gradus; per gradus (*Liv. = gerarchicamente*). - Per militiae gradus (*secondo la gerarchia militare*). - De dignitatis ordine agitur, certatur, concertatur, controversia est (*si tratta di ordine gerarchico; vi è controversia circa l'ordine gerarchico*).

— Ex graeco fonte: Hierarchia, ae, f. (ἱεραρχία). - Hierarchicus, a, um (ἱεραρχικός).

Gesso – Gessetto: Gypsum, i, n. (*Senec. et al.*). - Gypseum bacillum, *vel* gypseum graphium, ii, n. (*gessetto per scrivere*).

Gestatoria: *V. Sedia gestatoria.*

Gesuiti: Sodales societatis Jesu; Ignatiani sodales societatis Jesu.

Ghiacciaia – Ghiacciaio: I. Locus glaciei adservandae; puteus nivibus adservandis (*ghiacciaia, cioè luogo per conservare il ghiaccio o la neve*).

— Frigidarium, ii, n. (*Lucil. apud Priscianum,* 10 = *luogo per conservare i cibi al fresco*); locus frigidus servandis cibis aptus.

— *V. Frigorifero.*

II. Moles nivium frigoribus glaciata (*Plin.*); mons perpetua glacie rigens (*Liv.*); glaciatae moles (*Plin.*) = *Ghiacciaio.*

Ghibellino: Ghibellinus (*Morcelli*).

Ghigliottina – Ghigliottinare: Guillotiniana machina; Guillotinianum supplicium (*dal medico francese Guillotin, che per primo propose nel 1789 una macchina simile per decapitare*).

— Aliquem guillotiniana machina plectere, *vel* necare; aliquem guillotiniano supplicio necare, *vel* plectere (*ghigliottinare uno*).

Giacchetta – Giacchetto – Giacca: Tunicula manicata; curta tunicula; tunicula. - Vox « tunicula » legitur apud Varronem.

Giacere: *Qui giace:* Exuviae acquiescunt; exuviae compositae sunt;

corpus in pace ☧ compositum; corpus in pace compositum; placida pace compositus est (compositum est); conditus est; rite conditus est; ossa condita sunt; heic cubat; heic dormit; jacet heic; in pace quiescit; in pace ☧ quiescit; heic sepultus est; heic situs est in pace; ossa heic sita sunt (*Morcelli*).

Giacomo Minore (S.): Jacobus Adelphotheus (*Morcelli*).

Giaculatoria: Invocatio, onis, f. - Haec vox hac fere significatione usurpatur a Quintiliano (X, 1) et a Q. Asconio Pediano rhetore: « invocatio Dearum », « invocatio Deorum ».

— Precatiuncula. Haec tamen vox est serioris latinitatis.

— Perperam a nonnullis ponitur: prex jaculatoria. Nam adject. « jaculatorius, a, um » significat ad jaculandum pertinens, et invenitur apud Ulp., Dig. IX, 2, 9: « jaculatorius campus » = *palestra.*

Giappone: Japonia, ae, f.; Japonienses, ium (*Giapponesi*). - Japonicus, a, um; e. gr. bellum Japonicum.

Giardiniere: A viridario; viridarii custos; viridarii Vaticani moderator (*direttore dei giardini Vaticani*).

— Olitor, oris, m. (*Varr.-Plin.* = *ortolano*).

— Topiarius, ii, m. (*Cic. et a.: giardiniere di lusso, che dispone ad arte i giardini*) - « Topiarium laudavi: ita omnia convestivit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis » (*Cic., Ad Q. Fr.* III, 1, 2) - « Qui buxeas arbores tondentes, in belluas fingunt, aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciunt ». Ita Julius Firmicus Maternus (*Mathes.* VIII, 10) topiarii artem describit.

Giardino zoologico: *V. Zoologia - Zoologico.*

Giava: Java, ae, f. (*Vallauri*); Javenses (*gli abitanti di Giava*).

Ginecologia – Ginecologo: Gynecologia, ae, f. (*vox gr.* = *quella parte della scienza medica che studia le funzioni e le malattie degli organi muliebri; γυνή = donna*).

— Gynecologiae cultor, doctor, peritus (*ginecologo*).

Ginnasio: Gymnasium, ii, n. - *V. Università.*

Ginnastica: Palaestrici motus (*Cic., De Offic.* I, 36); palaestrici ludi (*esercizi ginnastici*).

— Ars exercitatrix (Cf. *Quintil.* II, 15). - Palaestrica, ae, f. (*Quintil.* II, 21); ars palaestrica.

— E graeco fonte: Gymnici ludi (*Cic.*); certamina gymnica (*Suet.*). - Ex verbo *γυμνάζω = esercito.*

— *Maestro di ginnastica:* Praeceptor certaminis gymnici (*Suet.*);

Palaestricus, i, m. (*Quintil.* I, 11); palaestricae artis doctor; palaestricae praeceptor, doctor.

— Palaestrita, ae, m. (*Cic. et a.* = *direttore di palestra, ed anche giocatore di palestra*).

— « Exercendum ... corpus, et ita efficiendum est, ut oboedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis et in labore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura et cogitatione » (*Cic., De Off.* I, 23).

— *V. Sport - Sportivo.*

Giocare - Giochi vari: Ludere; cum aliquo colludere (*Cic.*); alicui colludere (*Hor.*); ludo operam dare (*Plaut.*); ludum ludere (*Ter.*); ludere aleam per noctem (*Juven.* = *giocare tutta la notte*); ludere in pecuniam (*giocare di denaro*); jocari (*scherzare*).

— Alea, ae, f. (*gioco dei dadi, carte e gioco d'azzardo in generale*); alea se oblectare (*Suet.*); aliquid in alea perdere (*Cic.*); prosperiore alea uti (*Suet.*); jacta alea est (*Suet., Caes.* 32) = *il dado è gettato* - Talus, i, m. (*dado oblungo con 4 parti piane e segnate e due rotonde non segnate*) - Tessera, ae, f. (*dado cubico con sei faccie piane e segnate*) - Lusio pilae (*Cic.* = *gioco della palla*).

— Talis ludere (*Suet.* = *giocare ai dadi*), *vel* tesseris ludere (*Ter.* = *giocare ai dadi*); micare digitis, *vel* micare (*Cic. et a.* = *giocare alla morra*); pila ludere (*Cic.* = *giocare a palla*); aleam ludere (*Suet.*), *vel* alea ludere (*Cic.* = *giocare a dadi o a carte*); « Provocavit me in aleam, ut ego ludam » (*Plaut.* = *mi ha invitato al gioco ...*); nucibus ludere (*Phaedr.*); ludere par impar (*Hor.* = *giocare a pari e caffo*); pugillatu se exercere (*giocare a pugni*); armis ludere, *vel* hastis concertare (*giocare a scherma*), *vel* arte gladiatoria ludere, concertare. - *V. Scherma.*

— Manubriato reticulo ludere (*giocare con la racchetta*) - Reticulum, i, n., *vel* reticulus, i, m. *racchetta per giocare* (*Ov., Art. Am.* III, 361). Addatur tamen oportet adjectivum « manubriatus, a, um », ut in Lexico Forcelliniano notatur. *V. Racchetta, Tennis.*

— *V. Bigliardo, Birilli, Dama, Foot-ball, Scacchi, Tennis.*

Giornalaio: Diurnorum venditor, *vel* institor; diariorum venditor; ephemeridum venditor.

— *V. Gazzetta.*

Giornale - Giornalismo - Giornalista: *V. Gazzetta - Giornale.*

— Codex accepti et expensi (*Cic. et a.*) = *giornale di cassa, registro delle entrate e uscite.* « Habere hoc nomen (*una partita*) in codice accepti et expensi relatum » (Cf. *Cic., Rosc. Com.* 2).

— Nuntius radiophonicus, *vel* nuntium radiophonicum, *vel* nuntium per aetherias undas transmissum (*giornale radio; radiomessaggio*). - Radiophonica diurnorum actorum communicatio, *vel* enuntiatio; radiophonicum diurnorum actorum nuntium (*giornale radio*).

Giornata: Dies, diei spatium . - In horam vivere, *vel* in diem vivere (*vivere alla giornata, senza pensieri del futuro*). « Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent » (*Cf. Cic., Orat.* II, 40). - Diem ex die, *vel* diem de die (*Cic. - Liv. et al.*) = *di giorno in giorno, alla giornata;* « Non solum de die, sed etiam in diem vivere » (*Cf. Cic., Phil.* II, 34) = *vivere non solo alla giornata, ma darsi alla bella vita.* - Diem ex die ducere (*Caes., B. G.*, I, 16) = *vivere giorno per giorno, alla giornata.*

— Unius diei opera, opus (*una giornata di lavoro*). - Dimidiati diei opera, opus (*mezza giornata di lavoro*). - Singulis diebus suam alicui locare operam; *vel* diurna mercede suam locare operam (*lavorare a giornata*); diurna mercede aliquem conducere (*prendere uno a giornata*). - Maxima pugna, *vel* dimicatio (*giornata campale*). *vel* maximum universae pugnae discrimen. - Magnis itineribus progredi (*Caes. et al.* = *marciare a grandi giornate*).

Giorno dei morti: Feriae piorum manium (*Morcelli*); feriae sanctis manibus expiandis. - Feralia, ium, n. pl. (*Cic. et a.* = *solennità di tutti i morti, celebrata in Roma nel mese di febbraio*).

Giorno del giudizio: Supremi divinique judicii hora, *vel* dies.

Giorno onomastico: *V. Onomastico.*

Giostra: Hastiludium (*Calonghi-Georges*, vol. II) - Armis ludere (*giostrare*), *vel* hastis concertare.

— Ludicra puerorum equiria, ium, n. pl. (*giostra* = *carosello per bambini*); *vel* lusoria puerorum equiria, ium.

Gipsoteca: Gypsotheca, ae, f. (*v. gr.* γύψος = gypsum = *gesso* - θήκη = theca = *involucro, custodia, recipiente*) = *raccolta di gessi riproducenti opere d'arte.*

Girandola: Pegma ignivomum - Pegmata incenduntur (*Morcelli*).

— Igneus turbo, inis, m. (*Vallauri*). - Ignei gemmatique turbines; ignei gemmiferique turbines (*girandole accese*).

— Rotantia pegmata gemmiferam cum tonitruis evomunt pluviam in orbem (*Le girandole roteando spargono, con alti scoppi, una gemmata pioggia di fuoco*).

Girarrosto: Machinula versando veruto (= *ordigno per girare lo spiedo*): Machinula assandis dapibus; machinatio carnibus assandis - Vox « machinula » legitur apud Festum (*piccolo ordigno o macchina*); « machinatio » apud Cic., Caes. et a. significat tum actum machinandi, tum machinamentum ipsum. - Veru, u, n. et verutum, i, n. (*spiedo, schidione*). « Verutum » tamen plerumque significatione militari usurpatur; est scilicet « genus jaculi, id est hastile, quod veru praefixum habet, et etiam veru dicitur » (*Forcellini*).

— Veru (*vel* verutum) machinatione versatum (= *spiedo mosso dal girarrosto*) - Cf.: Versare turdos in igne (*Hor., Sat.* I, 5, 72 = *far l'arrosto di tordi*).

— *V. vol. I, pag.* 26.

Girata di una cambiale: *V. Cambiale.*

Giro: Orbis (*cerchio, globo, mondo*); in orbem (*in giro*).

— Circulus (*circonferenza, circuito*); exterior muri circulus (*Liv.*); stellarum circuli et orbes (*Cic.*); amicorum circulus; de circulo se subducere (*Cic.* = *abbandonare il crocchio degli amici*). Eadem significatione usurpatur: corona, ae, f.; v. g. amicorum corona.

— Gyrus (*della danza, corsa, volo*).

— Circumacto anno, mense .. (*Nel giro di un anno, mese* ...).

— Ludificari aliquem (virtutem) = *prendere in giro.*

Giubba: *V. Giacchetta.*

Giubilare – Giubilato – Giubilazione: Aliquem suo munere solvere; aliquem suo munere honeste solvere, *vel* debitis cum honoribus solvere (*giubilare*); *vel* aliquem rude donare (*Hor.-Ov.*); alicui rudem indulgere (*Suet.*). - Rudis, is, f. (*bacchetta che si dava in segno dell'esenzione o liberazione da certi doveri, incombenze, uffici*).

— Rude donatus (*giubilato, licenziato*); *vel* suo munere honeste solutus; suo munere debitis cum honoribus solutus.

— Rude pensioneque annua donatus (*giubilato e pensionato*). - Rude annuaque pensione aliquem donare (*giubilare e pensionare uno*). - Rudiarius, ii, m. (*Cf. Suet., Tib.* 7 = *congedato, giubilato*).

— Honesta missio (*Liv.* = *congedo onorato, giubilazione*) - *V. Pensione.*

Giubileo: Annus sacer; annus piacularis; jubilaeum, i, n.; jubilaeus, i, m.; annum sacrum indicere (*indire un giubileo*).

— Annus ab inito sacerdotio XXV, *vel* L (*giubileo sacerdotale*);

annus a suscepto episcopatu, *vel* a suscepta episcopali dignitate XXV, *vel* L (*giubileo episcopale*) - Non autem jubilaeum episcopale, *vel* sacerdotale.

Giudice d'appello: Cognitor judiciorum, *vel* cognitor judiciorum publicorum (*Morcelli*). - Vox autem « cognitor » apud Ciceronem et alios significat *chi esamina una causa, un processo...*

Giungere al punto di ...: Eo devenire ut...; illuc deventum est ut...; eo turpitudinis processit ut... (*giunse a tal nequizia che ...*).

Giunta: Coetus, us, m.; consilium, ii, n. - Coetus primarius, *vel* consilium primarium (*giunta centrale*). - Consilium primarium Actionis Catholicae Societati moderandae (*giunta centrale dell'Azione Cattolica*). - Coetus administratorum civitatis (*giunta comunale*); municipii administratorum coetus (*giunta municipale*).

Giurato: (*Adjectivum*) Juratus, a, um (*Cic. = confermato con giuramento ed anche legato da giuramento*); v. g. juratum bellum; jurati judices (*Cic.*). - *Contra:* Injuratus, a, um.

— (*Nomen*) Juratus judex; jurati judices (*Cic. = i giurati*).

Giurì – Giuria: (*voce d'origine inglese accettata nei dizionari ital.*) Juratorum judicum consilium. - Selecti arbitri dignitatis (*giurì d'onore*).

Giuspatronato: Jus patronatus (*Morcelli*).

— Quam (Aedem). Majores. Michaëli. Archang. Dicatam. Jure. Patronatus. Legitimo. Tuebantur (*Idem*).

Gloria della Messa: Carmen gloria (*Morcelli*).

— Carmen gloria ubi sacerdos praecinuit, tonitrus tormentorum ab arce fiunt (*Idem,* IV, 39: *Sparano dal castello al canto del* « Gloria in excelsis »).

Gnocchi: Convoluti pastilli; involuti pastilli (*pezzetti di pasta avvoltolati*). - Convoluti pastilli lycopersico suco ac pulverato caseo conditi (*gnocchi al sugo di pomodoro e al parmigiano*). - Polentae pastilli (*gnocchi di polenta*). Vox « polenta » legitur apud Ovidium, Senecam, Celsum et alios. « Disce parvo contentus esse...: habeamus aquam, habeamus polentam » (*Sen., Ep.* 110).

— A nonnullis (*Vallauri-Luciano*) hoc loco vox ponitur: Lixulae, arum, f. pl. (*Varr.*); quae tamen vox illud potius significare videtur, quod nos vulgato nomine dicimus *ravioli,* nam lixulae vocabulo Sabino dicebantur circuli ex farina, caseo et aqua incondite facti (*Cf. Forcellini*). - *V. Ravioli.*

— Bardus; stupidus; stultus; plumbeus; stolidus; fatuus; tardus; hebes (*gnocco in senso figurato*).

— Suae quisque domi est moderator et arbiter (*ciascun può far di sua farina gnocchi*).

Gnómone: Gnomon, onis, m. (*Plin.-Vitruv.*) = *indice dell'orologio a sole.* « Gnomon, indagator imbrae » (*Vitruv.* I, 6).

Goal: (*voce inglese indicante una specie di porta nel gioco della palla al calcio*). *V. Foot-ball.*

Goliardi: Poëtae vagantes; poëtae errantes; clerici errantes *vel* vagantes (*così si chiamavano nel Medioevo certi rimatori latini popolari, dediti alla vita spensierata e godereccia, che giravano di paese in paese cantando le loro allegre canzoni in un latino vivace e ritmico, arieggiante il linguaggio volgare. Erano detti* « clerici vagantes » *perchè allora chi sapeva di lettere era spesso detto* « clericus », *ed anche perchè erano non di rado ecclesiastici mancati e girovaghi*).

— « Goliardus » vox est infimae latinitatis, ac significare videtur = *dedito alla gola, alla vita godereccia, al buon tempo.*

— Poëtae vagantes, qui « goliardi » vocabantur (*goliardi in senso storico*); *vel* poëtae errones, qui « goliardi » dicebantur.

— Litterati juvenes, qui « goliardi » vocantur (*gli studenti goliardi dei nostri giorni*); *vel* scholastici joculares, qui « goliardi » dicuntur; *vel* jucundi juvenes (litterarum studio dediti) qui « goliardi » nominantur. - Vox « litteratus, a, um » apud Plautum et al. indicat « litteris signatum » = *scritto, cifrato* (litterata urna; litteratus lapis); apud Ciceronem et al. idem est ac « litterarum studio deditus » = *dedito agli studii*; vocabulum autem « scholasticus, i » apud Quintilianum et al. significat = *scolaro, studente.*

Gomma: Gummi (*indecl.*) et gummis, is, f. (*Plin.*); *vel* cummis, is, f.; commis, is, f.; et commi, seu cummi (*indecl.*). - Vox est ex graeco fonte ducta (κόμμι), quae a nonnullis « gummis », ab aliis « cummis », ab aliis vero « commis » latine scribitur.

— « Nova dolia liquida gummi perluere » (*Plin.* XII, 8, 17: = *ingommare, incatramare con gomma*).

— Gummosus, a, um (*Plin.: gommoso*), *vel* gummi illitus - Gummosus humor (*Plin.*).

— Gummi illinere (*ingommare*); *vel* cummi illinere.

— Gummeus, a, um (*Auson., Edyll.* VI, 74).

— Gummeae rotae, *vel* rotae gummi coopertae (*rote di gomma, copertoni d'automobile*); *vel* rotae cummi coopertae.

— Gummea calceamenta (*galoscie, o caloscie, scarpe di gomma*). - A nonnullis ponitur « gallica » (*Diez*); ab aliis « calepodium »

(*Scheler*). Quae tamen incertae voces ad explicandam etymologiam inductae, rem non clare significant.

— Lemniscus gummi contextus; *vel* taenia gummi contexta, *vel* vitta gummi contexta (*nastro di gomma, elastico*).

— *Gomma sintetica: V. Sintetico.*

Gonfaloniere: Vexillarius (*Liv. et a. = alfiere*); *vel* signifer. - Praefectus urbis, oppidi etc. (*autorità pubblica*), *cioè Gonfaloniere della città o del castello.*

Goniometria – **Goniometro**: Disciplina metiendis angulis; ars angulis metiendis (*goniometria*).

— *Graece:* Goniometria, ae, f.; *vel* goniometrica ars, disciplina, doctrina, scientia.

— Instrumentum angulis metiendis; goniometrum, i. n. (*goniometro - γωνία = angolo - μέτρον = misura*).

Gonorrea: Genitalis seminis profusio. - *Graece:* gonorrhoea, oeae, f. (*Firmic. - γονή = seme genitale - ῥέω = sgorgo*).

Goti: Gothi, orum (*Auson.*).

Gotico: Gothicus (*Trebell.*).

Gotta – **Gottoso**: Articulorum morbus, articulorum dolores (*Cic. et a. = artrite, gotta*); *vel* articularis (articularius) morbus, dolor (*Cato, R. R.* 157 - *Suet., Galb.* 21).

— *Graece:* Podagra, ae, f. (*Cic. et a. = gotta ai piedi*); podagricus, a, um (*Cels.-Sen.*). - Chiragra, ae, f. (*Sen.*); cheragra, ae, f. (Hor.) = *gotta alle mani.* - Ex graecis vocibus ποδάγρα - χειράγρα.

— Laborare ex pedibus (*Cic., Fam.* VII, 9, 23); pedibus aeger, pedibus laborans (*podagroso*); in podagrae morbum incidere (*Suet.*); podagrae et chiragrae dolor (*Senec.*); podagrae doloribus ardere, cruciari.

— *Gotta serena: V. Amaurosi.*

Governatorato: Praefectura, ae, f. (*tanto in senso soggettivo, che oggettivo*); e. gr. praefectura urbis (*Suet.*) provinciae, etc.; praefecturam petere (*Cic.*). - Gubernatio (*il governare*); moderatio (*il reggere, dirigere ...*).

— *Governatorato della Città del Vaticano:* Vaticanae Civitatis Praefectura (*l'ufficio*); Sedes Praefecturae Vaticanae Civitatis (*la sede, il palazzo*).

Governatore: Praefectus, i, m.; e. gr. urbis praefectus (*Liv.*). - Gubernator, oris, m.; e. gr. gubernator rei publicae, civitatis (*Cic.*). - Rector, oris, m.; e. gr. rector rei publicae (*Liv.*), provinciae (*Suet.*), rector et gubernator civitatis (*Cic.*).

— *Governatore della Città del Vaticano:* Vaticanae Civitatis Praefectus; Vaticanae Civitatis Gubernator, *vel* Rector.

— *Governatore di una banca:* Mensae argentariae moderator, *vel* praefectus, *vel* rector; supremus mensae argentariae moderator, praefectus, rector. - Italiae mensae publicae praefectus (gubernator, moderator) = *Governatore della Banca d'Italia.* - *V. Banca.*

Governo: Publica auctoritas (*Morcelli*); administratio, gubernatio, procuratio, moderatio (v. g. rei domesticae, rei publicae, regni etc.); imperium; regimen.

— Rei publicae gubernandae, *vel* moderandae ratio (*forma di governo*), *vel* rei publicae genus, forma - Forma rei publicae (*Cic., Rep.* I, 34) status rei publicae (*Cic., Rep.* II, 37) = *forma di governo* - Triplex rerum publicarum genus (*Cic., Rep.* II, 23 = *triplice forma di governo*) - Genus novum imperii (*Cic., Rep.* II, 32 = *nuova forma di governo, nuovo regime*).

— Imperium singulare (*Cic., Rep.* I, 33 = *governo assoluto, monarchia assoluta*) - Regalis respublica (*Cic., Rep.* III, 35 = *Monarchia, governo monarchico* - Regale imperium (*Cic., Rep.* I, 38 = *autorità regia, regio governo*) - Popularis res publica (*Cic., Rep.* III, 35 = *governo democratico, repubblica democratica*) - Optimatium arbitrium (*Cic., Rep.* I, 26 = *governo aristocratico*), *vel* optimatium (optimatum) imperium.

— Exsistit ex rege dominus, ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio (Cf. *Cic., Rep.* I, 45 = *Dal governo monarchico nasce la tirannia, dall'aristocratico le fazioni, dal democratico la sommossa e il disordine*).

— Civitatem, *vel* rem publicam regere, moderari; publicae rei praeesse; clavum rei publicae tenere; rei publicae gubernacula tractare, moderari; ad rei publicae gubernacula sedere (*governare uno Stato*).

— *Il governo = coloro che governano lo Stato:* Qui rei publicae (rem publicam) moderantur; qui civitatis imperium obtinent; qui summam imperii in civitate obtinent; qui publicae rei praesunt; qui clavum rei publicae tenent; qui rei publicae gubernacula tractant *vel* moderantur; publicae rei moderatores; summi publicae rei moderatores etc.

— A nonnullis hac significatione ponitur: gubernium, ii, n. Haec vox invenitur apud Gellium XVI, 7; attamen ipsius Gellii sententia non est usurpanda.

— Interdum hac significatione optime usurpari potest « imperium,

ii ». « Non raro contingit ut (Ecclesia) plura temporibus Civitatum tribuens, uti jure suo abstineat: quod sane pacta ipsa abunde testantur cum *imperiis* saepe conventa. Nihil magis ab ea alienum, quam rapere ad se quicquam de jure *imperii;* sed vicissim vereatur *imperium* necesse est jura Ecclesiae, caveatque ne ullam ex iis partem ad se traducat ... Id agunt omni ope et contentione ut ditioni gubernatorum Civitatis (Ecclesiam) faciant servientem » (*Acta Leonis* 1894, pp. 206-207; *Epistula Apostolica Principibus populisque universis*).

Graduare – Graduato – Graduatoria: Gradatim, *vel* per gradus distribuere, dividere, disponere; in gradus distinguere (Cf. *Cic.:* in partes distinguere) = *graduare.*

— Aliquem ordinis (dignitatis) insignibus ornare, honestare (*graduare uno*). - Ad dignitatis gradum ascendere; altiorem dignitatis gradum ascendere, consequi (*Cic.* = *essere graduato, crescer di grado*).

— Alicujus dignitatis (auctoritatis, muneris) insignibus ornatus, honestatus (*graduato*). - Gregarius, vel miles gregarius (*soldato non graduato*).

— Alicujus rei per gradus distributio, *vel* distinctio (*graduatoria*). - Ex ordine; pro sua cujusque dignitate; pro suo cujusque merito (*secondo la graduatoria*). - Pro suo cujusque merito petitores in gradus distribuere (*fare una graduatoria dei concorrenti secondo i meriti*). - Vox « petitor » apud Horatium, Suetonium et al. significat *aspirante a un impiego, candidato, concorrente.*

Graffito: Pictura insculpta (*genere di pittura incisa nell'intonaco*).

Grafologia: Graphologia, ae, f. (*v. gr. - arte per cui dalla scrittura si cerca di desumere il carattere dello scrivente - γράφω = scrivo - λόγος = discorso, ragionamento*).

Grafomania: Scribendi libido; scribendi cacoëthes, is, n. (*Juvenal.*), graphomania, ae, f. (*γράφω - μανία*) - « Tenet insanabile multos scribendi cacoëthes » (*Juvenal.* VII, 51). - Vox « cacoëthes » ex graeco ducitur (*κακός = cattivo - ἦθος = costume*).

Grammo: Scripulum, *vel* scriplum, *vel* scriptulum, *vel* scriptlum, i, n. (*Varr.-Plin. et a.*), quod est minima pars cuiusque mensurae, v. g. XXIV pars unciae. Uncia vero est duodecima pars librae; ac libra vel pondo = gr. 369. Quapropter per vocabulum « scripulum » modo veritati proximo reddi potest quod nos vulgato nomine *grammo* dicimus (scripulum = gr. 1,37 circiter). - Cf. *Goelzer, Nouveau Dictionnaire Français-Latin.*

— E graeco fonte: gramma, atis, n.; hoc est « pondus duorum obolorum; quod Latini vertentes scriptulum ... dixere » (*Forcellini*). « Semioboli duplum est obolus quem pondere duplo gramma vocant: scriplum nostri dixere priores ». Quae verba leguntur in « Carmine de ponderibus et mensuris » 8, quod Q. Rhemnio Fannio Palaemoni tribuitur, grammatico Vicentino; quodque videtur esse tribuendum Prisciano, vel incerto scriptori sequiore aetate viventi.

Grammofono: Grammophonium, ii, n. (*γράμμα = scritto, disegno - φωνή = suono*). - *V. Fonografo.*

Gran Croce: *V. Cavaliere.*

Gran Cordone: *V. Cavaliere.*

Granduca - Granduchessa: *V. Duca.*

Grand'Ufficiale: *V. Ufficiale.*

Gratitudine: Gratus animus; memor beneficiorum animus; grata voluntas; grata beneficiorum memoria; mens grata ac memor.

— Gratum gerere animum erga aliquem; amare aliquem de aliqua re, in aliqua re, quod ...; v. g.: Multum te amabo de ... quod ... (*Ti sarò molto grato per ...*).

— Interdum res reddi potest per vocabulum « gratia, ae ». « Summa cum gratia recordamur ... » (*Ci ricordiamo con gratitudine ...*).

— Non autem usurpari potest « gratitudo, inis », quod vocabulum, ut scribit Forcellinius, barbarum est - Habetur tamen vox « ingratitudo, inis » (*Sen., De Rem. Fort.* X, 7 - *Cassiod., Variar.* V, 8 - *Firmic., Mathes.* V, 1).

Grattacielo: Celsissimae illae aedes, quae caelum scabere (perfricare) dicuntur - Assurgentes ad caelum aedes; caelum perfricantes aedes.

Grattugia: Tyrocnestis, is, f. (*J. L. Vives, Colloquia - Vallauri, Lex. Lat.*). Vox est e graeco fonte derivata, ac rem apte significat (*τυρόκνηστις = grattugia*).

— Ab aliis ponitur: scobina, ae, f. (*Varr.-Plin.*), quae tamen vox significat *lima*, seu instrumentum quo fabri utuntur ad abradendum (*Forcellini*).

— Ab aliis vero: radula, ae, f. (*Colum.* 12, 18 = *raschiatoio*), seu instrumentum, quo aliquid ex aliqua re raditur (*Forcellini*) - Prima tamen vox, quamvis e graeco fonte ducta, videtur aptior ad rem significandam.

Gravitazione: *V. Centripeto.*

— Lex de vi gravitatis et ponderum (*legge di gravitazione*); *vel*

lex de naturae vi, quae ad medium rapit omnia (*legge di gravitazione universale*).

Grazia ottenuta: Voti sui compos factus; quod se precibus compotem fecisset ... (*Morcelli: per grazia ottenuta*).

Graziare: Alicui gratiam delicti facere; alicui crimen condonare (*Cic.*); alicui ignoscere; alicui veniam dare (*graziare un reo*). - Aliquid alicui concedere, largiri, dilargiri (*concedere una grazia*).

Grissino: Panis bacillum, i, n.

Groenlandia: Groenlandia, ae, f. (*Lat. di Curia*).

Grondaia: Subgrunda; subgrundium (*Varr.-Vitruv. et a.*). *V. Doccia.*

Grotte Vaticane: *V. Catacombe.*

Gru o Grue: Grus, uis, m. et f. (*uccello, ed anche macchina militare simile alla nostra Gru - Vitruv. et a.*).

— Tolleno, onis, m. (*Liv., Veget., Plin. et a.*). Est genus machinae, qua extolluntur pondera, ejusque usus erat etiam in re militari. « Trabi in terram defixae superne imponitur et deligatur altera transversa, quae nunc sustollitur, nunc deorsum agitur » (*Forcellini*).

Gruccia: Baculum superne rostratum (*Vallauri: stampella per storpi o gruccia per appendere panni*).

— Subalare fulcrum (*Cordara*); subalare baculum - Adjectivum « subalaris, e », seu quod sub alis, vel sub axillis est, vox est serioris latinitatis.

Guanti: Manicae, *vel* manuum manicae; binae manicae (*un paio di guanti*); manicas induere, exuere, ponere (*mettersi o levarsi i guanti*); manicarum opifex, venditor (*guantaio, chi fa o vende i guanti*).

— « Manus hieme manicis muniebantur » (*Plin., Ep.* III, 5).

— A nonnullis (v. g. *Vallauri*) ponitur etiam: digitalia, ium, n. pl., quod significat digitorum tegumentum (*Varr., R. R.* I, 55).

— *Graece:* Chirotheca, ae, f. (*Vallauri - Questa voce si usa anche in senso liturgico. V. Pontificale Romano*). - Ex graecis vocibus *χείρ = mano - θήκη = guaina.*

— Ad pugnam lacessere (*Liv.*); ad certamen, ad pugnam provocare (*Cic.*) = *gettare il guanto di sfida, sfidare a battaglia;* ad singulare certamen aliquem lacessere *vel* provocare (*gettare il guanto di sfida, sfidare a duello*).

Guantiera - Vassoio: Vas metallicum aut ligneum manicis capiendis (*Vallauri: bacino per ricevere i guanti*).

— Repositorium, i, n. (*Plin.* XXXIII, 11, 49), orbis vel discus in

quo vasa escaria seu fercula imponuntur ut ad mensam deferantur (*Strumento rotondo, talora quadro e a più piani, contenente le portate in tavola* = fercula).

— Lanx, ancis, f. (*Cic. et a.*), vas escarium in quo cibi reponuntur, ut mensae inferantur (*vassoio, piatto*).

Guardaroba: Vestiarium, ii, n. (*Plin.* XV, 8, 8), locus in quo vestimenta servantur; *vel* arca vestiaria (*Cat.* = *armadio, cassa, ripostiglio per conservare vesti*). - *In senso di guardarobiere V. questa voce.*

— Non autem, ut nonnulli ponunt: apotheca, ae, f. (*Cic.*), quae vox significat *dispensa per vino, cibi* ...

Guardarobiere: Vestipicus, i (*Plaut., Trin.* II, 1, 21), seu servus vestium custos; vestipica, ae (*Varr.*), seu ancilla vestibus servandis addicta.

Guardasigilli: *V. Ministro di grazia e giustizia.*

Guardia: I. Tutela; praesidium; custodia (*l'azione del sorvegliare, presidiare, proteggere*).

II. Stipator, oris (*Cic. et a.*) qui latus alicujus stipat custodiae causa, v. g. Regis stipatores.

— Speculator, oris (*Cic. et a.*) = *guardia esploratrice. investigatrice.* Significat etiam (*Tac. et a.*) satellites, seu *guardie del corpo;* v. g. Regis, *vel* alicujus magistratus speculatores, *vel* spiculatores.

— Custos, odis (*custode, guardia*); satelles, itis, m. et f. (*guardia del corpo di un Principe*); excubiae, arum (*sentinelle di giorno e di notte*); vigiles, um, *vel* vigiliae, arum (*Cic. et a.*) *sentinelle o guardie notturne;* stator, oris (*soldato al suo posto di guardia; ed anche ordinanza dei proconsoli e degli altri magistrati.* Cf. *Cic., Ep.* II, 19, 2, *et Planc. in Cic., Epist.* X, 21, 2).

— Custodes corporis; milites praetoriani; praetoriana cohors; protectores; protectores lateris (*guardia del corpo*).

— Apparitores (*guardie all'ordine di un magistrato; ed anche ordinanze e impiegati subalterni*).

— Excubias agere alicui; vigilias agere alicui (*Cic.*); stationem agere (*Tac.*); esse in statione diu noctuque (*Caes.*) = *montar la guardia.*

— Militum statio; vigilum contubernium; custodiarium (*Inscript.*); excubitorium (*Inscript.*) = *posto di guardia.*

— Milites a publica tutela, *vel* a publica securitate (*Vallauri*) = *guardie di pubblica sicurezza.*

— *Guardia Svizzera:* Praetoriana Helvetiorum cohors; praefectus

cohortis praetorianae Helvetiae (*Morcelli*) = *guardia svizzera e comandante della medesima.*

— Helvetii milites, *vel* excubitores (*guardie svizzere*); Pontificia Helvetiorum cohors (*corpo della guardia svizzera*); Pontificiae Helvetiorum cohortis Praefectus (*comandante della guardia svizzera*) - Pontificiae Helvetiorum cohortis magister pietatis; *vel* sacrae disciplinae magister Pontificiae Helvetiorum cohortis (*Cappellano della Guardia Svizzera*).

— *Guardia Nobile:* Protector sacri lateris Pont. Max. (*Morcelli:* = *guardia nobile*). - Custodum corporis nobilium cohors (*Acta Leonis*, vol. XXI, p. 73) = *Corpo della guardia nobile* - Praefectus Pontificiae Cohortis nobilium (*Vox Urbis*); *vel fortasse aptius:* Nobilis cohortis praefectus protectorum sacri lateris Pontificis (*Comandante della guardia nobile*) - Magister pietatis (*vel* sacrae disciplinae magister) nobilis cohortis protectorum sacri lateris Pontificis (*Cappellano della Guardia Nobile Pontificia*).

— *Guardia Palatina:* Palatina cohors honoraria; Palatinae cohortis honorariae praefectus; Palatini milites honorarii (*Guardia Palatina e comandante della Guardia Palatina d'onore*) - Palatinae cohortis honorariae magister pietatis; *vel* sacrae disciplinae magister Palatinae cohortis honorariae (*Cappellano della Guardia Palatina*).

— Classiarius miles (*Caes.*) = *guardia o soldato della marina.*

— Milites custodiae litoris addicti, *vel* tutelae litoris addicti (*guardacoste*), *vel* milites litoris custodes.

— Venationis custos; publicus venationis custos (*guardiacaccia*).

— Saltuarius, ii (*Pompon., Dig.* VII, 8, 16) = *guardiaboschi; vel* silvarum custos.

— Siphonarius, ii (*Inscript. Murat.*), qui siphone, seu fistula utitur ad extinguenda incendia (*guardia del fuoco, pompiere*); extinguendis incendiis praefecti (*Vallauri*); excubiae adversus incendia; incendiorum praesidia (*corpo di guardia dei pompieri*).

— Excubiae urbanae (*guardie municipali*); excubiae regiae (*guardie regie*).

— Primum agmen, *vel* speculatorium agmen (*avanguardia*); auxiliare, *vel* auxiliarium agmen (*retroguardia*), *vel* agmen postremum.

Guardiola: Atriensis cella; speculatoria janitoris cella; speculatoria ostiarii cella.

Guarentigie (*Leggi delle guarentigie*): « Leges quae Romani Pontificis libertatem quibusdam praesidiis, seu cautionibus, commo-

nire pollicentur » (*Acta Ap. Sedis* 1922, p. 669, *Enc.* « *Ubi Arcano* »).

Guatemala: Guatimala, ae, f.; *vel* Guatemala, ae, f. (*Lat. di Curia*).

Guelfo: Guelfus (*Morcelli*). - Ab aliis scribitur: Guelphus.

Guerriglia - Guerrigliere: I. Bellum dispersum; occultum dispersumque bellum; non legitimum bellum; non legitimum occultumque bellum; non legitimum dispersumque bellum; dolosum, *vel* fraudolentum bellum (*guerriglia secondo i vari significati che può avere*).

— Tecte disperseque bellum gerere; dispersim occulteque bellum gerere; occultum dispersumque bellum gerere; non legitimum dispersumque bellum gerere (*far la guerriglia*).

II. Occulti dispersique bellatores; non legitimi bellatores; non legitimi occultique bellatores; dolosi fraudolentique bellatores (*guerriglieri secondo i vari significati*).

Guida: Dux; magister; rector - *V. Cicerone-guida.*

H

Haiti: Haitia, ae, f.; Haitiana Respublica; Haitiana Natio (*Lat. di Curia*). - Portus Principis (*la capitale*).

Helsinki: Helsinchium, *vel* Helsinchia (*Cap. della Finlandia*).

Honduras: Honduria, ae, f.; Hondurienses, ium (*gli abitanti*), *vel* Honduriani, orum; Tegucigalpa, ae, f. (*la capitale. Lat. di Curia*).

I

Iceberg: (*voce inglese = ammasso di ghiaccio natante*) Natans glaciata moles; natantes glaciatae moles.

Icnografia: Ichnographia, ae, f. (*Vitruv.* I, 2 = *descrizione della pianta di un edificio - ἴχνος = pianta - γράφω = descrivo*). - *V. Disegno, Pianta.*

Iconoclasta: Iconomachus, i, m. (*εἰκών = immagine - μαχέω = combatto*).

Iconografia: Imaginum descriptio. - *Graece:* Iconographia, ae, f.

Idea: Cogitatio (*il pensare*); cogitatum (*pensiero*); opinio, opinatio (*opinione, concetto*); notio (*nozione*); sententia, consilium (*il parere*); notio in animis informata, *vel* in animis insita (*Cic.: idea*

innata); species (Cf. *Cic., Acad.* I, 30), *vel* rerum informatio, *vel* formae (*immagine delle cose nella mente secondo il linguaggio filosofico*). « Formae sunt, quas Graeci ἰδέας vocant; nostri si qui haec forte tractant, species appellant; non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si latine quidem dici possit, specierum et speciebus dicere; et saepe his casibus utendum est; at formis et formarum velim. Cum autem utroque verbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror neglegendam » (*Cic., Top.* 7).

— *Graece:* idea, ae, f. (Cf. *Sen., Ep.* 58, 18 sq.).

— « Cogitata sic luminibus verborum distinguere atque ornare, ut veritate lectores delectentur » (*Cic.* = *Vestire le idee di belle parole in modo che la verità diletti il lettore*).

Ideale: Species; forma; species et forma alicujus rei; perfecta, eximia, praeclara alicujus rei forma, *vel* species; perfecta pulcritudinis species (*ideale di bellezza*); beatae vitae species ac forma (*ideale di vita felice*); perfectissimae vitae propositum sibi animo effingere (*formarsi un ideale di perfezione*); Civitas optima, Respublica perfectissima (*l'ideale di uno Stato*), *vel* perfecta Civitatis species ac forma; summus orator (*oratore ideale*), *vel* perfecti oratoris exemplar; perfectae eloquentiae species, forma, norma (*l'ideale dell'eloquenza*); perfectissimam sibi cogitandi agendique rationem proponere (*proporsi un ideale perfetto nel pensare e nell'agire*), *vel* ad perfectissima quaeque spectare ac contendere; absolutum ac perfectum aliquid animo effingere, atque ad assequendum illud totis viribus contendere, *vel* eniti (*crearsi un ideale di perfezione e cercare di raggiungerlo*).

— « Ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam (*un ideale di bellezza*), quam intuens in eaque defixus ad illius similitudinem artem et manum dirigebat » (*Cic., Orator*, c. 2).

— *V. Teoria - Pratica.*

Idealismo: Philosophandi ratio, qua omnia ad mentis cogitata reducuntur (*idealismo filosofico*), *vel* philosophandi ratio, qua omnia ad mentis species ac formas reducuntur.

— Meditatione contemplationeque, potiusquam in rerum agitatione vivere (*vivere d'idealismo, essere idealista*); *vel* totum esse in rebus speculandis contemplandisque; *vel* in rebus speculandis contemplandisque haerere totum.

Idealmente: Mente cogitationeque (*contra:* re, reapse).

Identità: (*carta di*) Chartula, *vel* scida, *vel* scidula imaginem alicujus referens, ejusdemque fidem faciens - Tessera imaginem alicujus referens, ejusdemque fidem faciens; tessera fidem alicujus faciens; tessera alicujus. - Vox « tessera » inter alia significat etiam *segno di riconoscimento.*

— (*Identità di vedute e d'azione*) Idem omnibus consilium, eademque agendi ratio.

Ideografia: Ideographia, ae, f. (*v. gr.*), seu cogitationum descriptio. (*ἰδέα = idea - γράφω = descrivo*).

Ideologia – Ideologico: Ideologia, ae, f. (*v. gr.*), seu doctrina de rerum notionibus. - Ad rerum notiones pertinens, attinens; ideologicus (*v. gr.*). - Ex rerum notione (*ideologicamente*); *vel* mente cogitationeque (*contra:* re, reapse). - *V. Teoria - Pratica.*

Idiosincrasia: Idiosynchrasia, ae, f. (*v. gr. ἴδιος = proprio - συγχρᾶσις = costituzione*) *= termine medico indicante la particolare costituzione organica, il temperamento ecc.*

Idiotismo: Idiotismus, i, m. (*Senec. et al.*) *= parole e frasi proprie di una lingua, intraducibili in altra* (*v. gr.*).

Idiozia: Mentis imbecillitas; ingenium hebes.

Idolatra – Idolatrare – Idolatria: Deorum cultor; simulacrorum cultor; idolorum cultor; deorum simulacrorum adorator et cultor (*idolatra*). - Vox « adorator » serioris est latinitatis (*Tertull.*); vox « idolum » ex graeco fonte ducitur.

— Deorum simulacra colere, venerari, adorare (*idolatrare*) - Quasi divino cultu aliquem colere, venerari; aliquem in oculis ferre, in deliciis habere, perdite adamare (*idolatrare in senso lato*).

— Simulacrorum adoratio; deorum adoratio; impura deorum superstitio; falsa et inanis deorum religio; deorum simulacrorum cultus. - Vox « adoratio » legitur apud Plinium et a.

— Ex graeco fonte: Idolatria, ae, f.; idolatra, ae, idolatres, ae, m. (*Tertull.-Cipr. et a. - εἴδωλον = idolo - λατρεύω = adoro*).

Idraulico: Hydraulicus, a, um (*Vitruv.-Plin.-Suet.*); ars hydraulica; machina hydraulica (*ὕδωρ = acqua*).

— Antlia, ae, f. (*Suet.-Tib.* 51) *= pompa idraulica.*

— Hydraulus, i, m. (*Cic.-Plin.*) est instrumentum musicum aquae decursu, seu pulsu sonum reddens (*organo idraulico*).

Idrofobia: Aquae horror, timor, pavor (*Plin.*); *graece:* hydrophobia, ae (*Ovid., Cels. et a. - ὕδωρ = acqua - φοβος = paura*).

Idrofobo: Morbi causâ aquam expavescens; aquifuga (*Cod. Aurel.*); rabidus; *graece:* hydrophobus, a, um (*Plin.* XXIX, 5, 32).

Idrògeno: Hydrogenium, ii, n.; quae vox ex graeco sermone ducta significat *generatore di acqua,* seu aquae elementum.

Idrografia: Aquarum descriptio. - *Graece:* Hydrographia, ae, f. (*ὕδωρ = acqua - γράφω = descrivo*).

Idrometria: Aquae metiendae disciplina, doctrina, ars.

Idrometro: Aquae libramenti index; aquae metiendae index; aquae altitudinis index, icis (*linea di misurazione dell'acqua nei fiumi, ecc.*). - *Graece:* Hydrometrum, i, n. (*ὕδωρ = acqua - μέτρον = misura*).

Idromotore: Aquae machinamentum; aquarum machinatio. - *Graece:* Machinamentum hydraulicum; hydraulica machinatio.

Idropisia: Aqua intercus, utis (*Cic. et a.*); aquae intercutis morbus; *graece:* hydrops, opis, m. - Crescit indulgens sibi dirus hydrops (*Horat., Od.,* II, 2, 13). - Ex quartana in hydropa decidere (*Cels.* III, 21). Hydropisis, is, f. (*Plin.* XX, 1, 3 - *ὕδρωψ, ωπος*).

Idropico: Intercutis aquae morbo laborans; aqua intercute laborans (*Plin.*); aquae intercutis morbo implicitus; *graece:* hydropicus, a, um. (*Horat. et a.*).

Idroplano – Idrosilurante – Idrovolante: I. Cymba volatilis; volatilis navis, *vel* navicula; navigium volatile; navicula aligera; aligera cymba; navicula volans, volitans (*idroplano, idrovolante*). - Adjectivum « volatilis, e » (*Cic.-Ov.*) significat *che vola, che può volare;* ac fere idem significat « aliger, a, um » (*Virg.-Ov.*).

— Hydroplanum, i, n.; quod quidem vocabulum, ex graeco fonte derivatum (*ὕδωρ-πλανάω*), necessarium videtur ad ejusmodi rem ab *areoplano* clare distinguendam, quamvis interdum, per opportunum verborum circuitum, res satis luculenter queat eleganterque significari. Ita e. g.: Cymba volatilis ex fluctibus ad caelum extollitur, iterumque, prout libet, ad aequora redit (*decollaggio e amarraggio di un idroplano*).

— Cymbae, super maris aequora volitantes, tranatantibus missilibus naves diffindunt, diffringunt, perfodiunt, diruunt, submergunt (*idrosiluranti attaccano navi con siluri, le squarciano, le rovinano, le sommergono*).

II. Aligera (*vel* volatilis) navis tranatantia missilia jactans (*idrosilurante*); aligera cymba, *vel* volatilis cymba ignivoma (ignifera) tela per maris undas jactans; hydroplanum ignivoma (ignifera) missilia per maris aequora jactans (*idrosilurante*).

— *V. Siluro, silurare.*

Idroscalo: Aëronavium portus. - *V. Areoporto.*

Idroscopio: Hydroscopium, ii, n. (*ὕδωρ* = *acqua* - *σκοπέω* = *osservo*); seu instrumentum aquarum profunda speculans; speculatorium aquarum instrumentum. - Adjectivum « speculatorius, a, um » legitur apud Caesarem et Livium.

Idrostatica: Hydrostatica disciplina, doctrina, ars; de aquarum libramento disciplina, doctrina, ars.

Idroterapia: Aquarum curationes; de aquarum curationibus disciplina, doctrina, ars; hydrotherapeutica disciplina, doctrina, ars. - Ad aquarum curationes pertinens (*idroterapeutico*). - *Graece:* Hydrotherapia - Hydrotherapeuticus (*ὕδωρ* = *acqua* - *θεραπεία* = *cura*).

Igiene: Valetudinis curandae ars, *vel* disciplina.

— Praecepta de valetudine tuenda (*regole d'igiene*).

— Domus salubritas (*igiene della casa*); domus salubritatem tueri. (*curare l'igiene della casa*).

— Salubris, salutaris (*igienico*); salubriter, salutariter (*igienicamente*).

Illimitato: Immensus. infinitus; quoslibet praetergrediens fines, *vel* terminos.

— Jus infinitum (*potere illimitato*), quod Vespasianus Augustus Senatui concessit; infinita potestas, infinitum imperium (*Cic.*); infinitum tempus (*Cic.*); infinitum bellum (*Nep.* = *guerra a morte*); infinitum odium, *vel* inexpiabile odium (*Cic.* = *odio eterno*).

Imbarbarire: Inhumano cultu silvescere (*imbarbarirsi*); ad incultam feramque vitam reducere (*imbarbarire*); *vel* ad barbariem (ad barbariam) reducere.

Imboscarsi: I. Silvas petere (*andare nei boschi*). In silvis latere (*nascondersi nelle selve*) - Silvescere (*crescere in troppo rigoglio, inselvatichire*).

II. Militiam refugere commodioris vitae causa - Bellum refugere commodioris vitae causa.

Imboscato: Militiam refugiens commodioris vitae gratia; bellum refugiens commodioris vitae causa.

— Murcus (*Ammian. et a.*). - Murcus per contemptum ille appellabatur, qui, munus Martis pertimescens, pollicem sibi praecidebat. Ita igitur vocari potest qui militiae onus quavis non legitima ratione renuit.

Imbroccare (*colpire nel segno*): Collineare. « Quis est enim, qui totum diem jaculans, non aliquanto collineet? » (*Cic., Divin.* II, 59).

— Collineare hastam, sagittam (*Idem*).

Imbrogliarsi: (*trovarsi imbrogliato*) *V. Incagliare.*

Imbucare – Impostare: In publici cursus capsulam (*vel* capsellam) epistulam demittere (immittere, inijcere).

Imbuto: Infundibulum; vel, ut in non paucis codicibus legitur, infudibulum, infidibulum (*Cato-Vitruv.-Colum.*).

Immacolata: *V. Concezione.*

Immateriale – Immaterialità: *V. Spirituale - Spiritualità.*

Immatricolare – Immatricolazione: In album referre; in tabulas referre. - *V. Registro - Registrare - Ruolo.*

— Perscriptio (*Cic. et al.* = *registrazione, immatricolazione*); nominis perscriptio.

Immischiarsi: Immiscere se (immisceri) alicui rei (*Liv.*); implicari (se implicare) aliqua re, v. g. negotiis (*Cic.*), morbo (*Caes.*), bello (*Virg.*).

— « Nimis aperte licenterque in medios politicarum rerum fluctus se conjicere, seque acerrimis de natione contentionibus immiscere, partium odia concitantes in sacri ministerii dignitatem » (*Acta Ap. Sed.* 1919, p. 122).

Immobile – Mobile: Immobilis (*Cic.*); immotus; stabilis (*Cic.*); incommutabilis (*Cic.*); immutabilis - Mobilis (*Cic.*); volubilis; versatilis (*Sen.*); versabilis (*Lucr., Sen.*).

— *Beni mobili:* Res moventes (*Liv.* V, 25 - *Gell.* XI, 18); res quae moveri possunt (*Nep.*); res quae solo non continentur.

— *Beni immobili* - Res non moventes; res quae moveri non possunt (*Liv.*); res quae solo continentur; res solidae - Adjectivum solidus, a, um (*Cic. et a.*) significat *stabile, fermo, durevole.*

— « Rerum dominium, vel moventium, vel solidarum » (*Litt. Enc.* « *Rerum Novarum* » *A. L.* 1891, p. 100) = *Diritto di proprietà sui beni mobili e immobili.* - « Bona homini tribuere necesse est non utenda solum, quod est omnium animantium commune, sed stabili perpetuoque jure possidenda; *neque ea dumtaxat, quae usu consumuntur, sed etiam quae, nobis utentibus, permanent* » (*Ibidem*, p. 101).

— Bona mobilia et immobilia; haec tamen locutio serioris est latinitatis (*Dig.*).

— *Feste mobili: V. Feste.*

Immorale – Immoralità: Inhonestus; turpis; flagitiosus; pravus (*immorale*).

— Morum depravatio; morum intemperantia, pravitas, perversitas, turpitudo (*immoralità*); flagitium, turpitudo, dedecus (*atto immo-*

rale); mores corrupti, perditi, profligati, pessumdati, lapsi ad mollitiem, prolapsi in vitia (*costumi immorali, portati all'immoralità, al vizio ecc.*).

Immortalare: Aliquem immortalitate donare; alicui immortalitatem donare, impertire; aliquem immortalem efficere, reddere (*immortalare in senso stretto*).

— Aliquem immortalitati commendare (*Cic.*); aliquid immortalitati tradere (*Cic., De Or.* III, 16, 60); aliquem immortalitati consecrare (*Curt.*); aliquem immortalitatis gloria afficere (*immortalare in senso lato*). - Amplissimis monumentis memoriam nominis sui consecrare (*Cic.*); immortalitatem sibi parere; immortalem consequi gloriam (*immortalarsi*).

Impappinarsi: *V. Incagliare.*

Imparziale: Integer;, incorrruptus; neutri parti favens; nulli parti obnoxius; medius; medium se gerens.

— Tamquam medius, nec in alterius favorem inclinatus (*Liv.*); qui se medium esse vult (*Cic.*); medios esse jam non licebit (*Cic.*); Eumenes in eo bello medio erat animo (*Vell.*); media sequi (*Tac.*); medium se gerere (*Liv.*) - *V. Neutrale.*

Imparzialità: Mens integra; judicium integrum, incorruptum; aequitas; v. g. servare aequitatem (*Cic.*); aequanimitas; aequabilitas, v. g. judicii aequabilitas; judicii integritas.

Impassibile – Impassibilità: Non patibilis; haud patibilis (*impassibile*). - Adjectivum « patibilis, e » significat: a) *sopportabile*, v. g. patibilis dolor, labor (*Cic.*); atque etiam *passibile* = qui pati potest, vel debet, e. g.: « Cum omne animal patibilem naturam habeat » (*Cic., Nat. Deor.* III, 12). - Adjectivum autem « impatibilis, e » hac significatione (*impassibile*) usurpatur a Lactantio (*Institut.* II, 8); apud Ciceronem vero adjectivum « impatibilis, e » *vel* « impetibilis, e » idem fere est ac « intolerabilis, e » (*insopportabile*); e. g. impatibilis, *vel* impetibilis, *vel* intolerabilis, *vel* intolerandus dolor, luctus etc.

— Animi perturbatione liber, *vel* vacuus; omni perturbatione liber, *vel* vacuus (*impassibile*); omni perturbatione animi carere (*essere impassibile*); vultum non mutare; *vel* nec animum, nec vultum mutare (*restare impassibile*); siccis oculis (*Hor.*) cernere (*guardare impassibile*); pati nescius; patiendi expers; nulli malo obnoxius - « Passibilis » vox est cadentis latinitatis (*Arnob. et a.*); atque ita pariter « impassibilis » (*Lactan.*). - *V. Insensibile.*

— Animus ab omni perturbatione liber (*Cic.* = *impassibilità, im-*

perturbabilità dell'animo); corpus ab omni perturbatione liberum (*impassibilità del corpo*).

Impastoiare: Coërcere; vincire; coartare; implicare; repagula ponere alícui; libertatem constringere et implicare.

— *V. Incagliare.*

Impellicciato: Pellitus, a, um (*Liv.-Cic. et a.* = *coperto di pelliccia; impellicciato contro il freddo*).

Impenitente – **Impenitenza**: Obfirmatus in peccatis animus; obcallatus peccatis animus; voluntas obstinatior et in peccatis obfirmata; obstinatus contra veritatem (*Quintil.* = *ostinato, impenitente nell'errore*).

— A nonnullis hoc loco ponitur: « obstinatio »; at haec vox significat *costanza, pertinacia, caparbietà nel bene o nel male.*

— Voces autem « impaenitens », « impaenitentia » cadentis sunt latinitatis (*Hier.-Aug.*).

Impermeabile: Impervius (*Ov.-Tac.*: v. g. amnis, iter); impenetrabilis (*Liv.-Tac.*); non meabilis (*Plin.* VI, 1, 1); immeabilis. Quae tamen postrema vox est serioris latinitatis.

— Non meabilis paenula, *vel* lacerna (*mantello impermeabile*); immeabilis paenula, *vel* lacerna; imbribus impervia paenula, *vel* lacerna.

— A nonnullis hoc loco ponitur: segestria, ae, f. (*Cf. Suet., Aug.* 83 = *sopraveste leggera di pelle e quindi impermeabile*).

Imperscrutabile: Arcanus; mirus; mirabilis; incredibilis; supra humanae mentis captum.

— « Inscrutabilis et imperscrutabilis » (*S. Aug.*) verba sunt serioris latinitatis.

Impiallacciare – **Impiallacciatura**: Obducere aliquid alicui; inducere aliquid alicui; obtegere aliquid aliqua re. - Laminas (ligni, plumbi, marmoris) obducere alicui rei (*impiallacciare di legno, di piombo, di marmo*).

— Ligneas laminas supellectili obducere (*impiallacciare i mobili*). - Suppellex ligneis obducta laminis (*mobili impiallacciati, cioè coperti da sottili lamine di legno*).

Impiastro: Emplastrum, i, n. (*Cels. Plin. et a.*); cataplasma, atis, n. et cataplasmus, i, m. (*Cels., Plin. et a.*). - Malagma, atis, n., quod potissimum ex floribus conflatur (*Cels.* V, 17); pastillus, i, m. dicitur, si ex aridis, vel ex paene aridis conficitur (*Cels. ibid.*). Haec tamen omnia, plus minusve detorta, ex graeco fonte oriuntur. Ex latino fonte habetur: fomentum, i, n. - Fomenta calida (*Cels.*

II, 17); adhibere fomenta, parare fomenta (*Horat.*, *Sat.* I, 1, 82); fomenta frigida (seu inutilia) apud *Horat.*, *Ep.* I, 3, 26.

Impiegato: Minister, i; munere fungens; officialis - Officialis significat ministrum alicujus magistratus, *vel* ministrum in aliquo publico munere (*impiegato in officio pubblico*), ut videre est apud Apulejum (*Met.* 1) et apud Ulp., Dig. XXXVI, 4, 5.

— *V. Funzionario.*

Impiego: Munus, ministerium; officium; v. g. munus aliquod sustinere, *vel* obire; munere fungi, *vel* ministerio fungi (*avere un impiego*); ministerium alicui facere (*Justin.* = *avere un impiego presso di uno*); ministerium nauticum (*Liv.* = *nella marina*) ministerium scribarum (*Liv.* = *come scrivano o segretario*); aliquem officio et munere removere (*destituire uno dall'impiego*); alicui munus, *vel* ministerium quaerere, comparare (*provvedere ad uno un impiego*).

— Magistratus et imperia (*Caes. et a.* = *impieghi civili e militari*). - Provincia (*impiego di un alto funzionario, come console, magistrato ...*); v. g. provinciam deposcere (*Cic.*), sortiri, obtinere (*Liv.*), administrare (*Nep.*).

Impiombare – **Impiombato** – **Impiombatura**: Plumbare aliquid (*Cato et Plin.* = *saldare col piombo*); plumbo aliquid conglutinare, *vel* ferruminare, jungere, devincire (*fermare o saldare col piombo*). Ferruminare aliquid aliqua re (*Plin.* = *saldare con piombo o altro metallo*).

— *Impiombare un dente:* dentem plumbare; dentem ferruminare auro, argento etc... (*impiombare un dente in oro, argento ...*). - Dentem operculare; *vel* dentem apto operculo occludere, tegere (*impiombare, capsulare un dente*); dentem aurea lamina tegere, obtegere (*capsulare un dente in oro*).

— *Dente impiombato:* Dens plumbatus; dens ferruminatus; dens auro ferruminatus (*dente impiombato in oro*); dens operculatus; dens operculo tectus; dens operculo occlusus (*dente impiombato, capsulato*); dens aureo operculo tectus, obtectus, occlusus (*dente impiombato e capsulato in oro*), *vel* dens aurea lamina operculatus, tectus, obtectus, occlusus. - Verbum « operculare » et adjectivum « operculatus, a, um » leguntur apud Columellam. « Si sunt pleni, atque operculati favi » (*Colum.* XI, 2).

— Plumbea, *vel* aurea dentis ferruminatio (*impiombatura di un dente col piombo o con l'oro*). - Vox « ferruminatio » (*saldatura col metallo*) usurpatur a Paul., Dig. VI, 1, 23. Vocabulum autem

« plumbatura, ae, f. » (*saldatura in piombo*) eodem loco legitur, apud Paul., Dig. VI, 1, 23.

— *V. vol. I, pag. 29.*

Impolitico: A civili prudentia alienus; imprudens.

Imporre: (*La cosa s'impone*) « Res clamat, vehementer clamat: audentibus animis opus est ... » (*Acta Leonis*) = *La cosa s'impone assolutamente: è necessario armarsi di coraggio...*

Importazione - Esportazione: Invectio-exportatio (Cf. *Cic., De Off.* II, c. 3); res quae importantur, *vel* exportantur.

— Portorium (*dazio d'importazione*).

Impossibile - Possibile: Impossibilis (*Quintil.* V, 10); qui, quae, quod fieri non potest; fieri non potest ut...; nullo pacto fieri potest ut ... (*è impossibile che ...*).

— Possibilis (*Quintil.* III, 8); qui, quae, quod fieri potest. - Ut potest; si potest (*Cic.* = *in quanto è possibile*); fieri potest ut ... (*Cic.* = *è possibile che ...*); quî potest? (*Cic.* = *Come è possibile?*).

Impossibilità - Possibilità: Quod fieri non potest; quod fieri potest - Facultas (*possibilità*); nulla facultas (*impossibilità*), v. g. aliquid faciendi.

— Impossibilitas (*Apul.*); possibilitas (*Arnob.*); verba sunt serioris latinitatis.

Impostare: *Impostare lettere: V. Imbucare lettere.*

— *Impostare un lavoro:* rem praecipuis lineamentis proponere; opus summis lineamentis adumbrare; opus inchoare; v. g. navem inchoare (*impostare una nave*).

— *Impostare un problema:* quaestionem proponere; quaestionis formulas proponere.

Imposte Dirette e Indirette: *V. Dazio.*

Impresario: Conductor operis (*Cic.*). - Redemptor (*appaltatore*). - Libitinarius (*Sen. et a.* = *impresario di pompe funebri*); Libitinam exercere (*Val. Max.* V, 2, 10 = *essere impresario di pompe funebri: da Libitina, Dea dei funerali, nel cui tempio si poteva prendere a nolo tutto l'occorrente per i funerali; occorrente, che si chiamava pure Libitina*).

Impressionabile - Impressionabilità: *V. Sensibile - Sensibilità.*

Impressionante: *V. Sensazionale.*

Impulso: *V. Influsso, Influenza.*

Inalazione: Suffimentum (*Cic. et a.*); suffimen (*Ovid.*) - Fumum (vaporem, nidorem) ore trahere (*Plin.*) = *fare inalazioni - Vel:*

Nidorem (vaporem, fumum) imbibere. - « Nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi » (*Plin.* XXIV, 15, 85). - *V. Pipa.*

Inalberare: Vexillum tollere (*Cic.*); vexillum proponere (*Caes.*); signum proponere (*Liv.*); signa tollere (*Vell.*) = *inalberare un vessillo, una bandiera.*

Incagliare: Vado (*vel* in vadum) illidi; litoribus (*vel* in litora) illidi; in litus se maximo cum sono fluctus illidit (*Quintil.*); impingere navem litoribus, *vel* in litora (*Tac.-Sen.*).

— *Impigliarsi in difficoltà:* Haerebat nebulo; quo se verteret non habebat (*Cic., Phil.* II, 29); haereo quid faciam (*Cic.*); valde in scribendo haereo (*Cic., Att.* XIII, 39); res haeret, negotium haeret (*Plaut., Pseud.* I, 5, 8; *Amph.* II, 2, 182 = *la cosa è imbrogliata*); aqua haeret; in hac causa mihi aqua haeret (*Cic., Q. Fr.* III, 8 = *mi trovo incagliato, imbrogliato*); animo pendere; animis pendere; animus pendet (Cf. *Cic., Tusc.* I, 40, et *alibi*).

Incallire - Incallito: Callum obducere; obcallescere; obdurescere; obdurare; indurescere (*intrans.*); indurare (*trans.*), v. g. indurare animum; bello indurata virtus.

— Vitiis obcallatus animus, *vel* in peccatis obfirmatus animus (*incallito nei vizi*).

— Persta atque obdura! (*Costanza e tenacia!*).

Incalzare: (*nelle discussioni*). Verbo premere aliquem (*Cic., Tusc.* I, c. 7).

— Urgere aliquem (*stimolare, incalzare uno*), e. g. « ursit me litteris ut... » (*Asin. Poll. in Cic., Ep.*); *vel* aliquid urgere, e. g. urgere opus, iter (*Ov.*), propositum (*Hor.*), jus (*Cic.* = *insistere nel proprio diritto*); instare alicui, e. g. instare hosti (*Liv.*), cedenti instare (*Liv.*), fugienti instare (*incalzare*); instare alicui ut ..., contendere ab aliquo ut ... (*incalzare con preghiere per ...*).

Incaricato d'Affari: *V. Affare.*

Incarico: (*per incarico di ...*). Mandato munere; jussu alicujus; mandato munere ac communicatione potestatis. - Injussu alicujus (*Cic.* = *senza incarico, senza ordine di ...*).

Incarto - Incartamento: Pagellarum fasciculus - Scidularum fasciculus - Schedularum fasciculus.

Incensare: Tus incendere, adolere, offerre; tura dare alicui (*Tibul.*); turis honores alicui tribuere (*Ovid.*); ture aliquid (aliquem) suffire; ture altaria suffire (*Virg.*); ture adolere aras; tura aris ingerere (*Plin.*); aras odore arabico fumigare (*Plaut.*) = *incensare in senso letterale.*

— Adulari aliquem, alicui (*incensare* = *adulare*); *vel* assentari alicui; blandiri alicui; auribus alicujus obsecundare, inservire; gratiam alicujus aucupari; assentatorie dicere. - Alicujus laudes ad astra tollere (*Cic.*); aliquem summis laudibus ad caelum efferre (*Cic.*); pleniore ore, utroque pollice laudare (*Hor.*); laudes alicujus praedicare (*Nep.*); de alicujus laudibus praedicare (*Caes.*). (*incensare* = *fare grandi elogi di uno*).

Incensazione – **Incensatura**: Turis suffimen; turis suffimentum; turis incensio; turis honor; turis honor alicui tributus (*in senso letterale*).

— Adulationes; assentationes (*in senso figurato*); assentatiuncula (*Cic.* = *incensatina, adulanzioncella*); assentatorie (*Cic.*).

Incetta – **Incettare** – **Incettatore**: *V. Accaparramento, Accaparrare, Accaparratore.*

Incivilire: *V. Civiltà, Civilizzare.*

Incombustibile: Flammae, *vel* igni non obnoxius; a flamma invictus; flammam non concipiens; ustionis expers; ab ustione immunis; flammis inviolabilis materia (*Sen.* = *materiale incombustibile*); igni inviolatus (*Plin.*); ignibus impervius (*Tac.*); ignibus non absumi (*Plin.*), non confici (*Suet.*) = *essere incombustibile.*

Incombustibilità: Flammae victrix natura; flammarum victrix natura.

Incompatibile: Repugnans alicui rei (*Cic.*); repugnans contra aliquid, v. gr. contra veritatem (*Cic.*); res inter se repugnantes (*Cic.*); alienus ab aliqua re (*Cic.*); alienus alicui (*Cic.-Tac.*); abhorrens ab aliqua re (*Cic.*); abhorrens aliqua re (*Curt.*); abhorrens alicui rei (*Liv.*); abhorrentes inter se (*Liv.*). - Hoc non cadit in sapientem (*Cic.* = *ciò è incompatibile nell'uomo sapiente*).

Incompatibilità: Discrepantia; repugnantia; dissensio. - Majorem multo inter Stoicos et Peripateticos rerum esse ajo discrepantiam quam verborum (*Cic.*). - Nulla mihi tecum potest esse dissensio (*Cic.*); dissensio inter aliquos de aliqua re (*Cic.*); utilium cum honestis dissensio (*Cic.*); - Repugnantia rerum (*Cic.*); ingenii; naturae (*Sen.*) = *Incompatibilità di cose, di indole, di natura.*

Incompetente: I. Indoctus; indoctus alicujus rei (*Hor.*). - Rudis; rudis ad aliquid, *vel* in aliqua re, *vel* aliqua re, *vel* alicujus rei; rudis in jure civili (*Cic.*); arte rudis (*Ov.*); rudis ad aliquid (*Liv.*). - Imperitus, ignarus, rudis rei militaris, litterarum (*Cic.*). - Non intellegens in aliqua re *vel* alicujus rei (*Cic. et al.*) = *che non s'intende di una cosa.*

II. Non legitimus; non idoneus neque legitimus, v. gr. judex

(*giudice incompetente*); non aptus ad cognoscendum, ad statuendum de aliqua re (*giuridicamente incompetente*); potestatem, *vel* jus non habere aliquid faciendi (*essere incompetente circa una cosa*), *vel* jure aliquid facere non posse; juris expers, *vel* facultatis expers, *vel* potestatis expers (*giuridicamente sprovvisto di potere*).

Incompetentemente: I. Indocte; inscienter (*Cic.*); inscite (*Liv.*); inerudite (*Quintil.*); imperite, imperitissime (*Cic.*).

II. Nullo jure; nulla potestate; nulla auctoritate; nulla facultate (*senza poteri*).

Incompetenza: I. Inscientia; inscitia; ignorantia; ignoratio; imperitia (alicujus rei).

II. Nullum jus; nulla potestas; nulla auctoritas; nulla facultas; nulla jurisdictio (in aliqua re, contra aliquem, contra aliquid), v. gr. in libera civitate, contra leges Senatusque consulta (*Cic.*). - Nulla judicis legitima potestas (*incompetenza del giudice*). Hoc non est facultatis meae (*questo non è di mia competenza*). Nullum jus judicandi, *vel* cognoscendi de aliqua re (*mancanza di competenza giuridica circa un giudizio o un'istruttoria*).

Incompianto: Indeploratus (*Ov., Met.* XI, 670 - *Trist.* III, 3, 46); indefletus (*Ov., Met.* VII, 611).

Incoronazione: *V. Coronazione.*

Incorporeo: Incorporalis (*Senec.-Quintil.*); e. g. « dicimus quaedam corporalia esse, quaedam incorporalia » (*Senec., Ep.* 58).

— « Incorporeus » vox est serioris latinitatis (*Gell.-Macrob.*). Nonnulli hanc vocem in Ciceronis loco legunt (*Fin.*, III, 14); res est tamen valde dubia, nam alii rectius legendum putant: « omnis ista rerum corporearum (*non:* incorporearum) aestimatio ».

— Corpore vacans, expers, vacuus, carens; corporis expers; sine corpore; nullo cum corpore; corpore carere, corpore vacare, corporis (corpore) expertem esse (*essere incorporeo*).

Incorreggibile: Non emendabilis (*Sen. et a.*); emendationis expers; qui nullam spem facit ad meliorem redeundi frugem; cui desperata est emendatio; animus vitiis obcallatus; obfirmatus in peccatis, in vitiis animus (*animo incallito nel vizio*).

Incorruttibile: Incorruptus; aeternus; immortalis; qui, quae, quod corrumpi numquam potest. - Non autem « incorruptibilis », quae vox est cadentis latinitatis (*Tertull.*) - *V. Indefettibile.*

Incostituzionale: Primariae rei publicae legi discors; cum primaria rei publicae lege discors *vel* discrepans; primariis rei publicae

institutis non conveniens; a primaria rei publicae lege discrepans; non legitimus.

Incredulo – Incredulità: Incredulus (*Horat.*, *Art. P.* 188 - *Quintil.* XII, 8); incredulitas, atis, f. Haec tamen vox est serioris latinitatis. « Obstinata incredulitate sermonem eius respuebat » (*Apul.*, *Met.* 1) - Res interdum reddi potest per vocabulum « impietas, atis », *vel* « erga Deum impietas, atis » (*irreligiosità*).

— De religionis rebus incredula plebs (*Acta Leonis*).

— Religionem renuere, respuere, detrectare; religionem sanctam irridere, ludificari; religionem ludibrio habere (*essere incredulo, irreligioso*).

Incrociare – Intrecciare: Jungere dextras (*Cic.*); jungere amice dextras; dextram dextrae committere (*Ovid.*).

— Brachia committere, *vel* conserere, *vel* decussare (*incrociare le braccia*) - *V. Scioperare.*

— Manibus implexis, *vel* consertis (*mani conserte o incrociate*).

Incrociatore: Speculatoria navis (*Mariano*).

— Loricata navis speculatoria (*incrociatore corazzato*).

Incubo: Nocturnae suppressiones (*Plin.* XXII, 82 = *incubo notturno*). - Molestia; onus intolerabile; alicui permolestum esse; alicui oneri esse intolerabili (*essere un incubo per alcuno*).

Incurante – Indifferente – Indifferenza: I. Indifferens (*non differente; nell'uno o nell'altro modo*) « Rhitmo indifferens est ne ... an ... » (*Quintil.* IX, 4, 8 = *È indifferente per il ritmo sia che ... sia che ...*) - Indifferens; neque bonus, neque malus (Cf. *Cic.*, *Fin.* III, 16 - *Sen.*, *Ep.* 82, 10 et 117, 9). - Indifferens circa victum (*Suet.*, *Caes.*, 53).

— Neglegens (*incurante*); neglegens legis, officii, Deorum, religionis, in aliqua re, in aliquem, in aliquid (*Cic.*).

— Incuriosus (*senza cura, o premura*); incuriosus aliqua re, alicujus rei, in aliqua re - Bonorum animi incuriosus (*incurante dei valori spirituali*). « Suboles succrescit incuriosa fidei sanctae, aut prorsus incredula » (*Acta Leonis*).

— Nihil pensi habere aliquid, *vel* de aliqua re, *vel* in aliqua re (*essere indifferente, incurante circa una cosa*); *vel* nihil omnino curare de ...; nihil interest (refert) mea, tua, sua etc.

— Indifferenter (*senza differenza*); « utraque appellatione indifferenter uti licet » (*Quintil.* XI, 3); « occisum eum populus indifferenter, miles gravissime tulit » (*Suet.*, *Domit.* 23 = *con indifferenza, cioè senza provare nè dolore, nè piacere*).

II. Neglegentia, neglectio, incuria (*incuranza*); despicientia, contemptio (*mancanza di riguardo, disprezzo*); lentitudo (*flemma, apatia, insensibilità, poca eccitabilità, l'esser lento, tardivo.* Cf. *Cic., Tusc.* IV, 43 *et alibi*).

— *V. Apatia.*

— Ad quamlibet religionis formam se aeque habere, *vel* se aeque movere (*indifferenza religiosa*) - « Persaepe animos impellunt ut cunctarum religionum aequam habere rationem assuescant, sublato veri falsique discrimine » (*Acta Leonis* 1893, p. 272).

— « Indifferentia » vox est serioris latinitatis, ac significat = *somiglianza, non-differenza;* « vocabuli indifferentia » (*Gell.* XIII, 3).

Incursione: Incursio; incursus; impressio; irruptio.

— Incursiones, *vel* impressiones facere in fines hostium.

— *Incursione aerea: V. Areoplano.*

Indefesso: Indefessus (*Virg.-Ovid.*); indefatigabilis (*Sen.*); indefatigatus (*Sen.*).

Indefettibile - Indefettibilità: I. Perpetuus; aeternus; incorruptus; numquam deficiens; numquam defuturus.

— Non autem: indeficiens, incorruptibilis; quae verba sunt serioris latinitatis (*Tertul.*). Neque indefectibilis, quae vox est infimae latinitatis (Cf. *Ducange*).

II. Aeternitas; perpetuitas (*Cic. et a.*); incorrupta integritas; integritas numquam deficiens, *vel* numquam defutura. - Incorruptibilitas vox est serioris latinitatis (*Lactant.*).

Indemoniato: Maligno spiritu obsessus (*Vallauri*); maligno spiritu obsideri (*Idem: essere indemoniato*).

— Maligni spiritus hospes; *vel* mali daemonis hospes (*Lex. Ital.-Lat., Anonimo*).

— Cerritus (*Plaut.-Hor.*), larvatus, lymphatus, fanaticus (*Plaut.-Liv.-Cic. et a.* = *furioso, forsennato*).

Indicibile: *V. Ineffabile.*

Indifferenza religiosa: *V. Incurante ecc.*, II.

Indigeno: Indigena, ae, m. f. et n. (*Liv. et al.* = *indigeno, nativo del paese*); *contra:* advena, *vel* alienigena (*Cic.* = *chi viene da altro paese, forestiero*). - Indigenae Latini (*Virg.*); indigenae coloni (*Colum.*); bos indigena (*Ovid.*); apri indigenae (*Id.*); indigena potio (*Flor.*); indigena vinum (*Plin.* XIV, 6, 8, n. 6).

— Indigenus, a, um (*Apul., Met.* 1, *init.*).

— Clerus indigena (*clero indigeno*); *vel* clerus ex indigenis delectus; sacrorum administri ex loci incolis delecti, *vel* deligendi.

— Pontificium opus a S. Petro Apostolo clero indigenae instituendo; *vel* Pontificium opus petrianum clero ex indigenis deligendo instituendoque (*Pontificia Opera S. Pietro Apostolo per il clero indigeno*).

Indigestione: Cruditas, atis, f. (*Cic. et a.*); interdum tamen cruditas non nimium cibi congestum significat, sed potius enervati stomachi non concoquentis vitium. Tum idem est ac « cruditatio, onis » (*dispepsia*); *graece:* dyspepsia, ae (*δὺς = male - πέπτω = digerisco*).

Indigesto: Difficilis ad conquendum (*difficile a digerire*), non concoctus; *vel* inconfectus, a, um (*non digerito*).

Indipendenza: I. Libertas; civilis libertas (*indipendenza civile*); alieni juris potestatisque immunitas - Sui juris esse, *vel* suo (proprio) jure vivere (*avere l'indipendenza*); juris alicujus esse, *vel* alicujus juri esse obnoxium, *vel* fieri obnoxium (*non avere o perdere l'indipendenza*); in alicujus jus ac dicionem concedere, *vel* redigi (*perdere l'indipendenza*) - Libertatem tueri, servare (*difendere, conservare l'indipendenza*); se, *vel* aliquem in libertatem vindicare (*conquistare o procurare l'indipendenza*); bellum pro libertate tuenda, *vel* recuperanda (*guerra dell'indipendenza*).

— *V. Autonomia.*

II. *Spirito d'indipendenza:* Obediendi fastidium; intemperantia (mentis, animi); cujusvis disciplinae recusatio; immodicus libertatis aestus, *vel* studium; mentis animique arrogantia; mentis arrogantia animique licentia; elatus animus ac contumax; effrenum, *vel* effrenatum libertatis studium.

Indirizzo: Inscriptio (*Indirizzo, titolo, intestazione*).

— Temporum inclinatio (*Cic. = indirizzo dei tempi, o condizione*); *vel* temporum flexus, us; fortunae inclinatio (*indirizzo, cambiamento della fortuna*). - Quae essent in re publica rerum inclinationes et momenta temporum (*Cic.*); « Fieri quaedam ad meliorem spem inclinatio visa est » (*Cic., Sext,* 31); « Itinera flexusque rerum publicarum » (*Cic., Rep.* II, 45 = *l'indirizzo, il corso che prendono le cose dello Stato*).

— Vitae institutum; vitae ducendae ratio ac norma (*indirizzo o sistema di vita*).

Indisciplinato: Exlex, egis; disciplinae impatiens; effrenatus; effrenus.

Indissolubilità del matrimonio: Perpetuitas matrimonii (*Acta Leonis* 1886, p. 153); maritale vinculum sanctum, individuum, perpe-

tuum esse (*Acta L.* 1901, p. 186); indissolubile matrimonii vinculum.

Indocina: Indosinae, arum. - Indosinenses, ium (*Indocinesi*).

Indulgenza: I. Indulgentia, ae, f. (*condiscendenza, benignità, grazia, cortesia, amorevolezza*); v. g. indulgentia naturalis, materna, patris, imperatoris, fortunae, caeli (*clima benigno*). - Facilitas; comitas et facilitas; facilitas et humanitas; animi facilitas; animi lenitudo (*Cic.*) = *condiscendenza, compiacenza, arrendevolezza.* - Clēmentia; benignitas; venia (*condiscendenza, licenza, permēsso e perdono*).

II. *Indulgenza plenaria:* Datum est... ut qui criminum confessione rite abluti, sancta de altari reverenter libaverint, atque rem christianam religiose Deo commendaverint, piaculo omni et statis admissorum poenis exsoluti abeant (*Morcelli*) - Hance aedem rite qui viserint... piaculo omni et statis admissorum poenis exsolvantur (*Idem*) - Indulgentia Clementis XIII P. M. rite supplicati admissorum poenam omnem expiare datum est (*Idem*) - Indulgentia Pii VI Pont. Max. ... aedem cum precatione adeuntibus, et D. N. Iesu supremos cruciatus per stationes recolentibus, veniam sibi impetrandi, quae usquam alibi copia facta sit, ibidem singulis esto (*Idem*) - Christianis, qui stipem ad templi Vaticani molitionem contulissent, Leonis indulgentia datum est uti de admissis suis veniam apud Deum impetrent (*Idem*).

— Cujusvis poenae remissio, propriis peccatis debitae, statis condicionibus habenda, *vel* habita (*Indulgenza plenaria*) - « Poenae remissio » habetur apud Cic.

— Statis condicionibus poenam omnem remittere propriis admissis debitam (*concedere l'indulgenza plenaria alle consuete condizioni*).

III. *Indulgenza parziale.* Indulgentia Pii VI Pont. Max. datum singulis est uti ea supplicatio ad labes animi expiandas septennis satisfactionis instar sit (*Morcelli: indulgenza di 7 anni*) - Indulgentia Pii VI ... datum est quandocumque huc ad templum maximum festis profestisque diebus Deo supplicatum venerit, uti cuncti, quos deliquisse ex toto animo poenituerit, trecentos quotidie de poenalium dierum numero expungant (*Idem: indulgenza quotidiana di 300 giorni a coloro che, pentiti dei loro peccati, visitino la cattedrale supplicando il Signore, sia nei giorni festivi, sia feriali*).

IV. *Applicabile ai defunti* - Datum est uti iidem semper, si malint, piorum manium labes, ex more supplicando, singuli sin-

gulorum expiare possint (*Morcelli*) - Quae omnia indulgentiae munera etiam animabus piis, igni purgatorio addictis, converti in suffragium posse misericorditer in Domino concedimus » (*Acta Leonis* 1897: *Litt. Enc.* « Divinum illud » p. 147).

— « Indulgentia », « indulgentia plenaria », « indulgentia partialis » voces sunt infimae latinitatis, si peculiari hac significatione usurpantur (*Lat. Eccles.*).

Indulto: Concessio (*concessione di una cosa, v. g.* agrorum; *ed anche condono di colpa - Cic.*). - Venia (*licenza, permesso, favore, ed anche perdono*); v. g. veniam dare, impetrare; dare veniam et impunitatem (*Cic.*). - Indultum (*Cod. Teod.* = *concessione, permesso*); v. g. indultum Principis (*Ibidem*).

Ineffabile: Ineffabilis (*Plin.*), seu quem effari non possis; v. g. « Populorum ejus oppidorumque nomina vel maxime sunt ineffabilia, praeterquam ipsorum linguis » (*Plin., Praef. L. V.*); « ineffabilia verba » (Id. XXVIII, 2, 4).

— Inenarrabilis; v. g. labor (*Liv.*), natura (*Sen.*).

— Incredibilis, incredibiliter (*Cic. et a.*); e. g. incredibilis ac singularis furor (*Cic.*), incredibile est (*Id.*), incredibile dictu (*Nep.*), incredibilia probabilibus intexere (*Cic.*); incredibiliter delector (*Cic.*).

— Inauditus, infandus, nefandus, exsecrandus (*Cic. et a.*); haec tamen adjectiva significant *da non dirsi, nefando.*

— Arcanus; mirus; mirabilis; mirandus; supra humanae mentis captum (*arcano, meraviglioso, imperscrutabile*).

Inesplicabile: Inexplicabilis (*Cic.*); inextricabilis (*Virg.*), v. g. error; obscurus; arcanus; supra humanae mentis captum.

Inestinguibile: Inextinctus; v. g. inextinctum nomen (*Ovid.*) = *nome indelebile;* inextincta libido (*Ovid.*) = *insaziabile libidine.*

— Inexpiabilis, implacabilis (v. g. odium); sempiternus (v. g. nomen, odium).

— Indelebilis; v. g. indelebile nomen, decus (*Ovid.*).

Infallibile: Errorum omnium expers; falli nescius; falli, *vel* fallere nescius (*Vallauri*); nunquam fallens; non fallax; immutabilis (*Cic.: immutabile*); inerrans. Hac voce significatur « qui non errat », *vel* « qui immotus perstat » v. g. stella inerrans (*Cic.*). Mihi videtur tamen hoc adjectivum « inerrans » id etiam significare posse quod nos vulgato nomine *infallibile, che non erra* dicimus; etenim latinum verbum « errare » ab optimis latinitatis auctoribus hac quoque usurpatur significatione. Qua quidem significatione An-

tonius Angelini S. J. non semel hoc adjectivo utitur in laudatissimis, quas edidit, inscriptionibus.

— Pontificem Maximum falli nescium pronuntiare (*Vallauri: Proclamare l'infallibilità del Sommo Pontefice*).

— « Infallibilis, infallibilitas » verba sunt infimae latinitatis.

Infamare: Infamare aliquem (*Cic.*); diffamare aliquem (*Ovid.-Tac.*); alicui dedecoris maculam aspergere; aliquem infamia aspergere; inurere, *vel* inferre alicui infamiae notam.

Infante di Spagna: Hispaniensis e domo regia Princeps (*Morcelli*).

Inferno: Inferi, orum (*Cic. et a.*) - Impii etiam ad inferos poenas parricidii luent (*Cic., Phil.*, XIV, 12).

— Inferna, orum (loca); sceleratorum sedes.

— E superbo Satanae dominatu in Dei filiorum libertatem vindicare (*strappare anime all'inferno*).

Infeudare: *V. Feudo: dare in feudo.*

— Addicere se alicui; servire, inservire alicui (*infeudarsi in senso lato*). - Doctrinae, sectae, factioni se addicere (*infeudarsi ad una setta, ad un sistema di dottrine*); v. g. nulli addictus sectae (*Quintil.*).

Infezione: Contagio, onis, f. - Morbi contagio, onis.

Infinità - Infinitamente: Infinite, v. g. infinite concupiscens (*Cic.*), rem infinite dividere (*Idem*).

— Mente in infinitatem omnem peregrinari (*Cic.*); in infinitum, in immensum (*Quintil.*), v. g. rem in immensum amplificare (*moltiplicare all'infinito*).

Infinitesimale: In infinitum deductus; in infinitum productus (*portato all'infinito*). - In infinitum divisus (*diviso in parti infinitesimali*), v. g. partes in infinitum divisae (*parti infinitesimali*).

— *Calcolo infinitesimale:* Mathematicae computationes in infinitum productae; mathematicae calculi in infinitum producti; mathematicorum rationes computationesque in infinitum deductae.

Inflazione monetaria: Charta nummaria nimia ac vilescens. - Chartae nummariae nimiae ac vilescentis editio. - Vox tamen « vilesco » serioris est latinitatis (*Veget.*). - Chartae nummariae nimietas. atis, f. - Vox « nimietas » legitur apud Eutropium X, 18.

Influsso - Influenza: I. Vis; appulsus; impulsus; pulsus; impulsio; afflatus; instinctus.

— Divino instinctu (*Cic.*); divino afflatu (*ispirazione divina*); instinctu decurionum (*Tac.*); Deorum appulsu (*Cic.*); nimii et frigoris et caloris appulsus (*Cic.*); impulsu meo, vestro, eorum (*Cic.*

= *dietro istigazione di* ...); simili impulsu aliquid committere (*Cic.*); impulsio ad aliquid; imaginum pulsu (*Cic.*); externus pulsus animos commovet (*impressione, stimolo, impulso*).

— « Ne temporum morumque pernicioso afflatu virtus exarescat » (*Acta Leonis* 1886, p. 208).

II. Pituita, ae, f. (*infreddatura influenzale, influenza*); pituitosus (*influenzato, raffreddato*); pituita laborare (*essere influenzato, infreddato*).

Infrangibile – Infrangibilità: Infragilis, e (*in senso proprio e figurato*); e. gr. adamantem infragilem (*Plin.*); vox infragilis (*Ovid.*); summum bonum est infragilis animi rigor (*Senec., Vit. beat.* 9 = *l'infrangibilità dell'animo*). - Firmus et validus; non fractus; numquam fractus; non infractus; numquam infractus (*infrangibile*). Vox enim « infractus, a, um » idem significat ac « fractus, a, um »; v. gr. « Cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato ac renovato ... » (*Cic., ad Quirit.* 8).

— Infragilis vis; infragilis natura; infragilis virtus (*infrangibilità*). - Vis (virtus, natura, firmitas) numquam fracta *vel* numquam infracta.

Infreddatura: Capitis gravedo, inis, f.; narium destillatio, onis, f.; pituita, ae, f. (*Cic. et a.*).

Infreddato: Gravedinosus, a, um (*Cic., Tusc.* IV, 27); pituitosus, a, um (*Cic., De fato* 7); capitis gravedine, *vel* narium destillatione laborans.

Ingegnere: Machinarius, machinator (*Morcelli-Vallauri*). - Doctor machinarius. - « Mirabilior inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque » (*Liv.* XXIV, 34, *de Archimede*). Machinator hac significatione usurpatur etiam a Seneca (Ep. 88); et a Tacito (*Ann.* XV, 42), cum de exstruendis domibus agitur.

— Architectus (*Cic. et a.*) = *ingegnere e architetto.* Haec vox, quaemadmodum verbum architectari, usurpatur etiam translata significatione, v. g. « inventor veritatis et quasi architectus beatae vitae » (*Cic., Fin.* I, 10); « Architectus sceleris » (*Idem*).

Ingerenza – Ingerirsi: Interposita alicujus auctoritas; interposita alicujus opera; interpositum alicujus consilium (*Ingerenza di uno*).

— Consilium, auctoritatem, operam interponere in aliqua re, in aliquid (*ingerirsi*).

Ingolfarsi: I. *Ingolfarsi nei debiti:* grande aes alienum conflare (*Sall.*); in aes alienum incidere (*Cic.*); aere alieno demersum esse (*Cic.*);

aere alieno oppressum esse (*Liv.*); obaeratum esse (*Liv.*); animam debere (*Ter., Phorm.* 661 = *avere a debito anche l'anima*).

II. *Ingolfarsi negli studii:* Abdere se litteris (*Cic.*); abdere se in litteras; abdere se in bibliothecam (*Cic.*); haerere in libris, in litteris; haerere libris, litteris; doctrinae, studiis se dedere, se dare (*Cic.*); litteris humanisque disciplinis se dedere totum.

III. *Ingolfarsi nei vizii:* Ingurgitare se in tot flagitia (*Cic., Pis.* 22); ingurgitare se in vitiorum caenum; ingurgitare se in vitiorum volutabrum; in vitiorum caeno, *vel* volutabro jacere; vitiis diffluere (*consumarsi nei vizii*); deliciis, otio, voluptatibus, luxuria diffluere (*Cic. et a.*) - In praerupta vitiorum aliquem praecipitem agere, *vel* rapere (*trascinare uno nei vizii*).

Ingratitudine: Ingratus animus; ingrata voluntas; ingratitudo (*Sen., De Rem. Fort.* X, 7); immemor beneficiorum animus.

Iniezione ipodermica: Injectio intercus, utis.

— *Siringa per iniezioni: V. Siringa.*

Iniziativa: Inceptum, i, n. (*iniziativa in senso oggettivo*); navitas, actio alicujus (*iniziativa in senso soggettivo*). - Privata singulorum navitas, *vel* privata singulorum actio (*iniziativa privata in senso soggettivo*); privata singulorum incepta (*iniziative private in senso oggettivo*).

— Me auctore (*per mia iniziativa*); eo auctore (*per sua iniziativa*); sua sponte (*di sua propria iniziativa*).

— Auctorem esse alicujus rei, ad aliquid, ut..., ne... et cum inf. (*avere o prendere l'iniziativa per fare o persuadere qualche cosa*); e. g. auctor pacis; auctor fuit ad te adjuvandum (*Cic.*); ego quidem tibi non sum auctor... te quoque profugere (*Attic. in Cic.*); auctor alicui fuit ut... ne ... aliquid faceret (*Cic. et al.*).

Innaffiatoio: Nasiterna, ae, f. (*Juvenal. et a.*); nassiterna, ae, f. (*Fest.*).

Innestare il vaiolo: *V. Vaiolo.*

Innominato: Non nominatus; non declaratus; ignotus.

— Ignotus toparcha; ignotus demarchus; ignotus dynasta (*Innominato dei « Promessi Sposi »*).

Inoltrato: Ad multum diem (*Cic., Att.* XIII, 9 = *fino a giorno inoltrato*); ad multam noctem (*Cic., Rep.* VI, 10 = *fino a notte inoltrata*); multa nocte (*Cic., Ad Quint. fr.* = *a notte avanzata*); multa nox (*Cic., De Senec.* 14 = *notte profonda*).

Inquisizione: Inquisitio, investigatio, pervestigatio (*inquisizione, investigazione, ricerca*).

— Sacrum Consilium judicum contra haeresim (*Sacra Inquisi-

zione); adlectus inter judices contra haeresim (*Morcelli: consultore della S. Inquis.*).

Insensibile: Non patibilis; haud patibilis (*impassibile, insensibile*). - Adjectivum « patibilis, e » significat: *a*) *sopportabile*, v. g. patibilis dolor, labor (*Cic.*); atque etiam *passibile, sensibile*, e. g. « Cum omne animal patibilem naturam habeat » (*Cic., Nat. Deor.* III, 12). - Adjectivum autem « impatibilis » hac significatione (*impassibile, insensibile*) usurpatur a Lactantio (*Instit.* II, 8); apud Ciceronem vero adjectivum « impatibilis, e », *vel* « impetibilis, e » idem fere est ac « intolerabilis, e » (*insopportabile*); e. g. impatibilis, *vel* impetibilis, *vel* intolerabilis, *vel* intolerandus dolor, luctus etc.

— Vultum non mutare; nec vultum, nec animum mutare (*restare insensibile*); siccis oculis (*Hor.*) cernere (*guardare insensibile, ad occhi asciutti*).

— *V. Impassibile.*

— Sensibus carens; torpidus; durus (*crudele*); lentus (*flemmatico*); plumbeus (*ottuso, insensibile*).

— « Plumbeum cor » (*Suet., Ner.* 2 = *cuore insensibile*). « In physicis plumbei sumus » (*Cic., Tusc.* I, 29 = *ottuso nelle scienze fisiche*). « Animus in rebus spiritualibus plumbeus » (*Acta Leonis*).

— Insensilis (*Lucret.*); v. g. « Ex insensilibus tamen omnia confiteare principiis constare » (*Id.* II, 864); « Ex insensilibus ne credas sensile gigni » (*Id.* II, 887).

— « Insensibilis » habetur apud Gellium et alios serioris latinitatis scriptores; idque significat, quod non sentitur, quod sub sensum cadere non potest, ac vel etiam quod sensibus est expers (*Lactant.*).

Insofferenza: Impatientia, v. g. laboris, officiorum, frenorum, habenarum.

— Effrenatus animus; animus impatiens; v. g. laboris, officiorum, frenorum, habenarum impatiens animus.

Insolazione: Solis ictus (*Cels.*); siriasis, is, f. (*Plin.*). - Solatus, a, um (*Plin.* = *colpito da insolazione*).

— A nonnullis ponitur etiam: morbus solstitialis (*Plaut., Trin.* II, 4, 143); incertum tamen est heic de hoc morbo agi.

Insomma: Denique (*in fine, finalmente*); ad summam (*Cic.*) = *in poche parole, in conclusione:* v. g. « ad summam, ne agamus de singulis ... ».

Insonnia: Insomnia, ae, f. (*Cic., Sal. et a.*); insomniae morbus; in-

somniis fatigari (*Sal.* = *soffrire d'insonnia*); insomniis carere (*Cic.* = *non soffrire d'insonnia*); insomnes ducere noctes (*passar notti insonni*); insomniosus, a, um = qui insomniae morbo laborat (*Cato, R. R.* 157); a nonnullis hoc loco legitur: « seniosus, a, um », seu « insomnis, vel si quis est seniosus » (*se uno soffre d'insonnia, o dei fastidii della vecchiaia*).

Instancabile: Indefatigabilis (*Sen.*); indefatigatus (*Sen.*); indefessus (*Virg.-Ovid.*).

Instancabilità: Navitas; (virtus, opera) indefatigabilis, indefatigata, indefessa; animus indefatigabilis, indefessus.

Intabaccarsi: Nicotiano pulvere se foedare, se oblinere, sordescere. — *V. Tabacco, Tabaccare.*

Intabarrarsi – Intabarrato: Paenula obvolvi; paenula se obvolvere. - Paenulatus, a, um (*Cic.*).

Intellettuale – Razionale – Ragionevole: Rationalis (*Quintil.-Senec.*); v. g. « animal rationale ... irrationale » (*Quintil.* VII, 3) = *ragionevole, irragionevole.* - Intellegibilis (*Sen.* = *intelligibile ed anche intellettuale*); v. g. « Quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile judicant bonum; nos contra, intellegibile, qui illud animo damus » (*Sen., Ep.* 124, 2).

— Rationabilis (*Senec. De vit. beat.* XIII, 5 = *razionale, ragionevole*); v. g. « natura rationabilis » (*Ibid.*). - Rationabiliter (*Senec. Ep.* 109, 11 = *razionalmente*).

— Animi oblectatio (*godimento intellettuale*); vir omni doctrina praeditus, *vel* praestans (*persona intellettuale*); mentis opera ac labor (*attività intellettuale*).

— Exculti homines (*gli intellettuali*); *vel* exculti omni doctrina viri; exculti optimis disciplinis homines.

— « Intellectualis » vox est cadentis latinitatis (*Apul.*).

Intendenza: Cura; curatio; procuratio; dispensatio; praefectura. — *V. Sovraintendente - Sovrintendenza.*

Intendersela con uno: I. Colludere cum aliquo (*Cic.*) = *intendersela con uno ai danni d'un terzo;* ita pariter « collusio cum aliquo » (*Cic.*).

II. Consentire cum aliquo (*essere d'accordo*).

Intercedere – Intercessione – Intercessore: I. Deprecari pro aliquo; rogare pro aliquo; alicui adesse ad aliquid impetrandum (*intercedere per uno*) - Non autem « intercedere », quae vox significat *interporsi, essere in mezzo;* v. g. mihi intercedunt cum aliquo amicitiae necessitudines (*relazioni di amicizia*); *opporre il veto*

a una legge: v. g. intercedere legi (*Cic.*); *far malleveria o garanzia;* v. g. magnam pecuniam intercedere pro aliquo (*Cic.*).

II. Deprecatio, tutela, patrocinium (*intercessione, protezione*). - Non autem « intercessio » (*opposizione o protesta contro una legge; malleveria, intercessione in affari pecuniarii*).

III. Deprecator (*Cic. et al.* = *intercessore*); suffragator (*sostenitore, fautore*); sequester (*mediatore*), v. g. sequester pacis; patronus; praestes (*protettore*) - Non autem « intercessor » (*oppositore, mallevadore*); v. g. intercessor legis (*Cic.*), malae rei (*Cic.*).

— Deprecatrix (*Ascon., Verr.* III, 5 = *interceditrice*); patrona (*Cic. et al.*); sequestra (*mediatrice*); v. g. « fidei pacisque sequestra » (*Stat., Theb.* VII, 542).

Interdetto: I. Interdictio; v. g. aquae et ignis interdictio (*esiliare, mettere al bando*); tecti et aquae et ignis interdictio (*Cic.*); finium nostrorum interdictio (*Liv.*).

— Aqua et igni interdicere alicui (*Cic.-Caes.*); alicui interdicere orbem terrarum (*Ovid.*); alicui interdicere aliqua re (*Cic.-Caes.-Liv.*); alicui interdicere aliquid (*Suet.-Ov.-Justin.*).

II. Interdictio sacrorum (*interdetto, pena ecclesiastica*); civitati divina (sacra) interdicere; sacrorum aditu et auditu aliquem prohibere; templa interdictione pontificia afficere, mulctare; civitas interdictione pontificia mulctata, affecta, perculsa; *vel* divinorum usu privata.

— Urbem interdictione sacrorum punire (*Morcelli: punire la città con l'interdetto ecclesiastico*).

— Sacerdotibus rursum sacris operandi jus facere (*Idem: togliere l'interdetto*); christianae plebi iterum jus facere participandi sacra (*togliere l'interdetto ai fedeli*).

— Hac significatione minus apte usurpatur « interdictum », quod est potius actus interdicendi; v. g. interdictum Caesaris (*divieto di Cesare*), interdictum Deorum immortalium (*Cic.*), interdictum Regis (*Iustin.*).

Interesse: Commodum; utilitas; emolumentum. - *V. Capitale e Interesse.*

Interino - Interinale - Interinalmente: Ad tempus (*Cic. et a.* = *per un dato tempo*); interim (*Caes. et a.* = *per il momento, frattanto*). - Ad tempus delectus, delatus, datus, acceptus (*interinalmente eletto, conferito, ricevuto*); v. g. munus ad tempus delatum; dux ad tempus delectus; provincia ad tempus collata *vel* accepta. - Regnum interim tractare (*Tac., Ann.* II, 67 = *regnare*

interinalmente); rei publicae Praeses interim delectus (*Presidente interinale*).

— A nonnullis hoc loco ponitur adjectivum: « fiduciarius, a, um »; quae quidem vox significat *ceduto in possesso interinale, cioè affidato alla temporanea amministrazione di un subalterno;* v. g. « operam fiduciariam obtinere » (*Caes.* = *ottenere un potere fiduciario che cessa al sopravvenire del comandante*); potestatem fiduciariam obtinere.

Interland: *V. Retroterra.*

Internare - Internamento: *V. Campo di concentramento.*

— In interiorem partem compellere, immittere, cogere (*internare in senso letterale*).

Internazionale: Mundanus (*Cic.*) - *V. Cosmopolita.*

— Ex omnibus nationibus; v. g. Eucharisticus ex omnibus nationibus conventus (*Congresso Eucaristico internazionale*).

— Nullis finibus, nullis nationibus contineri; ex omnibus nationibus esse; ad omnes nationes pertinere; nullis terminis circumscribi; nullis terminis, *vel* finibus circumscriptus (*Essere internazionale*).

— Hagense pro omnibus Nationibus tribunal (*Tribunale internazionale dell'Aia*).

— Communis Nationibus hymnus; *vel* communis omnibus Nationibus hymnus (*Inno internazionale*).

Interpellare - Interpellanza: Interpellare aliquem (*con animo contrario*).

— Interfari aliquem loquentem, *vel* sermonem alicujus (*Liv.*) = *intromettersi nel discorso interrompendo.*

— Interrogare aliquem aliquid, *vel* de aliqua re; aliquem sententiam rogare (*domandare il parere*).

— Percontari ab aliquo; sciscitari ab aliquo de aliqua re (*Cic. et a.*) = *informarsi.*

— Interpellatio (*Cic. et al.* = *interruzione al discorso di un altro per obiettare, criticare ...*). - Interrogatio (*Cic. et al.*); interrogatiuncula (*Cic. et al.* = *piccola interrogazione*). - Percontatio (*Cic. et al.* = *interrogazione, domanda, informazione*); percontationem facere (*Liv.*). - Intercessio (*Cic. et al.* = *interpellanza contro una legge; opposizione, veto*).

Interpretazione: Interpretatio; explanatio; inhaerens sententiae explanatio (*interpretazione esatta*).

Interrogativo: Interrogationis, e. g. interrogationis verbum (*parola*

interrogativa); ad interrogationem pertinens, attinens. - Interrogationis index (*punto interrogativo*).

— Voces « interrogativus, a, um », « percontativus, a, um » serioris sunt latinitatis (*Diom.-Prisc.*).

Interruttore elettrico: *V. Elettricità.*

Intervento: Interposita alicujus auctoritas; interpositum alicujus consilium; interpositum alicujus nomen (*Intervento di uno per raccomandare, consigliare ...*).

— Auctoritatem suam interponere in aliqua re; nostra interest, *vel* intercedit auctoritas ...

— Adstante Pontifice Max.; adstantibus Patribus Cardinalibus (*con l'intervento di ...*).

— Se immiscere alicui rei; participare aliquid; v. g. bellum participare; se immiscere bello (*intervento in guerra*).

Intervista - Intervistare: Adire, *vel* visere aliquem ad percontandum (*fare un'intervista, intervistare uno*). - Convenire aliquem ad percontandum (*chiedere un'intervista, recarsi da uno per un'intervista*).

— Colloquium, alloquium, percontatio.

Intesa: Consensus, us, m.; consensio, onis, f.; conspiratio, onis, f.; concordia, amicitia, foedus. - Consensus ad, in aliquid; consensio in, de aliqua re (*Cic.*); conspiratio in aliqua re, ad aliquid, contra aliquid (*Cic.*). - Commune consilium, mutua consensio, conspiratio (*mutua intesa*).

Intollerante - Intolleranza: Difficilis, impatiens, importunus (*del carattere delle persone, aspro, intrattabile*); morosus (*bisbetico, fastidioso*); intolerans (*che non sopporta*), v. g. intolerans *vel* impatiens laboris, frigoris, disciplinae.

— Animus difficilis, immoderatus, morosus (*asprezza, intrattabilità*); intolerantia; impatientia (*avversione, insofferenza, intolleranza*).

— Aliorum opinionum de Religione intolerantia (*intolleranza religiosa*); aliorum opinionum de philosophia, de re publica fastidium, intolerantia, impatientia (*intolleranza filosofica, politica*). - Aliorum opiniones de Religione, de philosophia, de re publica omnino renuere ac fastidire (*essere intollerante in ...*).

Intonaco - Intonacare: Opus tectorium; tectorium, ii, n. (*Cic. et a.*); e. g. murum tectorio polire, expolire; muro tectorium inducere, obducere (*intonacare*) - Murum (parietem) trullissare (*Vitruv.* = *intonacare con la trulla, o cazzuola*).

Intricato: Impeditus; causae impeditissimae (*questioni intricatis-*

sime); tempora rei publicae impeditissima (*Cic.*), res publica impeditissima (*Sall.*) = *tempi critici per lo Stato;* itinera impeditissima (*Caes.*).

— Implexus; involutus; contortus (v. g. sermo); obscurus.

Inutile: Inutilis; inutilior; inutilissimus; non utilis (*Cic. et al.*); inutilis ad aliquid, alicui rei (*Cic. et al.*). - Acta agere (*Cic., Amic.* c. 22) = *far cosa inutile.*

Inventario: Rationarium; breviarium (*compendio, statistica*); index.

— Breviarium rerum omnium romanarum (*Suet., Gramm.* 10).

— Rationarium imperii (*Suet., Aug.* 28).

— Repertorium (*Ulp., Dig.*); inventarium (*Idem*).

— *V. Censimento.*

Invenzione: Inventio (*Cic. et a.* = *il ritrovare; ed anche invenzione come termine retorico*). Excogitatio (*l'atto di pensare e d'immaginare*); « inventio atque excogitatio » (*Müller:* cogitatio) *apud Cic., Tusc.* I, 61.

— Inventum (*la cosa inventata*); inventa atque excogitata, n. pl.

— Miranda aetatis hujus nostrae inventa; *vel:* res illae mirandae, quas nostra invexit aetas (*le meravigliose invenzioni moderne*).

— *Invenzione della S. Croce, V. Croce.*

Investimento: I. Pecuniae collocatio in fundo, *vel* in praedio etc. (*Acta Leonis* = *investimento di denaro in un podere*). - Vox « collocatio » apud Ciceronem et alios latinitatis scriptores significat « actum collocandi ». Verbum autem « collocare » hac etiam significatione usurpatur (*investire*); v. g. collocare dotem in fundo (*Cic., Caecin.* 4); collocare duas patrimonii partes in solo (*Suet., Tib.* 48); collocare pecunias in emptiones praediorum (*Cajus, Dig.* XVII, 1, 2).

II. Collisio (*Justin.*); collisus (*Plin.*); v. g. raedarum collisio, *vel* collisus; birotae peditisque collisio; peditis ac raedae collisio.

— *V. vol. I, pag.* 137.

Investire: I. Pecuniam in fundo, *vel* in praedio collocare (*Cic. et al.* = *investire denari*).

— Munus alicui demandare, credere, concredere, dare, tradere; *vel* muneri aliquem praeficere (*investire uno di una carica*).

— *V. Investitura.*

II. Allidere, collidere; allidi ad scopulos (*Caes.*); collidere inter se (*Curt.*), *vel* collidi (*Hor.*) = *investirsi o sbattere insieme* - Automatariae raedae inter se collidunt; *vel* colliduntur automatariae raedae (*automobili s'investono*).

Investitura: Dominium; dominii possessio; muneris possessio; regni possessio (*Cic.*) = *investitura, presa di possesso di una signoria, di un ufficio, di un regno.* - Cf.: esse in possessione (*Cic.*); in possessionem venire (*Cic.*); possessionem alicui dare, eripere (*Cic.*); aliquem in possessionem mittere (*Cic.*).

— A nonnullis hoc loco ponitur: muneris datio, assignatio, attributio; voces tamen « datio, assignatio, attributio » apud Ciceronem et alios e latinitatis scriptoribus optimis, significat *conferimento, dono, assegnazione, attribuzione.*

— Ab aliis ponitur: muneris collatio; vox tamen « collatio » (*contributo, sussidio, il portarsi insieme, paragone, analogia*) hac significatione non usurpatur.

— *V. Investire.*

Invetriata: Specularia, ium, *vel* iorum, n. pl. (*Senec.-Plin.*) = *invetriata.*

— Vitrei clathri; fenestrae vitreae.

— Non autem, ut nonnulli ponunt, « vitrea, orum » (= *vasellame di vetro, pezzi di vetro*).

— « Metu irruentis de caelo grandinis, occurrit celeriter ad fenestram, ut vitreos reduceret obices » (*Cordara, Hist.*, vol. II, p. 275 = *chiude le invetriate per timore della grandine, che si rovescia dal cielo*).

Invigilare: *V. Vigilare.*

Invisibile - Visibile: I. Adspectabilis (*Cic.*, *Tim.* IV, 13); spectabilis (*Id.*); perspicibilis (*Vitruv.* IX, 4); conspicuus; perspicuus; manifestus; sub oculos, *vel* sub aspectum cadens (*Cic.*) = *visibile.*

— Visibilis, e (adjectivum) est serioris latinitatis (*Apul.*); usurpatur quidem etiam a Plinio (XI, 37, 54) sed apud eum significat *visivo*, hoc est videndi facultatem habens.

II. Non adspectabilis (*Cic.*); non perspicibilis; sub oculos, *vel* sub aspectum non cadens (*Id.*); non conspicuus; invisibilis (*Cels.*, *Praef.*) = *invisibile.*

— Apparet; non apparet (*Cic.*) = *è visibile; è invisibile, non si vede.*

Invocare: Invocare; appellare; implorare.

— Inclamare aliquem (*chiamare a gran voce*); inclamare aliquem ut ... (*per chiedere soccorso*); magna voce inclamare ut (*Liv.*).

— Conclamare (victoriam, incendium, bellum, laetum paeana) = *gridare a gran voce ...*

— Testari aliquem, *vel* testem facere aliquem (*invocare come testi-*

mone); v. g. Deos hominesque testamur (*Chiamiamo a testimoni gli Dei e gli uomini*).

Iodio: Jodium, ii, n. (*v. gr. - t. med. - La parola significa = di aspetto violaceo; questa sostanza fu così denominata dallo scopritore Gay Lussac* (*1811*) *per il vapore violaceo che manda quando è riscaldata*). - Hoc vocabulum oritur ex graeco adjectivo ἰώδης = *violaceo*.

Iodoformio: Jodophormium, ii, n. (*v. gr. - t. med.*).

Iperbato: Verborum transgressio (*Cic.-Quint.*); transgressio (*Quint. et a.*) = *trasposizione di parole, di concetti, iperbato*. - Verborum trajectio (*Cic., Or.*, 69).

— *Graece:* Hyperbaton, i, n. (*Quint.* VIII, 6, 62 - *ὑπέρβατον*).

Iperbole - Iperbolico: Veritatis superlatio atque trajectio (*Cic., De Or.*, III, 53); superlatio veritatis et trajectio (*Quintil.* IX, 2, 3); superlatio, onis, f. (*Quint. et a. = iperbole, superlativo*).

— Superlatus, a, um (*Cic. = iperbolico*); v. g. superlata verba (*Cic., Part. Or.* 53; *Quint.* VIII, 3, 43).

— *Graece:* Hyperbole, es, f. (*Quint.-Sen. - ὑπερβολή*).

Iperboreo: Hyperboreus, a, um (*Virg. et a. = detto di un popolo favoloso che abitava oltre il Borea, nell'estremo settentrione*).

Ipercritico: *V. Critica - Critico - Criticare.*

Iperemia: Nimia sanguinis abundantia. - *Graece:* Hyperhaemia, ae, f. (*ὑπέρ = sopra, troppo - αἷμα = sangue*).

Iperestesia: Nimia sensus (sensuum) concitatio *vel* permotio (*sovreccitazione anormale di un organo; eccessiva sensibilità*). - *Graece:* Hyperaisthesia, ae, f. (*ὑπέρ = sopra, troppo - αἴσθησις = sensibilità*).

Ipertonia: Nimius sanguinis pressus, us, m.; *graece:* hypertonia, ae, f. (*ὑπέρ = sopra, troppo - τόνος = tensione, intensità*).

Ipertrofia: Hypertrophia, ae, f. (*v. gr. ὑπέρ = sopra, troppo - τροφή = nutrimento*) = *eccessivo sviluppo di un organo*).

Ipnotismo - Ipnotico - Ipnotizzare: Hypnotismus, i, m. (v. gr. *ὕπνος = sonno*). - Hypnoticus, a, um (*Theod. Priscian.* II, 31). - Latine dici potest: ars soporandi *vel* sopiendi aliquem eumque suo arbitrio movendi (*ipnotismo*); soporifer, a, um (*Virg.*), somnifer, a, um (*Ov.-Plin.*) = *ipnotico, sonnifero.*

— Arte (artificio) aliquem soporare eumque suo arbitrio movere (*ipnotizzare*); hypnotico artificio aliquem soporare. - Aliquem vehementer allicere (illicere, pellicere) eumque suo arbitrio movere (*ipnotizzare in senso lato*).

Ipochisi – Cateratta degli occhi: Oculorum suffusio, onis; Celsus rem describit et quomodo curari possit docet (VII, 7, n. 14, et VI, 6, n. 35 - *Plin. Sen. et a.*); *graece:* hypochyma, atos, n. - hypochysis, is, f. (*ὑπόχυμα - ὑπόχυσις*).

Ipocondria: *V. Malinconia - Malinconico.*

— Affectio hypochondriaca (*Vallauri*); morbus hypochondriacus. - Non autem: Hypochondria, orum, n. pl. (*Theod. Priscian.* = *regione del fegato e della milza*).

Ipocrisia: Probitatis (virtutis) simulatio, *vel* dissimulatio; fucata virtutis species, ei, f.

— E graeco fonte: hypocrisis (*Lat. Eccl.* - *ὑπόκρισις*).

Ipocrita: Simulator; dissimulator; simulator ac dissimulator (*Sall.* = *finto*); virtutis, *vel* probitatis simulator, dissimulator (*ipocrita*); religionis simulator, *vel* dissimulator.

— E graeco fonte: hypocrita, hypocritus (*Lat. Eccl.*).

Ipodermico: Intercus, cutis (*Cic. et a.*). - *V. Iniezione ipodermica.* - *Graece:* hypodermicus, a, um (*ὑπὸ* = *sotto* - *δέρμα* = *pelle*).

Ipodermoclisi: Hypodermoclysis, is, f. (v. gr. *ὑπό* = *sotto* - *δέρμα* = *pelle* - *κλύζω* = *bagno*) = *immissione sottocutanea di sostanze acquose per supplire alla mancanza di liquido nel sangue.*

Ipogeo: *V. Catacombe.*

Ipoteca: Jus nexi (*Cic.* = *diritto d'ipoteca*); v. gr. « multae sunt domus in hac urbe jure privato, jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipi, jure nexi » (*Cic., Har. resp.* 7). - Nexus pignoris (*vincolo d'ipoteca*); v. gr. « Partem hereditatis a nexu pignoris liberam consequi » (*Papinian., Dig.* 10, 2, 33). - « Nexus » tamen, vel « nexum » peculiari modo « est obligatio civilis, qua quippiam, sine traditione, aut sine cessione, alterius dominio subjicitur ejusque temporariae potestati quodammodo nectitur » (*Forcellini*) = « Nexum » *quindi ordinariamente significa più del l'ipoteca; cioè per esso il debitore si obbliga a servire anche di persona il creditore fino all'estinzione del debito, nel caso che i suoi beni siano insufficienti ad estinguerlo.* - Cf. Vol. I, pag. 234, nota 3.

— Pignus, oris, n. (*pegno, caparra ed anche ipoteca, o cosa ricevuta in ipoteca*); v. gr. pignori opponere agrum (*Ter.* = *impegnare con ipoteca*); pignori accipere (*Tac.* = *ricevere come ipoteca*); opponere res suas ad securitatem creditoris (*Senec.* = *ipotecare le proprie sostanze per garanzia del creditore*); praedium pignori accipere (*Senec.*); pignori dare praedium (*Jurisc.*); ab-

solvere domum ex pignore (*Varr.* = *liberare una casa da ipoteca*), *vel* luere pignus (*Jurisc.*).

— Inter hypothecam « et pignus tantum nominis sonus differt... cum illa Graeca vox sit, et hoc Latinum. Interdum tamen in usu loquendi ita distinguuntur ut *pignus* de iis rebus dicatur, quae simul etiam creditori traduntur, maxime si mobiles sint; *hypotheca* de iis, quae sine traditione sola conventione obligantur, uti docent *Ulp., Dig.* 13, 7, 9, et *Justinian.*, 4 *Institut.* tit. 6, 7. Hinc *Papinian., Dig.* 20, 1, 2: Pignora vel hypothecas suscipere. *Id. ibid.* 4, 1: Pignus, sive hypothecam accipere ». (*Forcellini*). = *Dal che si desume che la parola latina* « pignus » *ha ordinariamente il medesimo senso della parola greca* « hypotheca »; *talora però il senso è differente nell'uso dei due vocaboli, inquantochè talora* « pignus » *si riferisce ai beni mobili, che si consegnano ai creditori, mentre* « hypotheca » *riguarda i beni immobili, che fanno garanzia del debito.*

— In duplum cavere alicui aliqua re (*Cic.* = *offrire una doppia ipoteca su qualche cosa; dare un'ipoteca del doppio*).

— Fundum alii obligatum liberare (*Dig.* = *sgravare dall'ipoteca un fondo*). - Praedia soluta (*Cic.* = *fondi liberi da ipoteca*) - Praedia hypothecae obnoxia (*poderi ipotecati*).

— *Graece:* Hypotheca, ae, f. (*Cic. et al.*); fundum hypothecae dare (*Dig.*); hypothecam dare pro aliqua re (*Id.*); res est in hypotheca (*Id.*); hypothecam liberare (*Id.*); hypothecam alicui obligare (*Id.* - ὑποθήκη).

— *Conservatore delle ipoteche:* Publicus hypothecarum custos.

Ipotecare: Pignerare; v. gr. pignerare bona (*Liv.*); pignerare praedium (*Jurisc.*); obligare aliquid hypothecae nomine (*Id.*); pignori obligare bona, praedia (*Id.*); pignori dare, *vel* opponere bona, res suas... (*Senec.; Plaut. et al.*). - *V. Ipoteca.*

Ipotecario: Pigneraticius, a, um (*Dig.*); v. gr. actio pigneraticia; judicium pigneraticium (*azione giudiziaria circa ipoteca*); pigneraticius creditor (*creditore con ipoteca*); pigneraticius fundus (*podere ipotecato*).

— Hypothecarius, a, um (*Dig.*); v. gr. hypothecaria actio; hypothecarius creditor; hypothecarium vinculum (*vincolo ipotecario*); jus hypothecarium (*diritto ipotecario*). - Ad hypothecam pertinens, *vel* attinens.

Ipotenusa: Hypotenusa, ae, f. (*Boet.*).

Ipotesi: Opinio; opinatio; propositum (*Cic.*); conjectura (*Cic.*); v. g.

conjecturam facere ex aliqua re, de aliqua re (*Cic.*); facere de se conjecturam (*Cic.*); conjecturam alicujus rei capere ex, de aliqua re (*Cic.*); conjecturam afferre (*Cic.*); conjecturam assequi, consequi (*Cic.*). Sententiae commenticiae, futtiles (*Cic.* = *ipotesi campate in aria*); commenticium quiddam (*ipotesi fantastica*); conjectura niti (*fondarsi su ipotesi*); hoc posito (*Cic.* = *data questa ipotesi*); id, quod assumis, concedi nullo modo potest (*la tua ipotesi è inammissibile*). - Non autem hypothesis (*il significato di questa parola è spiegato da Cicerone nel capov. seguente*).

— « Quaestionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum; definitum est quod ὑπόθεσιν graeci, nos causam; infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare » (*Cic.*, *Top.* 21). Ex quo Ciceronis loco, itemque ex aliis, clare patet hypothesim esse quaestionem definitam (= *questione particolare e determinata*), atque adeo hanc vocem usurpari non posse pro *ipotesi*.

Ipotetico: Possibilis (*Quintil.*); opinabilis (*Cic.*); conjecturalis (*Cic.*); v. g. causa conjecturalis (*Cic.*) = *questione ipotetica.*

Ipotiposi: Rerum, quasi gerantur, sub aspectum paene subjectio (*Cic.*, *De Orat.* III, 53). - Subjectio sub oculos (*Gell.*, X, 3).

Ippocampo: Hippocampus, i, m. (*Plin.* XXXII, 11, 53 = *pesce marino a forma di testa di cavallo*).

Ippocastano: Hippocastanum, i, n. (*v. gr.* ἵππος = *cavallo* - κάστανον = *castagno. Così detto per la supposta qualità dei suoi frutti di guarire la tosse dei cavalli. Detto anche castagno d'India per la sua origine*).

Ippodromo: Equorum stadium; equorum circus.

— *Graece:* Hippodromus, *vel* hippodromos, i, m. (*Plaut. et al.:* ἵππος = *cavallo* - δρόμος = *corsa*); v. g. Pulvereumque fugax hippodromon ungula pulsat » (*Martial.* XII, 50).

Ippogrifo: Pegasus, *vel* pegasos, i, m. (*Ov. et al.* = *cavallo alato*); hippogryphus, i, *vel* hippogryphos, i, m. (ἵππος = *cavallo* - γρύψ = *grifone*).

Ippopotamo: Equus fluviatilis (*Plin.*). - *Graece:* Hippopotamus, i, m. (*Plin.* - *Mela et al.*). - Ex graecis vocibus ἵππος = *cavallo* - ποταμός = *fiume.*

Iran: Irania, ae, f.; Iraniana Natio; Iranianum Imperium (*Corrisponde all'incirca all'antica Persia*) = Persae, arum (*Cic.*); vel Persis, idis; Persis, dos, f. (*Nep.-Virg. et al.*).

Iraq: Iraquia, ae, f.; Iraquiana Natio; Iraquianum Regnum (*Corri-*

sponde all'incirca alla Mesopotamia e Chaldaea degli antichi scrittori).

Ironia: Verborum inversio (*Cic., De Or.* II, c. 65); dissimulantia (*Cic., De Or.* II, 67); dissimulatio (*Cic., Acad.* IV, 5; *Quintil.* IX, 1, 29); illusio (*Cic., De Or.* III, 53; *Quintil.* IX, 1, 28). - « Socrates libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant » (*Cic., Acad.* IV, 5).

— E graeco fonte: ironia, ae, f. (*Cic. et a.*), per ironiam (*ironicamente*).

Ischialgia: Ischialgia, ae, f. (*v. gr.* ἰσχίον = *anca* - ἄλγος = *dolore*) = *nevralgia del nervo sciatico*. - Ischias, adis, f., acc. ischiada (*Plin.* XXVII, 5, 16); ischiadici dolores (*Idem*); ischiadicus, i, m. (*Idem*, XXV, 13, 106 = *chi soffre di sciatica*). - *V. Sciatica.*

Islamismo: *V. Maomettano.*

Islanda: Thule, es, f. (*Così ordinariamente si traduce Islanda; è però incerto se l'*« ultima Thule » *di Virgilio - Geor.*, I, 30 - *sia quest'isola. Cf. Plin.* II, 75, 77; IV, 16, 30; VI, 34, 39; *Mela*, III, 6; *Tacit., Agr.*, 10; *Stat., Silv.* IV, 4, 62; *Solin.*, 22).

Isobaro: Isobarus; isobarycus, a, um (ἴσος = *uguale* - βαρύς = *grave*) *di uguale gravità barometrica.*

Isocrono – **Isocronismo**: Eodem temporis intervallo actus, a, um; eodem temporis intervallo habitus, a, um (*isocrono*); v. g. horologii perpendiculum eodem temporis intervallo actum (*isocronismo del pendolo*); motus eodem temporis intervallo habitus (isocronismo del moto). - *V. Pendolo.*

— *Graece:* Isochronus, a, um; *vel* isochronicus, a, um (ἴσος = *uguale* - χρόνος = *tempo*).

Isotermico: Eumdem calorem habens; eodem calore fruens. - *Graece:* Isothermicus, a, um (ἴσος = *uguale* - θερμός *calore*).

Ispettore – **Ispezionare** – **Ispezione**: *V. Controllo, Controllare, Controllore.*

Ispirazione – **Ispirato**: I. Afflatus; inflatus; instinctus; instinctus et inflatus, us, m. (*Cic. et a.* = *ispirazione*). - Divinus afflatus; divinus instinctus; divinus instinctus et inflatus (*Cic.*); occultus aurae caelestis afflatus (*ispirazione divina*).

— « Spiritum Sanctum secreto illapsu in animis justorum agere, eosque admonitionibus et impulsionibus excitare nullus est qui ambigat » (*Acta Leonis* 1899, p. 11) = *buone ispirazioni, ispirazioni soprannaturali.* - Quae locutiones ita etiam reddi possunt: supernae animi impulsiones; supernae admonitiones im-

pulsionesque animi; superni afflatus; internae voces atque impulsiones etc.; v. gr. « Spiritus Sancti vocibus atque impulsionibus facilius promptiusque obsequi » (*Acta Leonis* 1897, p. 141 = *corrispondere alle ispirazioni dello Spirito Santo con maggiore facilità e prontezza*). - Non autem « inspiratio » quae vox est infimae latinitatis.

II. Mente incitatus, *vel* concitatus (*ispirato*); divino Spiritu afflatus, *vel* tactus; Dei numine afflatus (*divinamente ispirato*). - Scriptor divino afflatu permotus; scriptor divino Spiritu afflatus, tactus, permotus, actus; scriptor Dei numine afflatus, divino instinctu afflatus ac permotus; scriptor occulto caelestis aurae afflatu permotus (*scrittore divinamente ispirato*).

— *Scrittura ispirata: V. Rivelazione divina - Scrittura, n.* II.

— Spirantia aera, signa (*Virg.* = *opere d'arte ispirate e quasi vive*) - Videtur Laelii mens spirare in scriptis (*Cic.*). - Opus quasi divina manu perfectum (*opera ispirata*); tabula quasi divina manu picta (*pittura ispirata*); signum quasi divina manu sculptum etc.

Isterico: Vulvae inflammatione laborans (*in senso etimologico*) - *Graece:* Hystericus, a, um (*Martial.*, XI, 71); hystericae feminae (*Idem*).

Isterismo: Mulierum suffocationes (*Plin.*); vulvae inflammatio (*Idem*).

Isterite: Vulvae inflammatio (*Plin.*). - Ex graeca voce ὑστέρα = *utero*.

Istituto Opere di Religione: Institutum Religionis operibus tutandis, provehendis.

— Praeses Instituti Religionis operibus tutandis, provehendis (*Presidente* ecc.).

— Ab actis Instituti Religionis operibus tutandis, provehendis (*Segretario* ecc.).

Istmo: Angustiae ac fauces (*Cic.*); v. g. angustiae atque fauces Graeciae (*Idem*).

— *Graece:* Isthmus, isthmos, i, m. (*Caes.-Liv.*). - Isthmius, a, um (*Hor.*); isthmicus, a, um (*Val. Max.*) = *dell'istmo*.

Istologia: Corporum contextuum doctrina, ratio, scientia, investigatio; de corporum contextibus doctrina, ratio, scientia, disciplina. - « Corporum contextus » legitur apud Lucretium.

— *Graece:* Histologia, ae, f. (ἱστός = *tessuto* - λόγος = *discorso*).

Istruttoria: Cognitio (*Cic.*); cognitio causae; cognitio alicujus rei, vel de aliqua re. - Causam cognoscere (*fare l'istruttoria*). - Incognita causa (*senza istruttoria*).

Itterico: Fellis suffusione, *vel* morbo regio, *vel* morbo arquato laborans; *graece:* icterius, a, um (*Plin. et a.*).

Itterizia: Fellis suffusio (*Plin. et a.*), bilis suffusio; morbus arquatus; morbus regius (*Horat., Epist.* II, 3, 453 - *Cels.* III, 24 - *Plin. et a.*); aurugo, inis, f.; haec tamen postrema vox, ab auro ob eius colorem derivata, videtur esse serioris latinitatis (vox est dubia apud Varronem. - *Graece:* icterus, i, m. (ἴκτερος).

Ittiologia – Ittiologo: Piscium descriptio; de piscibus doctrina; piscibus describendis ratio, doctrina, disciplina. - *Graece:* Ichthyologiae cultor, doctor, peritus, peritissimus (*ittiologo*) - Ichthyologia (*ittiologia*). - Ex graecis vocibus ἰχθύς = *pesce* - λόγος = *discorso.*

Iugoslavia: Jugoslavia, ae, f. (*jug = sud, e Slavija - Lat. di Curia*).

L

Labaro: Labarum (*Prud.*); vexillum cruce insignitum.

Lacché: (*v. franc.*) Pedisequus, i, m. (*Cic. et a. = servo che segue il signore, lacchè, staffiere, cameriere*); servus a pedibus (*Cic.*); anteambulo, onis, m. (*Suet., Vesp.* 2 = *servo che andava innanzi ad un personaggio ragguardevole perchè gli si facesse largo*).

Lacrime (*valle di*): Ex hac aerumnosa terra (*da questa valle di lacrime*); in hac vita aerumnarum plena (*in questa valle di lacrime*).

— Prae lacrimis loqui non posse (*Cic.*); lacrimas tenere non posse (*Cic.*); tradere se lacrimis et tristitiae (*Cic.*); lacrimis confici (*Cic.*); lacrimis temperare, lacrimas cohibere (*Plin.*); lacrimae prorumpunt (*Plin.*); lacrimas effundere, profundere, emittere, demittere; lacrimas ciere, movere, commovere, concitare (*muovere al pianto*); excutere alicui lacrimas (*Ter. = strappare le lacrime*); abstergere alicui lacrimas, metum, dolorem (*Cic.*). = *asciugare le lacrime, togliere la paura, il dolore.*

— « Cito arescit lacrima, praesertim in alienis malis » (*Cic., Partit.* 17).

L'Aia: Haga, ae, f. (*città dell'Olanda*).

— *Tribunale Internazionale dell'Aia:* Hagense pro omnibus Nationibus tribunal.

Laicale: Ad laicorum ordinem (statum) pertinens, *vel* attinens. - Ad laicorum mores, principia, instituta, praescripta pertinens, *vel* attinens (*secondo i varii sensi*); laicorum principiis, institutis, praescriptis obnoxius, a, um (*c. s.*); laicorum principiis, institutionibus, moribus conformatus, a, um (*c. s.*).

Laicato: Laicorum ordo; laici, orum (*vox graeca:* λαικός - λαός = *laico-popolo*).

Laicismo: Laicorum principia, praescripta, instituta. - « Laicismus » qui dicitur.

Laicizzare – Laicizzazione: I. Ad laicorum ordinem reducere, *vel* ad laicorum statum reducere (*di un religioso o ecclesiastico*). - Ad laicorum mores reducere, revocare; ad laicorum instituta reducere (*di leggi, costumi, istituzioni*). - Ad laicorum nutum, jussa, praescripta reducere, redigere (*sottoporre all'influsso, all'autorità laicale*).

II. Reditus ad laicorum statum, ad laicorum ordinem, ad laicorum instituta, ad laicorum jussa ac praescripta (*laicizzazione secondo i varii sensi*).

Laico: Laicus (*vox graeca:* λαικός); laici, orum (*i laici*), *vel* laicorum ordo.

Lambiccare – Lambiccarsi: *V. Distillare.*

Lambicco: Fornàcula ad stillandum; *vel* clibanus ad stillandum (*Vallauri*).

— Fornacula stillaticia; clibanus stillaticius (*fornello per distillare = lambicco*). - Adjectivum « stillaticius, a, um » legitur apud Plinium.

Lampadario: Candelabrum (*Cic.*); candelabrum pensile (*lampadario pensile*).

Laparatomia: Ventris sectio, onis, f. - Vox « sectio » hac significatione usurpatur a Plinio XXV, 150. - Ventrem secare (*fare la laparatomia*). - *Graece:* Laparetemnia, ae, f. (λαπάρη = *fianco* - τέμνω = *taglio*); laparetomia, ae, f.

La Paz: Paxia, ae, f. (*La Paz, cap. della Bolivia*).

Lapis-matita: Lapis scriptorius - Nonnulli ponunt: plumbum, i, n., idcirco quod Romani plumbo utebantur eodem fere modo ac nos scriptorio lapide utimur. « Membrana plumbo directa » (*Catul.* 22, 8). - Scriptorio lapide exarare (*scrivere a lapis*); scriptorio lapide exaratus (*scritto a lapis*).

— *V. Temperalapis.*

Largheggiare: Largiri; largitate uti in aliqua re, erga aliquem; profundere divitias; pecunias profundere; patrimonia profundere in aliquid (*Cic.*); profusissima largitio (*Suet.*) = *sontuosa generosità.*

Laringe – Laringite: Arteria aspera (*Cic.*); spirandi meatus (*Plin.*) = *laringe.*

— Arteriae asperae inflammatio (*laringite*).

Laringologia - Laringologo: Laryngologia, ae, f. (*λάρυγξ = laringe - λόγος = discorso*).

— Laryngologiae cultor, doctor, peritus, peritissimus (*laringologo*).

Laringoscopio: Laryngoscopium, ii, n. (*λάρυγξ = laringe - σκοπεῖν = esaminare*) = *strumento per esaminare la laringe.*

Laringotomia: Arteriae asperae sectio, onis, f. - *Graece:* Laryngotomia, ae, f. (*Cael. Aurel.*); laryngotemnia, ae, f. (*λάρυγξ = laringe - τέμνω = taglio*).

Lasagne - Tagliatelle - Vermicelli: Farina subacta ac verminculata (*farina impastata in forma di vermicelli*); *vel* pasta vermiculata. - Oblonga pastae segmenta; *vel* pasta segmentata (*lasagne, tagliatelle, fettuccine*). Oblonga pastae segmenta ovis subactae (*fettuccine all'uovo*); *vel* pasta ovis subacta ac segmentata. - Oblonga pastae segmenta suco condita (*tagliatelle al sugo*); *vel* pasta segmentata ac suco condita. - Pasta vermiculata (segmentata) lycopersici liquamine condita (*vermicelli, fettuccine al sugo di pomodoro*). - Pasta, ae, f., e graeco fonte, vox est serioris latinitatis (*Marcel. Empir.*); adjectivum « segmentatus, a, um » legitur apud Juvenalem VI, 88, et alios.

— A nonnullis (*Vallauri*) hoc loco ponitur: pastilli, orum. Vox tamen non videtur apta (*V. Maccheroni*).

— *V. vol, I. pag.* 26.

Lascito: *V. Legato.*

Latifondo - Latifondista: Latifundium, ii, n. (*Sen. et a.*); latifundiorum possessor, *vel* latifundiorum dominus, erus, herus.

Latore della rosa d'oro: Aureae rosae gestator (*uso di Curia*). - Vox « gestator » legitur apud Plinium, Ep. IX, 33.

Latticini: Lactantia, ium, n. pl. (*Cels.* II, 28 et 29); Lactaria, orum (*Lamprid.*); lacticina, orum (*Gloss. Philox.*); lacticinia, orum (*Gloss. Labb.*).

Laureare - Laurearsi: In doctorum numerum (album) aliquem cooptare, adlegere, adscribere (*laureare*); *vel* aliquem laurea donare, honestare, decorare.

— Aliquem in medicorum collegium cooptare (*laureare in medicina*); aliquem in philosophorum numerum publico dato diplomate cooptare, adsciscere, adlegere; aliquem in professorum album dato diplomate adlegere, cooptare, adscribere, etc...

— In doctorum numerum cooptari, adlegi, adscribi (*laurearsi*); *vel* doctoris gradum dignitatemque adsequi; *vel* doctoris gradum

dignitatemque consequi; *vel* laurea donari, honestari, decorari. - Philosophiae, theologiae, medicinae ... lauream mereri, *vel* philosophi, theologi, medici ... gradum dignitatemque mereri (*laurearsi in filosofia, teologia, medicina ecc.*).

Laureato – **Laureando**: Laurea donatus; laurea honestatus; laureatus; lauream meritus; doctor renuntiatus (*laureato*).

— Juris consultus laureatus (*Morcelli: laureato in legge*); Doctor Theologus, *vel* Theologiae lauream meritus (*Idem: laureato in Teologia*); philosophiae lauream meritus (*Idem: laureato in filosofia*).

— Doctor renuntiandus (*laureando*); *vel* laurea donandus, decorandus, honestandus. - Philosophus renuntiandus, medicus renuntiandus, theologus publice renuntiandus (*laureando in filosofia, medicina, teologia ecc.*); philosophus, theologus, medicus... publico diplomate renuntiandus.

Lavagna: Lapis sectilis (*Plin.*); niger sectilisque lapis; lapis niger ad scribendum aptus (*lavagna per scrivere*).

Lavorare a cottimo, a giornata...: *V. Cottimo, Giornata.*

Lazzaristi: (*Signori della Missione, fondati da S. Vincenzo de' Paoli*) Vincentiani sodales. - Vincentiana sodalitas (*Morcelli*, II, 143 = *Congregazione Religiosa fondata da S. Vincenzo de' Paoli*).

Lega del metallo: Nota (*qualità*); argentum optimae notae, *vel* argentum probum (*Morcelli: argento di ottima lega, cioè di ottima qualità*).

Legalizzare – **Legalizzazione**: *V. Ratificare, Autenticare, Ratifica.*

Legato Testamentario: Legatum (*Cic.*); pecunia legata ab aliquo alicui (*Idem*); usumfructum omnium bonorum legare alicui (*Idem*); legatum alicui dare (*Suet., Tib.* 76) = *lasciare ad uno un legato;* legatum alicui adimere; legatum alicujus irritum facere (*Idem*); legatum petere, exsolvere, duplicare (*Tacit.*) = *togliere, annullare, chiedere; pagare, raddoppiare un legato.*

— Legare alicui pecuniam (*Cic.*); legare alicui testamento grandem pecuniam (*Cic.*); alicui legare aliquid ab aliquo (*Cic.* = *lasciare ad uno un legato, che dovrà esser pagato da un determinato erede*).

— Legatarius (*Suet., Galb.* 5) est is, cui ex testamento aliquid legatum est; legataria (*Dig.*), est mulier, cui aliquid legatum est.

— Scutatis D nummis testamento legatis (*Morcelli: fatto un legato di 500 scudi*).

Leggenda – **Leggendario**: Fabula. Haec vox saepe invenitur apud

Ciceronem et Livium hac significatione; v. g. fabula tantum sine auctore edita (*Liv.* = *leggenda senza fondamento*); fabulae poëticae (*Liv.*); fabulae fictae (*Cic.*).

— Historia fabularis (*Suet., Tib.* 70) = *storia leggendaria, mitologia.*

Leggio: Pluteus, i, m.; pluteus anagnosticus (*Vallauri*); adjectivum « anagnosticus, a, um » vox est ex graeco ducta ac significat *per leggere;* quapropter pluteus anagnosticus indicat *spalliera per leggere*). - Anagnosterium, ii, n. (ἀναγνωστήριον = *leggio*). - Mensa scriptoria (*leggio adatto a scrivere*).

— A nonnullis hoc loco ponitur: repositorium, *vel* libri repositorium. - Vox tamen « repositorium » aliud significat (= *portapietanze, credenziera, sepolcro, ripostiglio*).

Lente: Lens, entis, f. (*legume*).

— Lens vitrea, *vel* lens crystallina (*Vallauri*) = *lente di vetro o di cristallo.*

— *V. Occhiali.*

Lentiggine: *V. Efelide.*

Lenzuolo: Linteum, i, n.; lecti linteum; lecti lintea (*i lenzuoli*). - Funebre linteum (*lenzuolo funebre*).

Leopoldville: Leopoldopolis (*Capitale del Congo Belga; V. Mappamondo della Segreteria di Stato in Vaticano*).

Letargo: Veternus, i, m. (*Cic. et a.*), unde adjectivum « veternosus, a, um »; marcor, oris, m. (*Sen. et a.*); *graece:* lethargus, i, m., lethargia, ae, f. (*Plin. et a.*); unde lethargicus, a, um (*Plin.*); quae quidem vocabula ex graecis vocibus oriuntur: λήθη = *oblio* — ἀργία = *quiete.*

Letterale: Adjectivum « litteralis, e » est cadentis latinitatis (*Diomed.-Priscian.-Coel. Aurel.*).

— Ad verbum expressus, *vel* redditus, a, um (*Cic.* = *tradotto alla lettera*); interpretatio, *vel* explanatio non modo sententiae, sed verbis etiam inhaerens (*traduzione letterale*) - « Ea, quae ... expressa ad verbum dixi » (*Cic., Tusc.* III, 19) - Verbum e verbo exprimere (*Cic., Fin.* III, 4); verbum pro verbo reddere (*Cic., De Opt. Gen.* V, 14) = *tradurre alla lettera.*

Letterario - Letterato: Litterarius, a, um (*Varr.-Sen.*); ludi litterarii (*Sen.*) = *scuole elementari;* tabula litteraria (*Varr.*) = *tavoletta per scrivere.*

— Litteratus, a, um (*Cic.-Nep. et a.*); homo litteratus, litteratissimus, *vel* litteris deditus, *vel* litterarum studiosissimus; otium

litteratum (*Cic., Tusc.* V, 36) = *tempo libero dedicato allo studio delle lettere.*

Letteratura: Litteratura, ae. Haec tamen vox apud Ciceronem significat *lo scrivere, la scrittura,* seu litterarum formationem; vel etiam litterarum cognitionem et peritiam. Hac postrema significatione usurpatur saepius a Quintiliano, Seneca et aliis = *erudizione letteraria, grammatica* etc.

— Litterae, arum; litterarum monumenta; latinitatis monumenta (*l'insieme delle opere letterarie*). - Hac significatione usurpari non potest « litteratura ».

— *Storia della letteratura latina, greca ecc.*: Latinitatis scriptorum historia, *vel* latinorum scriptorum historia; graecorum scriptorum historia, *vel* graecitatis scriptorum historia. - Vox tamen « graecitas » serioris est latinitatis.

Lettere Testimoniali: *V. Testimoniali.*

Lettonia: Lethonia, ae, f.

Leucemia: Leuchaemia, ae, f. (*λευκός = bianco - αἷμα = sangue*) *termine medico indicante un'alterazione del sangue consistente in un aumento eccessivo dei globuli bianchi.*

Leucociti: Albi sanguinis globuli (*globuli bianchi*). - *Graece:* Leucocytum, i, n. (*λευκός - bianco - κῦτος = capacità, cellula*).

Leucoma: Alba oculi labecula; alba oculi labes; alba oculi gutta (*macchietta bianca nella cornea dell'occhio*). - *Graece:* Leucoma, atis, n.

Leucorrea: Album feminarum profluvium, ii, n. (*Plin.*) - *Graece:* Leucorrhea, ae, f. (*λευκός = bianco - ῥέω = scorro*).

Leva: I. Vectis, is, m. (*Cic.-Caes.-Vitruv.*); tolleno, onis, m. (*Liv. et a.*); instrumenta sunt, quibus pondera moventur, vel sublevantur. Quid tamen sit tolleno vide ad vocem *Altalena.*

— *Leve di comando*: Gubernationis instrumenta; regiminis instrumenta; potestatis opes, *vel* instrumenta (*in senso figurato*. - Omnia gubernationis instrumenta obtinere (*avere in mano tutte le leve di comando*).

II. Dilectus, us, *vel* delectus, us; militum dilectus; militum dilectum facere, *vel* habere; exercitum scribere, conscribere; milites imperare etc. - *V. Mobilitare.*

Levatoio: Pons subductarius (*ponte levatoio*); adjectivum « subductarius, a, um » seu qui subduci potest (*che si può sollevare dal basso in alto, che si può issare*) usurpatur a Cat., R. R. XII, 68 et 135. - Pons versatilis (*ponte levatoio*). Adjectivum « ver-

satilis, e » hac significatione usurpatur a Lucretio, Seneca et aliis - Livius vero habet « ingenium versatile » (XXXIX, 40, 5) = *ingegno versatile.*

Liberale – Liberalismo: Qui in re politica Liberales nominantur - Qui in re publica Liberales audiunt - « Liberales » qui dicuntur; « Liberales » quos vocant; « Liberales » qui audiunt = *i Liberali.*

— Civilis pars (*vel* politica factio, *vel* politica ratio ac disciplina), quae a libertate nominatur. - « Liberalismus » qui audit; « Liberalismus, quem vocant = *il Liberalismo, il partito liberale.*

Libertà: Quidlibet sentiendi facultas (*libertà di pensiero*); quidvis loquendi obloquendique licentia (*libertà di parola*); quidlibet sentiendi litterarumque formis exprimendi facultas, licentia... (*libertà di stampa*). Haec inveniuntur apud *Acta Leonis* (Cf. *Litt. Enc.* « *Libertas* », *A. L.* 1888, p. 212 sq.).

— Facultas credendi quod cuique libet (*Vallauri: libertà di coscienza*).

Libraio: Librarius, ii, m.; quae quidem vox apud Ciceronem significat *copiatore di libri, amanuense, scrivano; segretario;* apud Senecam autem significat etiam *commerciante di libri, libraio* (Cf. *Senec., Benef.* VII, 6).

— Librorum venditor; negotiator librarius; librorum negotiator.

— *Graece:* Bibliopōla, ae, m. (*Plin., Ep.* IX, 11 - *Martial.,* IV, 72); βιβλιοπώλης = *venditore di libri, libraio.* - Librorum propōla (*venditorello di libri, come quelli che li vendono sui barroccetti o sulle bancarelle*); vox « propōla » (προπώλης) usurpatur a Cicerone, Varrone et al. ac significat *piccolo rivenditore.*

Libreria: Taberna libraria (*Vallauri*). - Libraria, ae, f. (*Gell.* V, 4, 1).

Libro bianco: Albus codex veritatis testis; albus codex veritatis index; liber, *vel* codex auctoritates et instrumenta alicujus causae exhibens, *vel* referens.

— « Totam rei gestae seriem una cum instrumentis atque auctoritatibus, quibus jure credatur, pervulgari jussimus, ut omnia proferrentur in lucem veritatis, et aequi viri facile statuerent quam parum habeant firmamenti et virium conjectae ab inimicis in Apostolicam Sedem indignissimae criminationes » (*Acta Leonis* 1880, p. 114).

Libro d'oro: Codex aureus (*Morcelli*); in tabella aurea descripti (*Idem: scritti nel libro d'oro*).

Licantropia: Lycanthropia, ae, f. (λύκος = *lupo* - ἄνθρωπος = *uomo*)

= malattia del lupo mannaro; specie di follìa, per cui uno si crede tramutato in lupo.

— Lycanthropi, orum (*lupi mannari*).

Liceo: *V. Università.*

Liechtenstein: Lichtenstonium, ii, n. (*Lat. di Curia*); Vadum, i, n. (*la cap. del Principato = Vaduz*).

Lienteria: Levitas intestinorum (*Cels.* IV, 16 *et* II, 8); *graece:* lienteria, ae (*Cels.* II, 1). Intestina ita enervantur ac veluti complanantur, ut nihil continere, nihil concoquere possint, et quidquid assumptum fuerit inconfectum protinus reddant. Ita Celsus in relatis locis rem apte describit. - Vocabulum « lienteria » ex graecis vocibus oritur λεῖος *= leggero* - ἔντερα *= intestini.*

Lignite: Fossile lignum; carbo fossilis recentior. - *V. Fossile.*

Lima – Limare: I. Lima, ae, f. (propria ac translata significatione); limae labor (*Hor.*).

— Perpolire, expolire, perficere, limare, elimare, ad perfectum unguem castigare (*Hor.*); offendit poëtas limae labor (*Hor.*) *= non piace ai poeti lavorar di lima.*

II. Lima, ae, f. (*Lima, cap. del Perù*).

Limbo: Justarum animarum sedes, quae sacro non fuere expiatae lavacro. - Limbus, i, m. (*Lat. Eccl.*).

Linfatico: Strumosus, a, um (*Juvenal.-Colum. = linfatico, scrofoloso*). - *V. Scrofoloso.*

— Non autem: lymphaticus, a, um (*Liv.-Senec. et al. = forsennato, furioso, fanatico*).

Linfatismo: Struma, ae, f. (*Cels.-Plin. et al. = scrofola, linfatismo*). - *V. Scrofola.*

— Non autem: lymphatio, onis, f. (*Plin. = grave turbamento delle facoltà mentali*).

Linfoma: Lymphoma, atis, n. (*t. med. = tumore alle glandole linfatiche*).

Lingotto: (*dal francese « lingot » = pezzo di metallo*) Talea, ae, f. (*pezzo di metallo oblungo*); talea aurea (*lingotto d'oro*); talea ferrea (*Caes., B. G.*, V, 12 *= lingotto di ferro*). - Vox « talea » varia significat, hoc est: *tallone o pollone degli alberi* (*Varr. R. R.* I, 40); *travette di ferro per tenere legati i muri internamente, dette anche « chiavi »* (*Vitruv.* I, 5); *pezzetto oblungo di metallo con valore monetario:* e. gr.: « Utuntur [Britanni] aut aere, aut nummo aureo, aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo » (*Caes., B. G.* V, 12 *= I Britanni usano monete di*

bronzo, di oro, oppure dei lingotti di ferro calcolati secondo un peso stabilito a modo di moneta.

— Lingula (*lingua, ed anche qualuque cosa a forma di lingua*); auri lingula, ferri lingula (*lingotto di oro, ferro*).

Lingua – Linguista – Linguacciuto: I. Rem in primoribus labiis habere; id versabatur mihi in primoribus labiis (*Plaut., Trin.* IV, 2, 65) = *aver sulla punta della lingua.*

— Continere linguam; linguae suae moderari (*Plaut.*) = *frenare la lingua* - Tenere linguam (*Ovid.*) = *far silenzio.*

II. Sermo patrius, lingua patria (*contra:* lingua peregrina, sermo peregrinus).

— Sermo vigens atque usitatus; lingua vigens atque usitata (*lingua viva*); sermo jam non usitatus, lingua jam non usitata (*lingua morta*); sermo, *vel* lingua, qui (quae) in hodierno vitae usu (non) est = *lingua viva, lingua morta.*

— Lingua properante legere, loqui etc. (*parlare, leggere a lingua sciolta*).

— Multarum linguarum intellegens (*linguista*).

— Limatum dicendi genus; sermo integer, integerrimus, incorruptus (*lingua pura, corretta*); sermo mendosus, sermo inquinaus, inquinatissimus (*Cic.* = *lingua scorretta; linguaggio pieno di barbarismi, di parole errate...*).

III. Libere aperteque loqui (*non aver peli sulla lingua*).

— Homo malae linguae (*Petron.*); homo immoderatae linguae (*Suet.*); homo acidae linguae et dicax (*Sen.*) = *linguacciuto* - Piper, non homo (*Petron.*) = *uomo di lingua pepata, arguta.*

— Ubi quis dolet, illic et manum et mentem habet (*apud Stobeum*) =*la lingua batte, dove il dente dole.*

Linotipo – Linotipia – Linotipista: Lineotypicum praelum, *vel* prelum (*linotipo, macchina tipografica linotipica*). - Linearis litterarum forma, *vel* typus (*composizione tipografica in caratteri lineari o linotipici*). - Linearibus litterarum formis, *vel* typis imprimere, excudere, edere (*stampare con macchina linotipica*). - Adjectivum « linearis, e » usurpatur a Quintiliano.

— Lineotypici praeli (*vel* preli) opifex (*linotipista*).

— *V. Stampare.*

Lipemania: Atra bilis, *vel* atrabilis (*Cic. et al.* = *umor cupo, tristezza cupa*) - *V. Malinconia.*

— *Graece:* Lypemania, ae, f. (*λύπη* = *dolore* - *μανία* = *pazzia*) = *grave malinconia confinante con la follia.*

Lipemia: Liphaemia, ae, f. (*λίπος* = *grasso* - *αἷμα* = *sangue*) = *anormale quantità di grassi nel sangue.*

Lipoma: Lipoma, atis, n.; adipoma, atis, n. (*t. med.* = *tumore formato di tessuto adiposo*).

Lipotimia: Lipothymia, ae, f. (*t. med.* = *primo stadio della sincope, svenimento* - *λείπειν* = *lasciare* - *θυμός* = *animo*).

Liquore: Liquor, oris, m. (*Cic. et a.* = *liquido, tutto ciò che è liquido*).
— Merum validissimum; vinolenta potio validissima; vinolenta potio odorata (*liquore profumato*); medicamenta vinolenta (*liquore medicinale*).

Lisieux: Lexovium, ii, n. - Lexovii, orum (*gli abitanti di Lisieux, e propriamente antico popolo della Gallia Lugdunense*); Lexoviensis (*di Lisieux*).

Litanie: Preces, *vel* supplicationes Lauretanae (*litanie della Madonna*).
— Supplicationes sacratissimo J. Christi Cordi (*litanie del S. Cuore*).
— Supplicationes Deiparae Virginis Sponso (*litanie di S. Giuseppe*).
— Supplicationes caelestium Curiae admotae, *vel* admovendae (*litanie dei santi*).
— Litaniae (*Lat. Eccles.*). Vox litania, ae, e graeco fonte, idem est ac supplicatio. Usurpatur a Sidonio, Epist. V, 7, et ab aliis scriptoribus serioris latinitatis.

Litantrace: Lithanthrax, acis, m. (*λίθος* = *pietra* - *ἄνθραξ* = *carbone*). - *V. Antrace, Antracite, Fossile.*

Litiasi: *V. Pietra: mal della pietra.*

Litografare - **Litografia** ecc.: Aliquid lapidi incisum, *vel* in lapide incisum imprimere (*litografare*).
— Imago per incisum lapidem impressa (*una litografia o immagine litografata*).
— E graeco fonte: lithographica imago; lithographica ars; lithographica officina; lithographus = *una litografia; l'arte litografica; officina litografica; litografo.* - Ex graecis vocibus *λίθος* = *pietra* - *γράφω* = *scrivo.*

Litologia - **Litologo**: De lapidibus doctrina; lapidibus describendis ratio, doctrina, disciplina. - *Graece:* Lithologia, ae, f. (*λίθος* = *pietra* - *λόγος* = *discorso*).
— Lithologiae cultor, doctor, peritus, peritissimus.

Litote: Litotes, is, f. (*v. gr.*).

Litro: Bini sextarii (*Luciano*). Sextarius, ii, m. genus mensurae est duas heminas seu cotilas continens; videntur autem bini sextarii

mensurae fere respondere, quam nos vulgato nomine « litrum » vocamus.

— Lagenam exsiccare (*Cic.* = *bere un litro*) - Lagoena, *vel* lagena, ae, f. = *boccale, bottiglia.*

Littorio: Lictorius, a, um (*Plin.*); non autem « lictorialis ».

Lituania: Lithuania, ae, f.

Liturgia – Liturgico: Sacri ritus; publici ritus; sacrae caerimoniae; publicae caerimoniae. - De sacris ritibus doctrina; de sacris caerimoniis ratio, doctrina, disciplina (*la scienza liturgica*); de sacris ritibus praecepta (*insegnamento liturgico*).

— *Graece:* Liturgia, ae, f. (*λεῖτος* = *pubblico* - *ἔργον* = *ministero* = ministerium publicum); liturgicus, a, um (*adject.*).

Lividura: *V. Ecchimosi.*

Locomotiva: *V. Ferrovia.*

Loggia: *V. Balcone.*

Logica: Philosophiae pars logica; logice, es, f.; dialectice, es, f.; dialectica, ae, f.

— Dialecticus (*logico*); dialectice subtiliter disputare, disserere (*disputare a fil di logica*).

— Considerate, consideratius, consideratissime (*Cic.*); consideranter (*Val. Max. et a.*) = *logicamente, ragionevolmente, ponderatamente.*

— Consequens est (*inf. vel ut*), *vel* inde sequitur, inde consequitur etc. = *è logico che ...*

Logomachia: Captatio verborum (*Cic., Partit.* 23); concertatio verborum; concertatio captatioque verborum (*Ibid.*).

— *Graece:* Logomachia, ae, f. (*λόγος* = *discorso, parola* - *μάχη* = *combattimento*).

Logorrea: « Inanis quaedam profluentia loquendi » (*Cic., Partit.* 23).

— *Graece:* Logorrhea, ae, f. (*λόγος* = *parola, discorso* - *ῥέω* = *scorro*).

Lombardia – Lombardi: Insubria, ae, f. (*regione dell'Italia sett. il cui capoluogo era* Mediolanum). - Insubres, ium, *vel* um (*Insubri e cioè all'incirca gli odierni Lombardi*). - Insuber, bris, bre (*adjectivum*).

Londra: Londinium, ii, n. (*Tac., Annal.* XIV, 33; *Ammian.* XXVII, 8 *et* XXVIII, 3); Londiniensis (*cittadino di Londra*). - Non autem, ut nonnulli ponunt (*Morcelli, Vallauri*): « Londinum », « Londinensis ».

Longarina: Ferrea trabs, abis, f.

Lord: Nobilis vir; nobilis Brittaniae, *vel* Angliae vir (*nel senso di titolo nobiliare*). - Senator; Britanniae, *vel* Angliae Senator (*membro della Camera dei Lords*). - Senatus Brittaniae, *vel* Angliae Senatus (*Camera dei Lords*).

Lotta di classe: *V. Classe.*

Lotteria: Schedarum sortitio, onis, f. (*Vallauri*) - Aptius fortasse dicitur: Aleatoria schedarum sortitio; *vel:* Alea sortium. « Sors » significat etiam *tessera, cedola, o scheda che si estraeva a sorte.* - Sortes (*biglietti della lotteria*); *vel* aleatoriae schedulae, aleatoriae scidae, seu scidulae aleatoriae.

— Aleatoriam schedularum sortitionem habere (*fare una lotteria*); *vel:* Sortium aleam habere.

— Aleatoriam schedularum sortitionem habere beneficentiae causa (*fare una lotteria o pesca di beneficenza*); *vel:* Aleam sortium habere beneficentiae causa; aleâ sortium ludere beneficentiae causa.

— Ex sortium alea lucrum facere; *vel* sortium alea quaestum facere (*vincere alla lotteria*). Cf. *Cic.* « lucra facere ex aliqua re », « quaestum facere aliqua re ». - Prospera sortium alea uti (*essere fortunato alla lotteria*).

Lotto: Fiscus aleatorius (*Morcelli: istituto del Lotto*). Praepositus fisci aleatorii (*direttore del Lotto*).

— Ludus fisci aleatorii (*gioco del Lotto*).

Lourdes: Lapurdum, i, n.; Lapurdensis (*di Lourdes*); Lapurdensis specus, us, m., *vel* Lapurdense specus, us, n. (*Grotta di Lourdes. - Ciò secondo il latino di Curia; secondo alcuni invece* « Lapurdum » *corrisponderebbe all'odierna Baiona, città presso i Pirenei e non molto lontana da Lourdes*).

Loyola: Loyola, ae; Lojola, ae. - Loyolaeus, a, um, *vel* Lojolaeus, a, um (*Morcelli: di Loyola*).

Luminare: Sapientiae, virtutis, venustatis lumen (*Cic. = luminare di sapienza ecc.*).

Lunario: Calendarium (*Sen. et a.*); lunaris liber (*Vallauri*). Adjectivum « lunaris, e » - ad lunam pertinens - habetur apud Ciceronem et alios.

— *V. Almanacco.*

Lunch: (*v. inglese = colazione*) Jentaculum, i, n. (*Plaut.-Suet.-Martial.*). - « Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: in jentacula, et prandia, et caenas, comissationesque... » (*Suet., Vitell.* 13 = *Divideva i pasti in tre volte, e talora anche*

in quattro: colazione cioè, pranzo, cena e gozzoviglia...). - *V. Colazione.*

Lunghesso: Secundum; secundum mare, secundum flumen etc. (*lungo il mare, lungo il fiume ecc.*).

Luogotenente: Legatus (*Cic. et a. = rappresentante, legato, ambasciatore*); vicarius (*Cic. = chi fa le veci di un altro*); optio, onis, m. (*Tac., Hist.* I, 25 = *luogotenente come termine militare*). - Vox « optio, onis, m. » significat *luogotenente, sostituto, aiutante del* « tribunus militum » (*Cf. Varr., L. L.* IV, 16).

Lupo Mannaro: *V. Licantropia.*

Lussazione: Luxata membra (*Plin.*); luxum si quod est (*Cato, R. R.* 160). - Luxo, as, avi, luxatum (*vel* luxum), are (*Cat.-Sen.*). - Ossa in suam sedem compellere, reponere (*Cels. = mettere a posto una lussazione*).

Lussemburgo: Lucemburgum, i, n. (*Lat. di Curia*).

Luterano: Lutheranus (*Acta Leonis*).

M

Maccheroni: Farina aqua subacta ac tubulata (*Bazzarini-Bellini, Protolessico Ital.-Lat. = farina impastata in forma cilindrica*); *vel* pasta tubulata. - Pasta, ae, f., e graeco fonte, vox est serioris latinitatis (*Marcell. Empir.*); tubulatus, a, um est apud Plinium et Senecam.

— Tubulata pasta suco condita (*maccheroni al sugo*). - Tabulata pasta lycopersici liquamine condita (*maccheroni conditi al sugo di pomodoro*).

— A nonnullis (*Vallauri et a.*) hoc loco, et ubi agitur de pasta vermiculata, *vel* segmentata (*vermicelli, tagliatelle*), ponitur: pastillus, i, m. At haec vox plura significat, quae omnia a pasta tubulata, itemque a pasta vermiculata, plus minusve longe absunt. Nempe: *a*) parvam panis formam (*panino*); *b*) parvulam placentam, *vel* libum (*piccola focaccia, pasticcino*); *c*) medicamentum, ex quibusdam metallicis contritis plerumque confectum, et aliquo humore coalescens (*Cels. = specie di impiastro o fomento*); *d*) pilulam unguentariam, quae odoris gratia gestatur (*Hor.*) - *V. Lasagne, Tagliatelle, Vermicelli.*

— Res tempore venit, *vel* res opportune venit (*viene come il cacio sui maccheroni*).

Maccheronico: Lepidi versus, italicis verbis latinorum more inflexis, compositi (*Vallauri: versi maccheronici*).
— Barbara ac faceta latinitas (*latino maccheronico*).
— Latinitatem barbare ac facete affectans (*Luciano: maccheronico*) - Latinitatem barbare ac facete effingere, scribere, loqui (*comporre, scrivere, parlare in latino maccheronico*).

Macchina a nafta: *V. Nafta.*

Macchina da cucire: Machina consuens; machina suens; sartoris machina - Machinula consuens, *vel* sartoris machinula (*piccola macchina da cucire*). Vox « machinula » legitur apud Festum.
— Machina sutoria; *vel* sutoris machina (*macchina da cucire scarpe*).

Macchina da rader la barba: Novacula machinalis (= *rasoio automatico*). Adjectivum « machinalis, e » usurpatur a Plinio.
— Machinula barbam abradens; barbam radens machinula; machinula radens. - Vox « machinula » legitur apud Festum.

Macchina da tagliar i capelli: Machina tonsoria - Machinula tonsoria (*piccola macchina da tagliare i capelli*). - « Machinula » vox est a Festo adhibita.

Macchina dattilografica: *V. Dattilografare.*

Macchina trebbiatrice: *V. Trebbiatrice.*

Madagáscar: Madagascaria, ae; Madagascaria insula.

Madonna: Deipara Virgo; alma Dei Genitrix; augusta Dei Genitrix Maria; augusta summi Regis Mater; Virgo Dei Parens; caelestis Regina, Dei Mater, opifera, sospitatrix; caelestis Regina tempestatum potens nimborumque sonantium (*Morcelli*).
— Maria Sanctissima gementium solatrix (*Madonna della consolazione*).
— Maria opifera (*Madonna delle grazie*).
— B. V. Maria Lauretana, *vel* Loretana (*Madonna di Loreto*).
— Maria Mercedonia (*Morcelli: Madonna della Mercede*). - Adjectivum « mercedonius, a, um » legitur apud Festum et in antiquissimis inscriptionibus.
— Maria sancta nivalis (*Madonna della neve*); pacifera (*della pace*); salutifera (*della salute*); scalaris (*della scala*); adjutrix, auxiliatrix, opifera (*del soccorso*); D. N. Maria opifera conservatrix patriae (*protettrice della patria*).
— Bene suada Virgo Maria (*Madonna del Buon Consiglio*).
— D. N. Maria Carmelitis, itidis, *vel* Carmeli decus (*Madonna del Carmine*); Carmelitis Virgo; Deipara Virgo Carmelitis. - Cella Mariae Karmelitidis (*Morcelli: = Cappella della Madonna del*

Carmine); Mariae Karmelitidis sollemnia (*Idem: festa della Madonna del Carmine*); templum Karmelitidi Virgini Mariae dicatum (*Chiesa della Madonna del Carmine*).

— *V. Addolorata; Annunziata; Concezione Immacolata.*

Madrid: Madritum, i, n. (*Vallauri*). - Ab aliis scribitur: Matritum, i, n.

Madrina: *V. Padrino.*

Maestà: (*delitto di lesa*) Perduellio, onis, f. (*Cic. et a.*) Haec vox significat crimen majestatis, vel in Principem, vel in publicum magistratum, vel in ipsam rempublicam.

— Crimen majestatis (*Cic. et a.*) idem significat ac perduellio; majestatem laedere, *vel* minuere (*rendersi reo di lesa maestà*); majestatis reus (*Suet.*), condemnatus majestatis (*Cic.*); laesae majestatis accusari (*Sen.*).

Maestro: A patrimonio; procurator patrimonii; atriensis (*Morcelli: maestro di casa*). - Atriensis is erat, cui non modo atrii, sed totius etiam domus cura et custodia demandabatur.

— Custos sacrae domus (*maestro di casa di Sua Santità*); *vel:* curator sacrae domus; atriensis sacrae domus; custos sacrae domus Pont. Max.; curator sacrae domus Pont. Max.; atriensis sacrae domus Pont. Max.; Pontificiae domus custos, curator, atriensis.

— Praepositus sacrae domus; Praepositus sacri palatii; Praefectus sacri palatii (*Idem: Maestro del sacro palazzo*).

— Aptius tamen dicitur: Magister sacrae domus, *vel:* Magister sacri palatii (*Maestro del sacro palazzo*). - *V. Maggiordomo.*

— Antistes ceremoniarum, *vel* caerimoniarum (*maestro di cerimonie*); rhetor (*maestro di rettorica*); magister juventutis (*Idem: dei novizii*); campi doctor (*Idem: maestro di campo*); phonascus (*Idem: maestro di declamazione, di canto; e anche maestro di cappella*); phonascus et hydraula (*Idem: maestro di musica e organista*); magister doctrinae christianae tradendae (*Idem*); Collegium magistrorum doctrinae christianae tradendae (*Congregazione della dottrina cristiana*); *vel* sodalitas magistrorum (magistrarum) doctrinae christianae tradendae.

— *V. Elementare* (*maestro elementare*).

— *V. Camera* (*maestro di camera*).

Maggioranza: Major pars; plures ex numero (v. g. judicum); maxima pars; longe maxima pars (*la grandissima maggioranza*).

Maggiordomo – **Maggiordomato**: Diaetarchus (*Morcelli: Maggiordomo*), quæ vox hac significatione usurpatur in antiquissimis in-

scriptionibus (*Inscript. Murat.*); actor, oris, m. (*Plin. et a.* - *V. Agente*); praepositus domus.

— Praepositus sacrae domus, *vel* praefectus sacri palatii, *vel* pontificalis domus praefectus, *vel* augustae Pontificis Max. domus praefectus (*Maggiordomo di Sua Santità*) - Praefectura augustae domus pontificalis (*Ant. Angelini, Inscript.* IV, p. 439 = *Maggiordomo di S. S.*).

— Diaetarchus domus augustae (*Morcelli: maggiordomo di un sovrano*).

Maggiore: Centurio major (*termine militare reso approssimativamente*) - *Vedi però le voci: Caporale, Tenente, Capitano, Colonnello*).

Magia – **Magico**: Magice, es, f. (*Plin.*); magica ars (*Virg. et a.*); magicus, a, um.

— Virgula divina (*Cic., Offic.* I, c. 44) = *bacchetta magica.*

— Aedes ... tribus sapientibus orientis dicata (*Morcelli: chiesa dei Re Magi*).

Magna charta: Lex princeps; primaria lex.

Magnete – **Magnetico** – **Magnetismo** – **Magnetizzare**: Magnes lapis (*Cic.*); magnes, etis, m. (*acc.* magnèta). - Siderites, ae, m. (*Plin.* XXXVI, 16, 25).

— « Ut si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat et trahat, at rationem cur ita sit afferre nequeam » (*Cic., Divin.* I, 39). - Magnes ferrum ducit (*Prop.*), ferrum rapit (*Sel.*).

— Magneticus, a, um (*Claudian., Carm. de magnet.* 26) - Pyxidis nauticae acus, us, f. (*Vallauri: ago magnetico*). - Magnetica vis (*Vallauri: magnetismo*). - Instrumentum ad vim magneticam telluris explorandam (*Vallauri: strumento per esaminare il magnetismo terrestre*).

— Vim magneticam incutere (*magnetizzare*). Cf. « Vim incutere ventis » (*Virg., Aen.* I, 73). - Vim magneticam concipere (*magnetizzarsi*). - Magnetis vim habens; magnetis vi praeditus (*Plin.* = *magnetizzato*).

— (*Senso figurato*): Aliquem mira quadam vi excitare, permovere *vel* ad se allicere, pellicere, illicere; fascinare aliquem.

Malaga: Malaca, ae, f. (*città*); vinum malacense (*vino Malaga*).

Malaria: Palustre caelum (*Liv.*); paluster afflatus; palustris caeli (*vel* afflatus) morbus, contagio, pestilentia. - Palustris afflatus morbo implicari, laborare, conflictari, opprimi, absumi, confici, perire, mori. - In palustris contagionis morbum cadere, delabi. - Ex palu-

stris contagionis morbo evadere, convalescere (*essere colpito dalla malattia; morirne; guarirne*).

Malinconia – **Malinconico**: **I.** Maestitia; maeror; tristitia - Minus recte a nonnullis ponitur: aegritudo animi. Haec enim vox « morbum animi », « infractionem et demissionem animi » indicat, quae quidem perturbationes non cadunt in sapientem (Cf. *Cic., Tusc.* III, c. 7 *et alibi*).

— Ab aliis ponitur: atrabilis, *vel* atra bilis. Haec tamen vox significat animi morbum, qui a quodam tristitiae furore non longe abest (*umor cupo, tristezza cupa*), ut videre est apud Cic. (*Tusc.* III, 5).

— Ab aliis denique vocabulum ponitur e graeco fonte derivatum: melancholia, ae, f. Haec tamen vox fere idem significat ac atrabilis, ut videre est apud Cic. (*Tusc.* III, 5) = *tetraggine, umor nero.*

II. Maestus, maerens, tristis (*melanconico*). Hac fere significatione a Cicerone usurpatur etiam vox graeca « melancholicus, a, um ». « Aristoteles quidem ait omnes ingeniosos melancholicos esse » (*Tusc.* I, 33). Videtur tamen etiam hoc adjectivum eamdem fere significationem habere ac melancholia; nam ita habet Tullius (*Divin.* I, 37): « Aristoteles eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animo praesagiens atque divinum ». Apud Plinium vero habetur « melancholica insania »; apud Horatium « melancholicus humor » (*umor nero*).

— Os in maestitiam flexum (*Tac.*) = *un volto melanconico* - Animum contrahit mùsica (*Vallauri*) = *la musica rende malinconico.*

— *V. Sentimentale* (*sensibile*).

Malleabile: Ductilis (*Plin.*); malleo obsequens (*Idem*); v. g. « Aes regulare obsequitur malleis, ab aliis ductile appellatum » (*Id.* XXXIV, 8, 20). - Flexibilis (*Cic. et a.* = *senso proprio e figurato*); v. g. flexibilis materia (*Cic.*), oratio (*Cic.*). - Lentus (*pieghevole, flessibile*); v. g. vimen, vitis (*Virg.*). - Facilis, tractabilis (*senso fig.*). - *V. Maneggevole.*

Mallevadoria – **Mallevadore** – **Malleveria**: *V. Garanzia - Garante.*

Maltusiano – **Maltusianismo**: Malthusianus, a um. - Malthusiana doctrina (*da Malthus, celebre economista inglese 1766-1834*).

Managua: Manaqua, ae, f. (*Capitale del Nicaragua*).

Mancia: Corollarium (*Cic. et a.*). Corollarium alicui aspergere (*Cf.*

Senec., Benef. VI, 17 = *dare la mancia*). - Aere domare (*Juvenal.* VI, 235 = *corrompere con mancie*).

— Strena, ae, f. significat munus quod datur die festo, ac praesertim sub anni exordium, fausti ominis causa (*Suet. et a.*).

Maneggevole: Habilis (*contra:* inhabilis), v. g. arcus (*Virg.*); gladius (*Liv.*); currus (*Ovid.*).

— Habilis significat etiam quod est aptum; v. g. habilis virtuti, *vel* ad virtutem; miles habilis ad pugnam; calceus habilis ad pedem.

— Tractabilis (*arrendevole, pieghevole*); v. g. tractabilis virtus (*Cic.*); tractabilis vir; nihil est eo tractabilius (*Cic.*). - *V. Malleabile.*

Mangiapane - Mangiaufo: Inutilis homo; homo tardus et inutilis; homo desidiosus, ignavus, segnis, iners.

Mangiapreti: Sacerdotum osor, oris; religionis osor; homo sacerdotes perosus, *vel* religionem perosus. - Irreligiosus; impius.

Manicomio: Dementium valetudinarium.

— Huic elleborum opus est (*Plaut., Pseud.* 1185); *vel:* Naviget Anticyram (*Hor., Sat.* II, 3, 166) = *Ha bisogno del manicomio.*

Manicotto: Manuleus, i, m. (*Plaut.*); parva manica ad tegumentum, *vel* ad ornamentum apta.

Manifattura - Mano d'opera: Manupretium, *vel* manipretium (*Plaut.-Liv. et a.*). Res ac manipretium; materia ac manipretium (*la materia prima e la mano d'opera*).

— « Manipretium et manupretium tam de pretio sive mercede dicitur, quae artifici datur, quam de ipsa artificis opera » (*Morcelli,* vol. II) - « Ipso etiam manipretio celeberrimos artis suae imaginum pictores antecessit » (*Ibidem*). Manupretium igitur significat *prezzo dell'opera; pregio dell'opera; mano d'opera.*

— Habetur etiam apud Catonem (Cf. *Gell.* XIII, 23) adjectivum manupretiosus, *vel* manu pretiosus, a, um (*pregevole per la mano d'opera*).

— Artificis opus (*l'opera stessa*); artificis opera ac labor (*il lavoro dell'artista*).

Manila: Manila, ae, f. (*Cap. delle Filippine*).

Manipolo: I. Manipulus, i, m. (*in senso campestre e in senso militare*); manualis fasciculus (*Plin.*), v. g. manualis herbarum fasciculus. - Manipulatim (*a manipoli, tanto in senso campestre - Plin. - che militare - Liv., Tac.*).

II. Manipulare sacerdotis indumentum; manipulare sacerdo-

tum ornamentum; manipularius sacerdotum ornatus; sacrum indumentum manipulare (*manipolo, indumento liturgico*). - Manipulare indumentum: ornatus manipularius (*manipolo in senso generico*). - Adjectivum « manipularis, e » usurpatur a Cic. et a.; adjectivum « manipularius, a, um » legitur apud Suetonium (*Cal.* 9).

— Manipulus (*Lat. Eccl.*); sacerdotalis manipulus.

Manomorta: Possesiones, quae abalienari non possunt (*beni inalienabili*). - Tributum possessionibus impositum (*vel* indictum), quae abalienari nequeunt (*tassa di manomorta*).

Manuale: Manualis, e (*Tac., Plin.*), quod ad manum pertinet, *vel* quod inter manus facile versari potest. « Linum in fasciculos manuales colligatum » (*Plin.*). « Manualia saxa jacere » (*Tac.*).

— Enchiridion (*Dig.* = *un manuale, un libro manuale*). Vox est e graeco fonte derivata; latine dicitur: liber manualis.

— *V. Compendio.*

Maomettano: Mahumedanus (*Acta Leonis* 1883, p. 275); Mahometanus (*Ibid.* 1888, p. 187; Maomethanus (*Ibid.* 1885, p. 132, 147); Macometanus (*Luciano*).

— Mahumedana doctrina; Mahumedana gens; Mahumedanorum gentes, populi (*Islamismo - Maomettanesimo*).

Mappamondo: Tabula totius orbis descriptionem continens (*Vallauri*).

— Tabula geographica. - « Mappa mundi » dictio est infimae latinitatis.

Marchese - Marchesato: Demarchus, i; marchio, onis (*Morcelli*).

— Marchionis uxor, soror, filia (*Marchesa*), *vel* e marchionibus etc.

— Marchionis (*vel* demarchi) dignitas, munus, regio (*marchesato*). - « Marchionatus, us, m. » legitur apud Ducange.

Marciapiede: Crepido, inis, f. « Vidi Gitona in crepidine semitae stantem » (*Petron., Sat.* 9) - Viae margo, inis.

— Marginare vias (*Liv.* XXXXI, 27, 5) = *mettere i marciapiedi.*

Marconigramma - Marconista: I. Aërius nuntius, *vel* aërium nuntium. - Marconigramma, atis, n. - Nuntium per aetherias undas missum; *vel* nuntium per radiophonicas undas missum.

II. Aërius nauta (aëronauta) marconigrammatis addictus (*aviere marconista*). - Ad hybridas ejusmodi voces quod attinet, ea confer, quae ad vocabulum *Arciduca* notavimus.

Mare e monti: Maria montesque polliceri (*Sal., Cat.* XXIII, 3 = *promettere mari e monti*). - Auri montes polliceri (*Ter., Phorm.* 68).

Maresciallo: Summus militiae magister. - Summus strategus - Strategus (dux exercitus) vox est e graeco fonte derivata, quae a Plauto (*Curc.* II, 3, 6) usurpatur.
— Aëriae classis strategus; summus aëriae classis magister (*Maresciallo dell'aria*).
— Supremus universae militiae magister (*gran maresciallo*).
— A nonnullis ponitur: mareschallus, i. Est tamen vox barbara (*Ducange*).
— Optio, onis, m. (*maresciallo sott'ufficiale*). - Vox « optio, onis, m. » significat *ufficiale subalterno, aiutante o luogotenente del* « tribunus militum » (Cf. *Varr., L. L.* IV, 16).

Margarina: Butyrum margarinum (*Così detto da μάργαρον = margarita; bianco perlaceo*); butyrum sebosum, *vel* sebaceum (*burro artificiale ricavato dal sego*). - Adjectivum « sebosus, a, um » legitur apud Plinium; « sebaceus, a, um » apud Apulejum.

Marmellata: Fructuum liquamen, inis, n. - Liquamen de piris facere (*Pallad.* III, 25).
— Decoctum pomarium - Decoctum, i, n. legitur apud Plinium; pomarius, a, um, seu ad poma pertinens, legitur apud Catonem de R. R. 48 - Pomarium liquamen - Pulpa pomaria - *V. Cotognata, Gelatina.*

Marmette: *V. Mattonelle.*

Marmo: Marmor, oris, n.; ex marmore solido (*tutto di marmo*); lorica marmorea (*incrostatura di marmo*); marmorare (*incrostare di marmo*); marmoratus (*Stat. = incrostato di marmo*).

Marocco: Mauritania, ae, f.

Marsala: Vinum Lilybaetanum *vel* vinum Lilybeium (*vino Marsala*). - Lilybaeum, i, n. (*Città di Marsala*).

Marxismo: Caroli Marxii doctrina; Caroli Marxii commenta (*dottrina di Carlo Marx, celebre filosofo e sociologo tedesco 1814-1883*); Caroli Marxii sectatores (*i marxisti, o seguaci di Carlo Marx*).
— *V. Comunismo, Socialismo.*

Maschera: Persona (*Cic. et a.*); larva (*Hor.*).
— Imago gypsea ipso demortui ore effecta (*Morcelli: maschera ritratta da un morto*).

Maschera antigas: *V. Gas.*

Massone - Massoneria: *V. Framassone - Framassoneria.*

Mastice: Gluten; inis, n.; glutinum, i, n. (*Sall. et a.*) = *colla, glutine, mastice.*

Matematica – Matematico: Numerorum scientia, doctrina, disciplina.- *Graece:* Mathematica; ae; *vel* mathematice, es, f. (*Sen. et a.* = *matematica ed anche astrologia*); mathematica ars, disciplina, doctrina.

— Mathematicus, i, m. (*Cic.-Tac.* = *matematico, astronomo, astrologo*). Mathematicae disciplinae cultor, doctor, peritus, peritissimus (*un matematico*).

— Arithmetica, ae, f.; arithmetice, es, f. (*Senec. et a.*); arithmetica, orum, n. pl. (*Cic., Att.* XIV, 12, 3) = *aritmetica, arte del calcolo.*

— Arithmeticus, a, um (*Senec. et a.* =*aritmetico.* - In arithmeticis valde versatus (*un matematico*); *vel* arithmeticae peritus, peritissimus; arithmetices cultor, doctor, peritus, peritissimus. (*cultore di matematica, professore di matematica ecc.*).

— Ex graecis vocibus *μαθηματική - ἀριθμητική — μαθηματικός - ἀριθμητικός.*

Materiale: *V. Corporale:* I.

Materialismo – Materialista: Eorum ratio (doctrina), qui omnia ad materiam referunt; eorum ratio ac doctrina, qui omnia materiae attribuunt; eorum ratio ac doctrina qui corporum concretioni omnia tribuunt, *vel* qui ad corporum concretionem omnia referunt.

— « Materialismus » qui dicitur, *vel* qui audit, *vel* quem vocant. - « Materialistae », qui audiunt, qui dicuntur, quos vocant.

Materialità: Corporum concretio (*Cic., Nat. Deor.* I, 25); rerum concretio; mortalis concretio (*Cic., Tusc.* I, 27); natura concreta, vis concreta (*Cf. Cic., Tusc.* I, 25); materia; materies.

Materializzare: Materiae addicere, subicere; ad materiam referre; ad rerum concretionem referre. - Omnia ad rerum concretionem referre (*materializzare tutto*); *vel* omnia ad mortalem concretionem referre; omnia ad sensuum voluptatem referre.

— « Quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile judicant bonum; nos contra intellegibile, qui illud animo damus » (*Sen., Ep.* 124, 2 = *materializzare e spiritualizzare il piacere*).

Maternamente: Materna caritate; materno animo; in modum matris.

— « Nobis (Maria Virgo) velit benigna in modum matris per omne tempus adesse » (*Acta Leonis*).

— Vocabulum « materne » est infimae latinitatis.

Matita: *V. Lapis.*

Matricola – Matricolare: Matricula, ae, f.; album, i, n.; census, us, m. - Vox « matricula » legitur apud Vegetium: « Producendi tiro-

nes sunt semper ad campum, et secundum matriculae ordinem in aciem dirigendi » (*Veget., Milit.* I, 26).

— In album referre; in matriculae ordinem referre (*matricolare*). - *V. Registro, Registrare.*

Matricolato: In matriculae ordinem relatus; matriculae ordine insignitus (*in senso letterale*).

— Versutissimus homo (*furbo matricolato*); *vel* homo callidissimus. - Nequissimus homo (*malvagio matricolato*).

Mattonelle – Marmette – Ambrogette: Later, eris, m.; laterculus, i. m. (*mattone, mattonella*). - Laterculus tectorio opere marmorato factus (*Bettelli, Inscript.*, p. 145 = *marmette, cioè mattonelle di finto marmo per pavimentare*). - Laterculus marmoratus; v. g. pavimentum marmoratis laterculis quaquaversus constratum (*pavimento lastricato a marmette*).

Mattutino: Horariae preces, quae primo mane recitandur (*Parte del breviario*); horariae preces matutinae.

— Lugubres psalmorum cantus (*Morcelli: mattutino delle tenebre*).

— Funebres psalmorum cantus (*Idem: mattutino dei morti*).

Mazzacavallo: *V. Altalena.*

Meccanica – Meccanico: Machinalis scientia (*Plin.* VII, 37, 38); machinalis ars ac disciplina; machinalis ratio ac disciplina (*la meccanica*).

— Machinator (*Cic.-Liv.-Sen. et a.*) = *meccanico, ingegnere, architetto.*

— Mechanicus, a, um vox est e graeco fonte derivata, quae usurpatur a Suetonio, Gellio et ab aliis serioris latinitatis scriptoribus. Aptius igitur usurpatur vox latina « machinalis, e ».

— Arte machinali (*meccanicamente*); e. gr. arte machinali actus, motus, permotus (*mosso meccanicamente*).

Medaglia al valore: Insigne, *vel* ornamentum, *vel* nomisma virtutis causa tributum; honoris insigne; honorarium *vel* honorificum insigne; honorarium nomisma, *vel* honorificum nomisma.

— Nomisma militaris virtutis causa tributum (*medaglia al valor militare*). - Nomisma civicae virtutis causa datum; nomisma civicae virtutis causa tributum (*medaglia al valor civile*).

Media: Media ratio; media quantitas; media quantitatis ratio; medius numerus.

Mediatore – Mediatrice: Sequester (v. g. pacis); conciliator; auctor, v. g. auctor pacis (*Cic.*); sequestra, *vel* conciliatrix (*mediatrice*).

— Non autem mediator; quae vox est serioris latinitatis (*Apul.-Lactan.*). Neque mediatrix; quae vox est infimae latinitatis.

Medico: Medicus, i, m. (*medico in genere*). - Medicus ocularius (*Cels. -Val. Max.*), *vel* medicus ab oculis (*oculista*); medicus auricularius (*Ulp., Dig.* = *degli orecchi*); medicus vulnerarius (*Plin.*), *vel, e graeco fonte,* chirurgus (Cels. et a.) = *chirurgo.*

— Archiater, archiatrus, archiatros, i, m. (*Morcelli: medico di un Sovrano*).

— Blasius hieromartyr sanctissimus vindex artium salutarium (*Morcelli: S. Biagio protettore dei medici e dei chirurghi*).

Medium: Manium evocator.

Megafono: Vocis amplificator. - Vox - « amplificator » usurpatur a Cicerone et aliis.

— E graeco fonte: megaphonium, ii, n. (*μέγας* = *grande* - *φωνή* = *suono*), *vel* megalophonium, *vel* megaphonum.

— *V. Altoparlante.*

Megalomania: Effrenum rerum magnarum studium; effrenum immoderatumque rerum magnarum studium; rerum magnarum libido. - *Graece:* Megalomania, ae, f. (*μέγας* = *grande* - *μανία* = *follia*).

Melanconico: *V. Malinconia,* II.

Memore: Memor; haud immemor (*cum c. genetivo, vel inf.*). Memores Eusculapium quoque ex Graecia quondam arcessitum esse. (*Liv.*).

Memoria: (*in memoria*) Memoriae causa; monumenti caussa, *vel* monimenti causa (*Cic.*); ob memoriam; memoriae alicujus etc. (*alla memoria di ...*).

— Non autem: in memoriam.

Meninge: Cerebri membrana; meninx, gis, f. (*t. med.*).

Meningite: Cerebri membranae inflammatio, *vel* inflatio.

Meno: Redditur, vel cum adverbio « minus », vel cum adjectivo contrariae significationis: v. g. minus emax; minus multi, *vel* pauciores; minus diligens; minus diligenter; civis tenuioris condicionis (*meno abbiente*); mitior (*meno aspro*); lenior (*meno austero*); obscurior (*meno conosciuto o meno chiaro*); rarius (*meno spesso*); etc...

— Minimum (*Varr.* = *per lo meno*), *vel* saltem; plus minusve (*più o meno*); quam minime (*il meno possibile*). « Si non decore, at quam minime indecore » (*Cic., De Off.* I, 31).

Menopausa: Menstruorum cessatio; menstruarum purgationum ces-

satio (*fase nella vita della donna in cui cessano le mestruazioni, ordinariamente fra i 45 e i 55 anni*).

— *Graece:* Menopausis, eos; *vel* menopausa, ae, f. (*μήν, μηνός = mese; παῦσις = cessazione*).

Mentale: Saepe redditur per c. genetivum « mentis ». « Mentalis » est vox infimae latinitatis.

— Sacra meditatio, contemplatio, commentatio; divinarum rerum meditatio; supernarum rerum, *vel* caelestium rerum contemplatio (*preghiera mentale*).

Mentalità: Mentis habitus; animi inclinatio (*Cic.-Liv.*).

Menù: (*v. franc.*) Escarum ordo (*minuta o lista delle pietanze*).

— *V. vol. I, pag.* 26.

Mercato nero: Annona excandefacta; annona incensa. - Cf.: Annonam excandefacere, incendere (*Varr., R. R.* III, 2 = *rincarare enormemente i prezzi*). - *Contra:* Annonae vilitas; annona laxior (*Liv. et a.*).

— Flagellare annonam (*incettare i viveri per rincararli*). « Praevalens manceps annonam flagellat » (*Cf. Plin.* XXXIII, 13, 57 = *appaltatore affarista, che fa il mercato nero*). - Annonam comprimere (*Cic. et a.* = *incettare viveri per rincararli*).

— Rerum pretium in immensum exardescens (*Cf. Suet., Tib.* 34: *rincaro enorme*).

— Annona excandefacta uti (*comprare al mercato nero*). - Annona excandefacta vexari (*subire il mercato nero, esserne vittima*). - Annonam excandefactam (incensam) tolerare, permittere (*tollerare, permettere il mercato nero*). - Mercari pretio iniquissimo (*esercitare il mercato nero*).

— Pretio immodico, immoderato, iniquo, iniquissimo emere, vendere, venundare, venire (*vendere, comprare al mercato nero*).

— Dardanarius, ii, m. (*Ulp., Dig.* = *chi esercita il mercato nero*). - Qui coëmpta comprimit; qui annonam incendit; qui annonam flagellat; qui iniquissimum lucrum facit ex annonae caritate (*accaparratore, che fa il mercato nero*).

— *V. Accaparramento, Accaparrare, Accaparratore, Speculatore, Speculazione.*

Mercedario: Sodalis Mercedonius; Sodalis Marialis Mercedonius captivis redimendis; Familia D. N. Mariae Mercedoniae (*Morcelli: Religiosi della Madonna della Mercede*).

Mercurio: Vivum argentum (*Plin.* XXXIII, 6, 32) = *metallo*. - Mercurius, ii, m. (*divinità pagana*).

Merenda: Merenda, ae, f. (*Plaut., Most.* IV, 2, 49). - Merendam capere (*far merenda*).

Meridiana: Solarium, *vel* horologium solarium (*Varr.-Plin. et a.*). - *V. Orologio.*

— *V. vol. I, p.* 112.

Meridionale: Meridianus; australis - Non autem « meridionalis ».

Merletto – **Merlatura** – **Pizzo** – **Trina** – **Ricamo** – **Ricamare**: Textile pinnatum (*Vallauri: tessuto a merlature = merletto*). Adjectivum « pinnatus, a, um », significat *pennuto* (*Cic.*) atque etiam *smerlato, frastagliato;* v. g. pinnata folia (*Plin. = foglie smerlate*), muri pinnati (*vel* murorum pinnae) = *muri a merlatura;* turris pinnata, *vel* turris pinnis ornata (*torre a merlatura*).

— Opus acu pictum ac denticulatum, *vel* pinnatum (*merletto ricamato*).

— Opus phrygium, *vel* opus acu pictum, *vel* pictura textilis (*ricamo*); phrygio, onis, m. (*Plaut.-Plin.*) = *ricamatore;* acu pingere (*ricamare*), *vel* textili pictura concinnare (*Ovid.*), *vel* opere textili pingere (*Cic.*), *vel* phrygio opere distinguere.

— Vestem opere denticulato et reticulato distinguere (*Vallauri, Inscr.: ricamare una veste a dentelli e a traforo*).

— Vestes illusae auro et argento (*Virg., Ge.* II, 464 = *vesti screziate, quasi giocosamente ricamate, in oro e argento*); aurum et argentum vestibus illitum (*Hor. = vesti ricamate in oro e argento*); stragulum magnificis operibus pictum (*coperta magnificamente ricamata*).

Mesenterio: Intestinum medium.

Messa: Sacrum; Eucharisticum sacrificium; sacrum sollemne, *vel* sacrum sollemni ritu factum, peractum, celebratum (*messa cantata*); sacrum pontificali ritu celebratum (*messa pontificale*).

— Sacris operari; ad altare sacris operari; divinâ hostiâ litare; eucharisticâ hostiâ litare; sacrum facere, *vel* peragere; sacris facere; divinâ hostiâ facere (*celebrare la messa*).

— Sacrum sollemne ob praeludium anastaseos D. N. (*Morcelli: messa solenne del sabato santo*).

— Sacerdotis novensilis sacrum (*Morcelli: messa novella*); sacerdotii primitias Deo libare (*Id.: celebrare la prima messa*), *vel* sacrificandi initium facere, *vel* primam hostiam Deo immolare - Sacrum in expiationem (*Idem: messa da morto*), *vel:* piis manibus sacrum expiationis causa facere; sacrum ad labes piorum manium abolendas facere.

— Sacro interesse, *vel* non interesse (*ascoltare la messa, o perder la messa*).

— Votivo castu cotidie facere licere (*Idem: aver facoltà di celebrar messa votiva ogni giorno*). - Castus, us, m. (*Varr. et a.*) idem est ac ritus.

— Sacerdoti sacrificanti, *vel* sacris operanti ministrare, inservire (*servire la messa*); sacrificantis ornatum sibi induere (*vestirsi per la messa*); inter rem divinam, inter sacrificandum (*durante la messa*); sacris peractis, re divina peracta (*terminata la messa*).

Messale: Liber sacrorum (*Vallauri*); Eucharistici sacrificii liber; litationis volumen, litandi volumen; sacrificandi volumen; sacris peragendis volumen; liber sacrificialis *vel* sacrificalis. - Missale; Missale Romanum; Missale Ambrosianum etc. (*Lat. Eccles.*).

Messico: Mexicum, *i, n.*; Foederatae Mexici Civitates (*Stati Uniti del Messico*); Mexicopolis (*la capitale. - Lat. di Curia*).

Metafisica - Metafisico: Metaphysica disciplina, scientia, doctrina; metaphysica, orum, n. pl. (*la metafisica*). - Metaphysicus, a, um (*adject.*); metaphysicus philosophus (*Vallauri: = filosofo metafisico*). - Ex graecis vocibus *μετά = oltre - φυσική = la fisica.*

Metafora: Verbi translatio (*Cic., De Or.* II, c. 65); translata verbi significatione (*metaforicamente*).

— E graeco fonte: metaphora, ae, f. (*Quint.* VIII, 6 - *μετά = al dilà - φέρω = porto*).

Metalessi: Metalepsis, is, f. (*Quintil. = doppia metonimia*).

Metallurgia - Metallurgico: Metallorum ars; metallorum doctrina, disciplina (*metallurgia*); de metallis ratio ac doctrina.

— Ad metallorum artem pertinens, attinens; ad metallorum doctrinam pertinens, attinens (*metallurgico*).

— Metallorum opifices (*i metallurgici*); *vel* metallorum artis-opifices; metallorum artifices, operarii, operae.

Metatesi: Translatio (*Diom.*); metathesis, is, f. (*Idem. - v. gr.*); litterarum translatio.

Metempsicosi: Animarum migratio (*Cf. Cic., Tusc.* I, 41). - *Graece:* Metempsychosis, is, f. (*Cf. Tertull., Anim.* 31). - Pythagoras docuit animas non interire, sed post mortem ab aliis ad alios transire (*Sen.*). - Vox « metempsychosis » constat ex graecis vocabulis *μετά = al dilà - ἐμψυχόω = animo.*

Meteorologia - Meteora: Species per aëra conspicua (*Sen.*); visum caeleste (*Cic.*); ignes, *vel* faces caelestes (*Cic.*) = *meteora.*

— De aëris statu ac vicibus disciplina, *vel* doctrina (*meteorologia*).

— E graeco fonte: meteorologia, ae, f. (*μετέωρον* = *meteora* - *λόγος* = *discorso*).

— Aëris status mutationumque spectator (*meteorologo*).

Meticcio: Mixtus, *vel* mistus (*Cf. Liv.* XXXVIII, 17, 9); homo mixtus.

Metodo: Ratio; ordo; modus; via ac ratio. Docendi ratio ac disciplina (*metodo d'insegnamento*); instituendi modus ac ratio (*metodo d'educazione*).

— Methodus, i, f., vox est e graeco derivata, quae ab optimis latinitatis scriptoribus non usurpatur.

— *V. Sistema.*

Metonimia: Denominatio (*Cornif., Rhet.* 4, 43); immutatio (*Cic., Or.*, 27, *et al.*); mutata verba (*Idem*) - *Graece:* Metonymia, ae, f. (*Cf. Quint.* VIII, 6 - *μετωνυμία*).

Metro - Metrica - Chilometro - Ettometro - Decametro - Decimetro - Centimetro - Millimetro: I. Metrum, i, n. (*Quintil. et al.* = *parola greca che significa misura, e in particolare, misura di una sillaba o di un verso, metro*); modus; numeri ac modi (*metri poetici*); ars metrica (*la metrica*), *vel* numerorum ac pedum moderatio.

II. Quatenus autem peculiare mensurae genus, communiter hodie usurpatum (*il metro*), haec vox per ea, quae sequuntur, vocabula latine reddi potest: 1) « Passus, us, m. » (*Talora il passo romano si prende come misura di un piede e mezzo, e in questo senso si chiama* « passus minor »; *generalmente però si prende come misura di cinque piedi, e cioè all'incirca di metri uno e mezzo; o qualche cosa di meno secondo i vari calcoli; sempre si prende in questo senso* - passus major - *quando si tratta di misurare terreni, vie, ecc...*). 2) « Stadium, ii, n. » (= *125 passi, equivalenti a 625 piedi, come dice Plinio* II, 23, 21 = *metri 187,50 all'incirca*). 3) « Cubitum, i, n. » *vel* « cubitus, i, m. » (*Si numerano tre specie di cubito, e cioè regio, volgare, geometrico; Vitruvio* III, 1, *dice che misura sei palmi di complessive 24 dita o pollici; altri dicono che è un piede e mezzo; altri due piedi; è dunque una misura di circa mezzo metro, più o meno secondo le varie specie di cubito*). 4) « Dodrans, antis, m. » (= ¾ *di un piede, Cf. Suet., Aug.* 19). « Sesquipes, edis, m. » (= *un piede e mezzo*). 6) « Pes, edis, m. » (*piede romano*) « est mensurae genus, quae quinquies producta passum efficit: constat autem quatuor palmis, quorum singuli quatuor transversos digitos longitudinis habent; ita efficitur ut habeat pes sexdecim dicitos, ut est apud Vitruv. III, 1 »

(*Da queste parole del Forcellini, attinte da Vitruvio, risulta che il piede è di 4 palmi minori, e cioè di 16 dita o pollici; il che porterebbe a circa cent. 30; altri calcolano cent. 29*). 7) « Palmus, i, m. » (*Vi erano due speci di palmi; il minore era di 4 dita o pollici, e costituiva la quarta parte del piede, che è di 16 dita, come dice Vitruvio* III, 1; *il maggiore, equivalente alla nostra spanna, comprendeva 12 dita e cioè ³/₄ di un piede. Ordinariamente s'intende quest'ultimo ed equivale a circa cent. 24, o secondo i migliori calcoli un po' meno.* 8) « Digitus, i, m. » *vel* « transversus digitus » (= *equivale alla 16ª parte del piede romano, e cioè a quasi cent.* 2). « Ab hac [regula] mihi non licet transversum, ut aiunt, digitum discedere » (*Cic., Ac.* II, 58 = *Non posso allontanarmi neppure un dito da questa regola*). 9) « Transversus unguis » (*grossezza di un'unghia, un millimetro circa*). « In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere » (*Cic., Ad Att.* XIII, 20, 4 = *È necessario che ciascuno per tutta la sua vita non si allontani neppure di un millimetro dalla retta coscienza*).

— Nova mensurae genera, quae nostris hisce temporibus in communi usu sunt, per varia veterum Romanorum mensurae vocabula, quae supra proposuimus ac declaravimus, latine reddi possunt.

Ita, exempli gratia: *a*) Transversi digiti vicesima pars (*circa un millimetro*) *vel* transversus unguis (*grossezza di un unghia, circa un millimetro*). *b*) Transversi digiti dimidium (*circa un centimetro*), *vel* dimidiatus digitus; v. gratia: scidula dimidiati digiti latitudinem non excedens (*cartellino largo circa un centimetro*) *vel* scidula transversi digiti dimidium non excedens. *c*) Quinque transversi digiti (*circa un decimetro*), *vel* quinque digiti. *d*) Duo cubiti (*un metro circa*); tres passus (*circa metri 4 ½*); decem passus (*circa merti 15*) etc... - *V. Chilometro, Ettometro, Decametro, Decimetro, Centimetro, Millimetro.*

— Chilometrum, hecatometrum (*vel* hectometrum), decametrum, metrum, decimetrum, centimetrum, millimetrum (*latino scientifico*); quae tamen voces non sunt optimae latinitatis.

— A nonnullis vox « *metro* » hoc modo latine redditur: mensura primaria (*unità di misura*). Non semper tamen res clare patet.

— *Sistema metrico decimale: V. Sistema.*

— *Metro quadrato: V. Quadrato.*

— *Metro cubo: V. Cubo.*

Mezzadria - Mezzadro: Praedium non nummo, sed partibus locare (*Plin., Ep.* IX, 37 = *dare un podere a mezzadria*).

— Colonus partiarius; *vel* partiarius, ii, m. (*Cf. Cato, R. R.* 137; *Caius, Dig.* XIX, 2, 25) = *mezzadro*. - Partiarius, a, um, est qui partem alicujus rei cum aliquo participat (*chi fa una cosa, o l'amministra in società con altri in modo da percepirne insieme gli utili*). « Calcem partiario coquendam qui dant, ita datur: perficit et coquit et ex fornace calcem eximit calcarius et ligna conficit ad fornacem. Dominus lapidem, ligna, ad fornacem quod opus siet, praebet » (*Cato, R. R.* 16 = *Quelli che dànno la calce a cuocere in società -- o a mezzadria - la dànno così: il fornaciaio fa, cuoce ed estrae la calce apprestando anche la legna alla fornace; e il padrone dà la pietra e il legname che serve alla bisogna*). « Vineam curandam partiario: bene curet fundum, arbustum, agrum frumentarium; partiario fenum et pabulum, quod bobus satis siet, qui illic sient; cetera omnia pro indiviso » (*Cato, R. R.* 137 = *La cultura della vigna in società o in mezzadria: il lavoratore curi bene il fondo, l'alberato, i campi a grano; e gli si dia fieno e pascolo quanto ne occorre ai buoi che sono ivi; il resto sia in comune*).

— Jure partiario; *vel* partiario (*Cato, R. R.* 16 et 137 = *a mezzadria*).

— Praedium partiarium (*podere a mezzadria*); *vel* praedium jure partirio datum, susceptum. - Cf. « Pecora partiaria pascenda suscipere » (*Cod. Imp. Antonin.* II, 3, 8 = *prendere al pascolo le pecore a mezzadria*).

Mezzo: I. Dimidius, a, um; dimidia pars, *vel* dimidium, ii, n. (*la metà*).

— Semis, missis, m. (*metà di una misura di 12 parti; mezzo asse, mezzo piede* ecc.). « Homo non semissis » (*Cic.* = *uomo che non vale mezzo asse*).

— Semiadapertus, *vel* semiapertus (*mezzo aperto*); semiagrestis (*mezzo selvatico*); semiambustus (*mezzo bruciato*); semivivus, semimortuus, intermortuus, seminex, semianimis, *vel* semianimus (*mezzo morto*); semibarbarus; semibos; semicaper; semicrematus; semicrudus; semicubitalis; semideus; semidoctus; semiermis, *vel* semiermus; semifactus; semifer (*mezza bestia*); semigermanus; semigraecus; semigravis (*mezzo ubriaco*); semihomo; semihora; semiuncia, *vel* semuncia; semilibra; semilacer; semimas (*ermafrodita*); semivir; semirutus (*mezzo diroccato*); seminudus;

semiorbis (*semicerchio, semicircolo*); semiplenus; semirasus; semisomnus (*mezzo addormentato*) etc...

— Medius, a, um (*che sta in mezzo*); media pars; media urbs (*il centro della città*); media res (*il centro della cosa o della questione*, v. g. in medias res); media Italia (*Italia centrale*).

II. *Ciò che serve ad uno scopo:* ratio; res; modus; ops, opis; instrumentum; praesidium; subsidium; adjumentum; ars; via ac ratio; auxilium; adminiculum (*sostegno, strumento*) - « Sacramenta frequentare condiscant opifices, quae sunt ad expiandas animi labes sanctitatemque comparandam instrumenta divina » (*Acta Leonis* 1891, *Enc.* « *Rerum Novarum* », pag. 140 = *I sacramenti mezzi divini per l'espiazione e la santificazione delle anime*).

— Non autem « medium, ii »; quae vox aliud prorsus significat; v. g.: in medio aedium (*Liv.* = *nel centro della casa*); medium ferire (*Cic.*); in medium vergere (*Cic.*); in medio palma est posita (*Ter.* = *ognuno può conseguire la palma*); omnia in medium dare discenda (*Ovid.* = *offrire all'insegnamento di tutti*); res in medio est posita (*Hor.* = *la cosa è alla portata di tutti*); rem in medium vocare (*Cic.* = *mettere in discussione*); aliquid in medio relinquere (*Cic.* = *lasciare indeciso*); de medio recedere (*Cic.* = *tirarsi in disparte*); verba e medio sumpta (*Quintil.* = *parole dell'uso comune*).

— Mediocritas (*Cic., De Off.* I, 36), *vel* modus, *vel* moderatio (*il giusto mezzo*). Medium quiddam tenere, *vel* mediocritatem tenere (*tenere la via di mezzo*).

Micado - Mikado: Japoniae Imperator.

Miccia: Funiculus incendiarius; *vel* ignifer funiculus. - Funiculum incendiarium succendere (*accendere la miccia*).

— In Vallauriano lexico legitur: funis incendiarius, m.

Microbio - Microbo: *V. Bacillo e Batterio.*

— Microbium, ii, n. (*v. gr.* - *μικρός* = *piccolo* - *βίος* = *vita*).

Microcefalo - Microcefalia: Hebes; insipiens; homo nullius consilii; stolidus; stultus. - Minuto animo esse (*Cic.* = *essere microcefalo*).

— Mentis hebetatio; insipientia; cerebri exiguitas (*microcefalia*).

— *Graece:* Microcephalus; microcephalia (*μικρός* = *piccolo* - *κεφαλή* = *testa*).

Microfono: Microphonium, ii, *vel* microphonum, i, n.; instrumentum, quod voces vel exiguas recipit, ac per aetherias undas transmittit (*μικρός* = *piccolo* - *φωνή* = *suono*).

Microscopio: Microscopium, ii, n.; instrumentum rebus vel exiguis-

simis spectandis -- Res exiguissima oculorum aciem fugiens (*corpo miscroscopio*). - Vocabulum « microscopium » oritur ex graecis vocibus *μικρός* = *piccolo* - *σκοπέω* = *osservo*.

Midriasi: Abnormis pupillae amplificatio (*dilatazione anormale della pupilla*). - *Graece*: Mydriasis, is, f. (*μυδρίασις*).

Mielite: Myelites, is, f. (*da μυελός* = *midolla; malattia del midollo spinale*).

Migliaia: Ad millenos, as, a (*a migliaia*) - Ad centenos, ad millenos una occidione plebem perimere.

Miliardo: Decies millies (milies) centena milia (*un miliardo*); viciens milliens centena milia (*due miliardi*) etc...

Militarismo: Nimium bellandi studium.

— Nimium militaris apparatus studium.

— *V. Pace armata e militarismo. - Corsa agli armamenti.*

Millimetro: Millesima mensurae primariae pars. - Digitus (*circa 18 millimetri*); palmus (*circa 24 centimetri*); quibus verbis hoc genus mensurae apte reddi potest: v. g. duos digitos altum esse (*essere alto circa 36 millimetri*); duorum palmorum latitudinem non excedere (*non oltrepassare i 48 centimetri, ossia 480 millimetri*); dimidiatum digitum esse altum (*essere alto circa 9 millimetri*); transversus unguis (*un millimetro circa*).

— *V. Metro, n. II in fine.*

Milza: *V. Splene.*

Mimesi – **Mimetismo** – **Mimetizzare**: Imitatio; v. g. imitatio alicujus vocis, coloris etc. (*mimesi della voce, del colore ecc.*).

— Imitari, assimulare; e. g. vocem, speciem, colorem alicujus, alicujus rei imitari, *vel* assimulare (*mimettizzare*).

— Loci colorem induere; loci colorem indutus (*mimetizzarsi; mimetizzato*).

— E graeco fonte: mimesis, is, f.; quam vocem Quintilianus (IX, 2) graece scribens usurpat (*μίμησις* = *imitazione*).

Mina – **Contromina**: I. Mina, ae, f. (*peso e moneta greca*) - Hemina, ae, f. (*misura di capacità*).

II. Cuniculus, i, m. (*Liv. et a.* = *scavo sotterraneo*) - Suffossio, onis, f. (*Sen., Ep.* 49, 8 = *scavo sotterraneo, mina*) - Cuniculos agere (*Cic.* = *scavar mine*) - Specus, us, m. n. (*grotta, scavo*); defodere specus (*Virg.*); altius effodere specus (*Tac.*). - Cuniculus cuniculo oppositus; *vel* contrarius cuniculus (*Vallauri: contromina*) - Tryphon, alexandrinus architectus, intra murum plures specus contra hostium specus designavit (*Cf. Vitruv.* X, 16,

vel 22) = *Trifone, architetto alessandrino, fece molte contromine*). - Hostium cuniculos oppositis cuniculis accipere, *vel* transversis cuniculis accipere (*Liv.* = *far contromine*).

— Cuniculus pyrio pulvere repletus; cuniculus incendiarius; cuniculus ignivomus; incendiaria, *vel* ignivoma suffossio = *mina sotterranea esplosiva* - Cuniculum pyrio pulvere repletum succendere (*dar fuoco alla mina*).

— Foramen ignivomum; foramen pyrio pulvere repletum (*mina per spaccar pietra od altro*) - Foramen pyrio pulvere repletum succendere (*dar fuoco alla mina*).

III. Globi incendiarii, *vel* igniferi, *vel* ignivomi (*mina, ordigno da guerra*) - Incendiarii globi natantes (*mine galleggianti*) - Incendiarii globi vagantes (*mine vaganti*) - Incendiarii globi litora attingentes (*mine alla deriva*) - In mari incendiarii globi vagantes non bellantium modo, sed nationum etiam neutri parti faventium onerarias ac loricatas naves fere cotidie submergunt (*mine vaganti affondano quasi ogni giorno navi corazzate e da trasporto dei belligeranti ed anche dei neutrali*). - *V. Campo minato.*

Minare: Cuniculos agere (*Cic. et a.*); cuniculos agere ad aerarium (*Cic.* = *fare una mina sotterranea per introdursi nell'erario*); moenia cuniculis subruere (*Liv.*); cuniculo suffodere moenia (*Curt.*) - Suffodere (*scavar sotto*) v. g. murum suffodere (*Sall.*) - Subruere (*scavar sotto e far rovinare*) v. g. subruere murum ab imo (*Liv.*). - *V. Campo minato.*

— Translata autem verbi significatione: debilitare, infirmare, conficere, frangere (v. g. animum), elidere (v. g. « virtutis nervos » *Cic.*).

Minareto: Sacra Mahumedanorum turris. - *V. Maomettano.*

Minatore: Metallicus (*Plin.* XXXIV, 16, 47); metallarius (*Juriscons.*). Metallici, *vel* metallarii sunt qui in fodinis, seu in effodiendis metallis laborant - Fossor, oris, est qui cuniculos agit. Fossores carbonarii (*minatori di carbone*) - Cunicularius est miles, qui, cuniculis suffossis, hostilia munimenta perfodit ac subvertit (*Veget., Milit.* II, 11) - Munitor, oris, apud Livium videtur significare non modo qui munit, sed etiam qui, terram effodiendo, cuniculum ad arcem hostium agit (*Liv.* V, 19) = *minatore in opere di guerra.*

Minerale: Metallum; metalla, orum (*tutto ciò che si estrae dalle miniere; ed anche le miniere stesse*). - Metallicus, a, um (*Plin.*

= *minerale, aggettivo*), seu ad metallum pertinens. - Aquae medicatae (*Plin.* = *acque minerali*); *vel* medicati fontes (*Cels.*).

Mineralogia – Mineralogico: Metallorum descriptio; metallorum scientia, doctrina, disciplina.

— Ad metallorum doctrinam pertinens; ad metalla pertinens, *vel* attinens.

— *V. Metallurgia, Metallurgico.*

Miniare – Miniatura: Minio pingere, fucare (*miniare*); minio picta res, *vel* imago (*miniatura*); pictor miniarius (*miniatore*) - Voces « minium » et « miniarius, a, um » habentur apud Vitruvium, Plinium et alios.

— Colorum luminibus exornare (v. gr. membranam) = *miniare una pergamena.*

Ministero: I. Munus; officium; ministerium.

— Sacerdotale munus; sacrum ministerium; apostolicum ministerium (*Ministero sacerdotale* ecc.).

II. Supremum Consilium exteris Regni (rei publicae) negotiis praepositum (*Ministero degli esteri*).

— Supremum Consilium publico aerario administrando praepositum (*Ministero del Tesoro*).

— Supremum Consilium rebus vectigalibus praepositum (*Ministero delle finanze*) - Supremum Consilium publicae institutioni praepositum (*Ministero dell'istruzione o dell'educazione nazionale*) - Supremum Consilium publicis operibus praepositum (*Ministero dei lavori pubblici*); etc... ut infra ad vocem *Ministro* notatur.

Ministro: Minister; administer; apparitor (*ministro subalterno, ordinanza, commesso*).

— Legatus cum liberis mandatis (*Morcelli: ministro plenipotenziario*) - Legatus cum publica auctoritate (*Cic., Verr.* I, 3); legatus cum auctoritate (*Cic., Att.* I, 19) = *Legato plenipotenziario.*

— A negotiis publicis (*Morcelli: ministro di Stato*).

— Moderator munerum publicorum (*Idem: ministro dell'interno*); *vel:* A publicis officiis muneribusque administer; *vel:* Ab internis negotiis administer; e. g.: Ab internis Italiae, Galliae, Hispaniae... negotiis administer.

— A relationibus rerum exterarum (*Idem: ministro degli esteri*) - *Vel fortasse aptius:* A rationibus rerum exterarum; *vel* Ab exteris negotiis; *vel* Ab exteris negotiis administer.

— Rei maritimae praepositus (*Idem: ministro della marina*); *vel:* A rebus maritimis administer.
— Praepositus rei bellicae (*Idem: ministro della guerra*); *vel:* A re bellica administer.
— Magister publicanorum (*Idem: ministro delle finanze*); *vel fortasse aptius:* A rebus vectigalibus administer; *vel:* Publicis sumptibus moderandis administer.
— Administer Principi exorando et causis rerum judicatarum dirimendis (*Vallauri: ministro di grazia e giustizia; guardasigilli*); *vel:* A publicis dirimendis causis tribuendisque favoribus administer.
— Ab aëria classi (*vel* classe) administer (*ministro dell'aria o dell'aeronautica*).
— A publica institutione administer (*ministro della pubblica istruzione, o dell'educazione nazionale*).
— Summus moderator operum publicorum (*Vallauri: ministro dei lavori pubblici*); *vel:* A publicis operibus administer.
— A publico aerario administer (*ministro del tesoro*).
— Coloniis regendis moderandisque administer (*ministro delle colonie*).
— Transmarinis terris regendis moderandisque administer (*ministro delle terre d'oltre mare*).
— Rebus terra marique caeloque vehendis administer (*ministro delle comunicazioni*).
— A re tabellaria publicoque cursu administer (*ministro delle poste*).
— Agrorum cultui provehendo administer; *vel:* Agriculturae provehendae administer (*ministro dell'agricoltura*).
— Mercaturis moderandis provehendisque administer (*ministro del commercio*); *vel:* Commercio moderando provehendoque administer.

Minoranza: Minor pars; minor numerus, v. g. minor suffragiorum numerus (*minoranza di voti*).
— *Minoranze etniche.* Hoc per opportunum verborum circuitum reddi potest; v. g.: Si quae gentes pauciores numero sunt in alius stirpis natione, vel civitate, non idcirco posthabendae, vel suis juribus privandae expoliandaeque sunt (*Se vi sono delle minoranze etniche in una Nazione o Stato di altra stirpe, non debbono essere per questa ragione trascurate o spogliate dei loro diritti*).

Minuta: Adversaria, orum, n. pl. (*mala copia; libro di note; registro*

per le male copie); emendabilis scriptio; emendabilis pagina; paginae emendandae ac transcribendae; exemplaria emendanda ac transcribenda - Escarum ordo (*minuta delle pietanze*).

Minutante: Scriba; scriba publicis Ecclesiae negotiis procurandis, *vel* expediendis (*minutante della Segreteria di Stato*); officialis publicis expediendis Ecclesiae negotiis.

— *Minutante di Congregazione: V. Congregazione e regolarsi analogamente a quanto sopra.*

Miocardite: Musculorum cordis inflammatio.

Miocele: Musculi tumor, oris, m.; musculi tuber, eris, n. (*tumore muscolare*).

Miografia – Miologia: Musculorum descriptio; musculorum ratio ac doctrina.

Miope: Myops, opis (*Ulp., Dig.*); vox est ex graeco fonte ducta (*da μύω = chiudo, solendo chi è miope socchiudere le palpebre per meglio vedere*).

— In nonnullis lexicis ponitur: lusciosus, a, um (*Varr.-Plin.*), *vel* luscitiosus, a, um (*Plaut.-Varr.*) = *di vista debole, difettosa.* Quid revera sit his vocibus intellegendum plane non constat (*V. Forcellini*). - Gellius tamen (IV, 2) asseverat « myopem » et « luscitiosum » idem significare.

Miopia: Myopia, ae, f. (*v. gr.*).

— In nonnullis lexicis ponitur: luscitio, onis, f. (*Ulp., Dig.*). Vide tamen quae supra scripsimus de adjectivo « luscitiosus, a, um ».

Miracolo d'arte: Res artificio miranda; aeris, *vel* tabularum miracula (*miracoli d'arte in bronzo o in pittura*). - « Venerabilis vir litterarum miraculo » (*Liv.* I, 7 = *uomo in venerazione per le meraviglie del suo saper scrivere*).

— Septem miracula (*Val. Max.-Plin. et a.*) = *le sette meraviglie del mondo.*

Miraggio: Oculorum mendacia (*Cic.* = *inganno degli occhi, per cui si crede di vedere una cosa*). - Gratissima oculorum mendacia (*fata Morgana, fenomeno ottico per cui si vedono paesaggi lontani apparire all'orizzonte*).

— Imago; somnium; fallacia; simulatio; species; error (*immagine, illusione, sogno*). - Gratissimus error, quo delector (*dolce miraggio, dolce illusione*). - Gloriae imago, species (*miraggio di gloria*). - Inania sibi fingere (*crearsi dei vani miraggi, delle vane illusioni*).

Miriagrammo – Miriametro: *V. Grammo, Chilogrammo, Metro,*

Chilometro; v. g. decem scripulorum milia (*miriagramma*), *vel* decem grammatum milia.

Misantropia – Misantropo: Hominum, *vel* generis humani odium; coetus hominum odium, *vel* fuga; morositas (*stranezza, bisbeticheria*). - *Graece:* Misanthropia, ae, f. (*μισεῖν = odiare - ἄνθρωπος = uomo*).

— Coetus hominum osor; congressum hominum fugiens; hominum societatem fugiens. - *Graece:* Misanthropus, i. - Congressum hominum fugere atque odisse (*far vita da misantropo*); coetum hominum fugere atque odisse.

Misogino: Mulierum osor (*Plaut.*). - *Graece:* Misogynus (*μισεῖν = odiare — γυνή = donna*).

Misoneismo: Rerum novarum odium; novitatis odium; rerum novarum taedium, fastidium, repudiatio, repugnantia. - *Graece:* Misoneismus, i, m. (*μισεῖν = odiare — νεός = nuovo*).

Misoneista: Rerum novarum osor, oris, m.; novitatum osor (*Contra:* « novitatis cupidus » *apud Quintilianum*). - Laudator temporis acti; progredientis aetatis osor; progrendientis culturae (*vel* humanitatis, *vel* saeculi) osor. - *V. Retrogrado.*

Missionario – Missioni: I. Evangelii praecones; divini verbi satores; sacri missionales (*Acta Leonis*); missionales (*Ibidem*) = *missionari.*

— *V. Unione Missionaria del Clero.*

II. Sacrae expeditiones; expeditiones ad populi pietatem excolendam; sacrae missiones; sacra expeditio ad animorum culturam in septimum quemque annum condicta (*Morcelli = sacre missioni fissate per ogni settennio*). - Sacris excursionibus civitates, oppida, rura lustrare (*A. Angelini S. I., Inscriptiones,* III, 193 = *fare le missioni per città, castelli e campagne*).

Mistico – Mistica: Mysticus, a, um (*Virg.-Tibull.-Martial.*). - Mystica disciplina, *vel* doctrina (*misticismo*); *vel:* Doctrina de re mystica; disciplina de re mystica - Mysticis disciplinis initiatus, deditus, addictus (*persona dedita al misticismo*) - Res mystica (*argomento mistico*). - Ex graeca voce *μυστικός = arcano, misterioso.*

— *V. Ascetico, Ascetismo.*

Misto: (*cose miste, o materia mista secondo il Dir. Can.*) « Ecclesia... in iis, quorum judicium, diversam licet ob causam, ad sacram civilemque pertinet potestatem, vult exsistere inter utramque concordiam cujus beneficio funestae utrique contentiones devitan-

tur » (*Acta Leonis* 1881, p. 286) - Ut hoc loco videre est, res potest per opportunum verborum ambitum latine reddi.

Mito – Mitico: Fabula; fictae fabulae (*Cic.*); fabulosus (*Hor.-Sen. et a.*); fabularis (*Suet.*). - *Graece:* Mythicus, a, um (*Plin.*, VII, 53, 54 - μυθικός).

— Fabulosa antiquitas (*età mitica*); poëticae fabulae (*Liv.* = *miti-poetici*); fabula tantum sine auctore edita (*Liv.* = *mito senza fondamento*); heroica tempora (*Cic.*), *vel* heroicae aetates (*Cic.*) = *età mitica.*

Mitologia – Mitologico: Historia fabularis (*Suet.*, *Tib.* 70 = *mitologia, storia leggendaria*); fictae fabulae (*Cic.*); fictae veterum fabulae (*antica mitologia*). - *Graece:* Mythologia, ae, f. (*Fab. Fulg.*).

— Fabulosus (*Hor.-Sen. et a.*); fabularis (*Suet.*). - *Graece:* Mythicus, a, um (*Plin.*); mythologicus, a, um (*Fab. Fulg.*) - Ex graecis vocabulis μῦθος = *favola* - λόγος = *discorso.*

Mitra – Mitrato: Infula, ae, f. (*Morcelli:* = *la mitra*) - Infulatus, a, um; *vel* infulis exornatus (*Id.* = *mitrato*) - Curio Agatheanus infulis exornatus (*Id.* = *Parroco mitrato di S. Agata*).

Mitraglia: Missilia; ignifera missilia; bellica missilia; ingnivoma missilia; missilia incendiaria.

— *Graece:* Mydros, i, m.; *vel* mydrus, i, m. (μύδρος = *ferro rovente*).

Mitragliare: Igniferis missilibus verberare, percutere, concutere, confringere, diffringere, diruere; ignivomis missilibus (*vel* globis, *vel* glandibus, *vel* telis) verberare; ignifera (*vel* incendiaria, *vel* ignivoma) missilia conicere, *vel* conjicere, jactare, jacere.

— *V. Bombardare.*

Mitragliatore – Mitragliere: Ballistarius (*Morcelli*); miles ballistarius. - *Vel fortasse aptius:* Manuballistarius; pyroballistarius; pyrobolarius; mydrobolarius. Quae tamen voces, e graeco fonte derivatae, serioris sunt latinitatis (*Cf. Forcellini*).

— Ignifera missilia jactans; ignivoma missilia jactans; incendiaria missilia coniciens.

— *V. Bombardiere.*

Mitragliatrice: Manuballista ignivoma; ballista ignivoma; pyroballista, ae, f. - *V. Artiglieria.*

— *Graece:* Mydrobolum, i, n.; *vel* mydrobolon, i, n. (*voce greca* = *che getta ferro rovente; μύδρος* = *ferro rovente, e βάλλω* = *getto*).

Mobile: *V. Immobile.*

Mobilitare – Mobilitazione: Dilectus, us, *vel* delectus, us; militum dilectus (*mobilitazione*); militum dilectum facere, *vel* habere; exercitum scribere, conscribere; milites imperare (*fare la mobilitazione*); cives ad arma convocare.

— Omnes cives ad arma convocare (*fare la mobilitazione generale*).

— Omnium civium ad arma convocatio (*mobilitazione generale*).

— Juvenes ad arma convocare (*vel* milites conscribere) anno natos MDCCCCXXIV... (*mobilitare la classe del 1924...*); civium ordinem ad arma convocare (*mobilitare una classe di cittadini*).

Moda: Mos; consuetudo (*costume*); vestis habitus (*Liv.* = *foggia di vestire*), *vel* habitus atque vestitus, habitus cultusque, cultus habitusque (*Cic.*); habitus pastorum (*Liv.*); virginalis habitus atque vestitus (*Cic.*); ornatus muliebris, militaris... (*Cic.* = *foggia di vestire dei pastori, delle vergini, delle donne, dei soldati...*).

— In more est (*inf.*); mos est (*inf.*); moris est ut... (*è di moda, è costume...*). Sic nunc sunt mores (*Così è la moda*).

— Obsolescere, exsolescere (*esser fuor di moda, andare in disuso*).

— Novum inducere vestis habitum; habitum vestitumque novum inducere (*introdurre una nuova foggia o moda di vestire*).

— Vestis habitus, quem nova induxit aetas (*la moda moderna*).

— Vestis habitus procax, inverecundus (*moda sfacciata*).

— « Non satis muliebris insania viros superjecerat (*L'insania muliebre non aveva abbastanza superato quella degli uomini* = *non credeva di aver superato abbastanza quella degli uomini*), nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis pependisset. Video sericas vestes - si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit - quibus sumptis parum liquido nudam se non esse jurabit; hae ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronae nostrae ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant » (*Sen., De Benef.* VII, 9).

— « Bene ergo Ennius: Flagitii principium est nudare inter cives corpora » (*Cic., Tusc.* IV, 33).

— « Aequum est induere nuptam ventum textilem, palam prostare nudam in nebula linea? » (*Publ. Syr., apud Ribbek:* « Com. Lat. Reliquiae », pag. 258 = *È forse conveniente che una sposa si vesta di vento intessuto, cioè di stoffa aerea, trasparente, e che si mostri ignuda attraverso una stoffa che sembra un velo di nebbia?*).

Modernamente: Ut nostra poscit aetas; ut nova tempora postulant;

quae nostra sunt tempora; ex nostrorum temporum more, ratione, consuetudine. - Novum induere vestis habitum; habitum vestitumque novum induere (*vestirsi alla moderna*). Cf. vestis habitus (*Liv.*) = *foggia di vestire.*

Modernità: Novae aetatis ratio, mos, consuetudo; nostra aetas; tempora haec nostra; rerum novarum ratio, mos, consuetudo. - Rerum novarum studium (*desiderio di modernità*); effrenatum rerum novarum studium (*smania di modernità*); rebus novis obtemperare, *vel* studere (*uniformarsi alla modernità o tendere ad essa*).

Moderno: Novus; hodiernus; recens; recentior. - Huius aetatis homines; nostrorum temporum homines (*gli uomini moderni*); recentiores philosophi, poëtae (*i filosofi, poeti moderni*); nostrorum temporum eloquentia (*eloquenza moderna*); nostri temporis Virgilius (*un moderno Virgilio*); Graeci recentiores (*i Greci moderni*); recentiorum rerum historia (*storia moderna*); recentiorum libri (*i libri moderni*).

Mogano: Anacordium, ii, n. (*albero e legno del mogano*). - Anacordicus, a, um (*di mogano*).

Molecola: Corpusculum; particula (*Plin.*) - *V. Atomo.*

Molo: Portus aggeres; portus moles oppositae fluctibus; objectae fluctibus moles.

— In lexico Forcelliniano (*v. pila*) itemque in Vallauriano (*v. molo*) hac significatione ponitur: pila, ae, f.; idque ex loco Vitruvii (V, 12) atque ex loco Virgilii (*Aen.* IX, 711). Haud satis recte tamen. Hisce enim in locis vox « pila » vel « saxea pila » indicat potius *un pilastro di pietra e calce costruito sulla sabbia e poi scagliato in mare per iniziare o prolungare il molo.*

Momento: (*In un momento*) Momento (*Liv.-Sen.*); momento temporis (*Liv. et a.*); ad punctum temporis (*Cic.*) - « Totum hoc leve est, qualecumque est; fit enim ad punctum temporis » (*Cic., Tusc.* I, 34. Agitur de morte).

— Extemplo (*all'istante, incontanente*); ilico, *vel* illico (*lì per lì, su due piedi, subito*).

— (*Da un momento all'altro*) « Cum dies et noctes cogitandum sit jam jamque esse moriendum... » (*Cic., Tusc.* I, 7: = *Poichè si deve riflettere notte e giorno che da un momento all'altro si deve morire*).

Monaca: Virgo Deo devota; virgo devota; sacra virgo; sanctimonialis (*Cod. Justin.*). - *Graece:* Monacha.

— Virgo devota ex Ordine franciscalium (*Morcelli: monaca francescana*); devotae virgines Clarae Matris Legiferae, *vel* virgines Clarales (*Idem: Clarisse*); devotae virgines ex Ordine Franciscalium Capulatorum (*Idem: monache Cappuccine*); virgo Benedictina (*Idem: Benedettina*); virgo Dominiciana (*Idem: Domenicana*); soror Franciscalis velata (*Idem: Francescana professa*); ancilla sanctimonialis (*Idem: monaca conversa*); Mater Maxima (*vel* Legifera Mater) virginum (*vel* sororum) Augustinianarum (*Idem: Superiora delle monache Agostiniane*).

Monacare: Sacrarum virginum coetui (ordini, sodalitati) addicere. - Se sacrarum virginum coetui, ordini, sodalitati addicere (*monaçarsi*). - Deo mancipare, mancupare, mancipari, se mancupare... (*consacrare, consacrarsi a Dio*).

— Virginem inducto velo consecrare; obnuptam Deo virginem velo dedicare (*velare una suora*). - Sacro virginum velo inaugurari, consecrari (*prendere il sacro velo, e cioè fare il sacro rito di vestizione in una Congregazione religiosa*).

Monaco: I. Monachus; inter monachos adlectus (*Morcelli*). - Vox est ex graeco fonte derivata (*μοναχός = solitario*), quae a christianis scriptoribus usurpatur.

— Monachus Benedictinus; monachus Benedictinus Cassinensis; monachus Camaldulensis; monachus Cartusianus (*Morcelli*) - *V. Cenobita - Cassino-Cassinese.*

II. Portus Herculis Monoeci (*Monaco Principato*). - Monachium, ii, n. (*capoluogo della Baviera*).

Monarchia: Regnum; regalis res publica (*Cic., Rep.* III, 35); regale imperium (*Cic., Rep.* I, 38); regale civitatis genus (*Cic., De Leg.* III, 7, 15); imperium singulare (*Cic., Rep.* I, 38 = *monarchia assoluta*).

— Regnum reprimere (*Cic., Sull.* 7, 21 = *abbattere la monarchia*); *vel* regno regem spoliare (*Cic., Rep.* I, 43) - Regnum ferri nullo pacto potest (*Cic., Att.* II, 12 = *la monarchia non si può a nessun patto sopportare*) - Exsistit ex rege dominus, ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio (Cf. *Cic., Rep.* I, 45 = *Dalla monarchia nasce la tirannide, dall'aristocrazia le fazioni, dalla democrazia la turbolenza e il disordine*).

Monastero: *V. Cenobio e Convento.*

— Monasterium (*Morcelli*); quae tamen vox est serioris latinitatis (*S. August., Ep.* 86 *ad Casulan.*).

— Julianum Monasterium (*Morcelli: monastero di S. Giulia*); mo-

nasterium virginum Claralium Mariae Sanctae nivalis (*Idem: Monastero delle Clarisse a S. Maria Maggiore*).

Mondanità: Res voluptariae; vita voluptaria, *vel* voluptatibus dedita; voluptatum blandimenta, *vel* dehonestamenta (*attrattive e piaceri della vita mondana*).

— Pravus hujus saeculi afflatus (*spirito di mondanità dei nostri tempi*).

— Voluptatibus indulgere praesentisque vitae suavitatibus; voluptatum illecebris, blandimentis, dehonestamentis se dedere (*darsi alla mondanità*).

— In voluptatum dehonestamenta se ingurgitare totum (*ingolfarsi nelle mondanità*).

Mondano: Voluptarius; homo voluptarius (*Cic.*), *vel* voluptatibus deditus. - Voluptatibus indulgere, servire, deditum esse (*vivere alla mondana*). - *V. Ingolfarsi nei vizii.*

— Non autem « mundanus »; qua voce significatur mundi incola (*Cic., Tusc.* V, 37 = *cosmopolita*).

Mondariso: Oryzae purgator.

Mondiale: Ex universo terrarum orbe; universi terrarum orbis. - *V. Internazionale.*

Monitorio: Monitorius, a, um (*Sen.*); hortativus, a, um (*Quint.* = *esortativo*).

Monocolo: Unius oculi. - *Graece:* Monoculus, i, m. (*Firm.*). - Monocolus (*μόνος = solo - κῶλον = membro*) eum significat, qui unum membrum habet (*Plin.* VII, 2, 2 = *che ha una gamba sola*).

Monocordo: Musicum unius chordae instrumentum. - *Graece:* Monochordon, i, n. (*Boët.*).

Monocromo: Unius coloris. - *Graece:* Monochromatos, on (*Plin.*). - Monochromata, orum, n. pl. (*Plin.* = *pitture monocrome*). Monochromateus, a, um (*Plin.* XXXV, 5, 11). - Ex graecis vocibus *μόνος = solo - χρῶμα = colore.*

Monocrono: Unius temporis. - *Graece:* Monochronos, on. (*Martian. Capella - μόνος = solo - χρόνος = tempo*).

Monodia: *V. Solista.*

Monofisita: Monophysita, ae, m. (*μόνος = solo - φύσις = natura*) = *Eretici del V secolo.*

Monogamia - Monogamo: Unius uxoris matrimonium; unius uxoris vir. - *Graece:* Monogamia, ae, f.; monogamus, i, m. (*S. Hieron. et a. - μονογαμία*).

Monogramma: Compendiariae litterae; v. g. compendiariae Jesu Chri-

sti nominis litterae (*monogramma di Cristo*). - *Graece:* Monogramma, atis, n. (*Paulin. Nol.* - *μονόγραμμα*).

Monolito: Uno saxo constans; ex uno lapide constans (*Plin.* XXXVI, 5, 4, n. 13). - *Graece:* Monolithus, a, um (*Laber. apud Non.*), v. g. columnae monolithae (*Id.*). - Ex graecis vocibus *μόνος* = *solo* - *λίθος* = *pietra.*

Monologo: *V. Soliloquio.*

Monoplano: *V. Areoplano.*

Monopolio – Monopolizzare: Monopolium, ii, n.; quae vox, ex graeco fonte ducta, usurpatur a Suetonio, Plinio et al. - Alicujus rei monopolio uti, frui (*avere il monopolio di una cosa, monopolizzare*). - Alicujus rei monopolium concedere (*concedere il monopolio di una cosa*). - Arbitrium, privilegium (*in senso lato*). - « Monopolium » ex graecis vocibus constat *μόνος* = *solo* - *πωλέω* = *vendo.*

Monosillabo: Unius syllabae; unius syllabae vox, vocabulum. - *Graece:* Monosyllabum, i, n. (*Quint.*); monosyllabus, a, um (*Mart. Capel.* = *monosillabico*).

Monoteismo – Monoteista: Unius Dei cultus; unius Dei religio - *Graece:* Monotheismus, i, m. (*μόνος* = *solo* - *θεός* = *Dio*).

— Unius Dei cultor. - *Graece:* Monotheista, ae, m. - Unum Deum esse profiteri (*essere monoteista*).

Monotelita: Monothelita, ae, m. (*eretico negante in Cristo due volontà* - *μόνος* = *solo* - *θέλω* = *voglio*).

Monotipo – Monotipia – Monotipista: Monotypicum prelum, *vel* praelum (*macchina tipografica monotipica*). - Monotypis imprimere, excudere, edere (*stampare con macchina monotipica*). - Monotypica litterarum impressio (*stampa monotipica*).

— Monotypici praeli (preli) opifex (*monotipista*). - Ex graecis vocibus *μόνος* = *solo* - *τύπος* = *carattere; cioè stampa a caratteri isolati o staccati.*

— *V. Stampare.*

Monotonia: Omnigena similitudo; omnigena rerum similitudo. - Adjectivum « omnigenus, a, um » legitur apud Lucretium et Varronem.

— Similitudo omni varietate carens; rerum similitudo nulla varietate praedita. - Oratio nulla varietate praedita (*discorso monotono*); cantus omni varietate carens (*canto monotono*). - Rerum similitudo satietatem parit; fastidio similitudinis satiari (*la monotonia sazia, stanca, è fastidiosa*).

— *Graece:* Monotonia, ae, f. (*Fortunat. rhet. III saec. p. Ch. n.*).

Monotono: Omni varietate carens; nulla varietate praeditus; fastidiosus. - Eadem semper vita (*vita monotona*).

Monrovia: Monrovia, ae, f. (*Capitale della Liberia. - Lat. di Curia*).

Montecassino: *V. Cassino.*

— Archicoenobium Casinense (*Acta Ap. Sed.* 1913, p. 113 = *Abbazia di Montecassino*).

Monte di Pietà: Mensa mutuariorum in subsidium egentium; mensa pauperum; publica pietatis mensa; mensa publica in solatium miserorum; mensa pigneratitia - Haec omnia habentur apud Morcellium. Adjectivum « pigneraticius, a, um » usurpatur ab Ulpiano et ab aliis (*Dig.*).

— Mutuaria, *vel* mutuaticia, *vel* mutuatica pauperum mensa; mutuaria (mutuaticia, mutuatica) mensa in subsidium miserorum, *vel* egentium; mutuaria mensa a pietate. - Adjectivum « mutuarius, a, um » legitur apud Apulejum; « mutuaticius, a, um » legitur apud Gellium XX, 1; ubi tamen ab aliis legitur « mutuaticus, a, um ».

Montura: *V. Uniforme.*

Morale: Moralis, e. Hoc tamen adjectivum a Cicerone (*Fat.* 1), Seneca (*Ep.* 89) et Quintiliano (VI, 2) usurpatur tantummodo cum de philosophicis disciplinis agitur: « Philosophiae pars moralis »,

— Ad mores pertinens: v. g. disciplina, dissertatio ad mores pertinens, *vel* disciplina, dissertatio de moribus.

— Bene, recte, melius, optime moratus; *vel* bonis moribus praeditus, praestans...; *vel* probus, honestus, rectus (*morigerato*). Non autem « morigerus, a, um », quae vox apud Plautum et Lucretium significat *compiacente, condiscendente,* seu qui morem gerit alicui, qui morigeratur alicui.

— Morum disciplina; doctrina de moribus; philosophiae pars moralis; rectae honestaeque vitae ratio ac disciplina; bene ac recte vivendi ratio; ars bene recteque vivendi; de moribus praecepta (*la morale*).

— *Graece:* Ethice, es, f. (*Quintil.* XII, 2; a graeca voce ἦθος = *costume*).

— Haec fabula admonet... (*la morale della favola insegna ..*).

— Conscientia officii (*sentimento morale*); officii sanctitas, officii religio (*obbligo morale*) - *Certezza morale: V. Certezza.*

— Recte vivendi magister, *vel* praeceptor (*insegnante di morale, moralista*); vel officiorum virtutisque magister; *vel* moralis di-

sciplinae magister, doctor, praeceptor; *vel* disciplinae morum tradendae doctor.

Moralità: Morum condicio; publici mores (*moralità pubblica*); privati mores (*moralità privata*).

— Agendi ratio ac norma (*regola o norma di moralità*); recte agendi ratio ac norma; bene vivendi ratio; probitas; honestas; honestum; morum probitas; morum honestas; morum sanctitas (*retta moralità*).

— Moralitas, atis vox est cadentis latinitatis (*Macrob.*).

— *Moralità bassa, scadente.... V. Immoralità.*

Morbillo: Boa, ae, f. (*Plin.* XXIV, 8, 35 *et* XXVI, 11, 73, n. 2). His locis Plinius loquitur de illius generis morbis, in quibus corpora papulis rubent febrique jactantur, ut sunt *morbillo, scarlattina, rosolia* et cetera eiusmodi. Atque in l. XXVIII, 18, 75, scribit hunc morbum boam hoc nomine vocari quod fimo bubulo sanari possit. — Morbilli, orum, m. pl. (*Vallauri: t. med.*).

Morfologia - Morfologico: Formarum modorumque descriptio; formarum modorumque grammatica, ae, f., *vel* grammatice, es, f. - *Graece:* Morphologia, ae, f. (*μορφή = forma - λόγος = discorso*).

— Latinitatis formarum modorumque descriptio; latina formarum modorumque grammatica; latinitatis morphologia (*morfologia latina*). - Graeca formarum modorumque grammatica; graeci sermonis morphologia (*morfologia greca*).

— Ad formarum modorumque grammaticam pertinens; ad morphologiam attinens; morphologicus, a, um (*morfologico*).

Morgue: (*v. francese = cella mortuaria*) Cella funebris; cella lugubris; cella corporibus defunctorum excipiendis.

Morganatico: Matrimonium impar (Liv.); nuptiae impares (*Idem*).

— Voces « Matrimonium morganaticum », *vel* « matrimonium ad morganaticum » infimae sunt latinitatis.

Morra: (*gioco della*) *V. Giocare.*

Mortadella - Salciccia - Cotechino - Salame: Murtatum; *vel* myrtatum, i, n.; *vel* murtatum farcimen, inis, n. (*Cf. Varr., L. L.* IV, 22 et *Plin.* XV, 29, 35) = *qualche cosa come la nostra mortadella, detta forse così perchè anticamente le carni insaccate si condivano con le coccole di mirto, anzichè col pepe.*

— Tomaculum, i, n. (*Martial.-Juvenal.*). Quod vocabulum in Forcelliniano Lexico apte describitur ac vulgatis vocibus redditur *salcicciotto, mortadella.* - Tomacina, ae, f. (*Varr., R. R.* II, 4); quae vox fere idem significat (*salcicciotto, salame*).

— Lucanica, ae, f. (*Cic et al.* = *salciccia, cotechino*).
— Botulus, i, m. (*Petron.-Martial. et al.* = *salciccia*). - Botellus, i, m. (*Martial.* = *piccola salciccia*). - Botularius, ii, m. (*Senec., Ep.* 56, 2 = *salcicciaio*). - Carne minutissime concisa intestinum farcire (*far salciccie*).

Mortaio: I. Mortarium, i, n. (*Plaut.-Cat.-Vitruv.-Plin.*) = *vaso nel quale si pestano le cose per usi diversi* - Pila lignea (*Plin.*) = *mortaio di legno; vel* ligneum mortarium.
— *Pestar l'acqua nel mortaio, far cosa inutile:* Oleum et operam perdere (*Hor.*); ludere operam (*Ter.*); aquam pistillo tundere, *vel* aquam in mortario tundere (*Lucan.*); laterem lavare (*Ter., Phorm.*, I, 4, 9); frustra tempus conterere (*Cic.*); operam frustra conterere (*Ter.*).
II. Mortarium bellicum; mortarium ignivomum; mortifera ballista; mortiferum tormentum bellicum (*mortaio da guerra*).
— *V. Artiglieria.*

Mortale: Mortalis (*soggetto a morte - che dà la morte*), v. gr. mortale vulnus (*Virg.*); vita mortalis; mortales, ium (*gli uomini*). - Lethifer, lethalis, mortiferus (*che dà la morte*); v. g. lethiferum, lethale, mortiferum, mortale peccatum (*peccato mortale*).

Morti: *V. Giorno dei morti.*

Mortificarsi - Mortificazione: I. Cupiditatum refrenatio, *vel* libidinum refrenatio (*mortificazione delle passioni*); voluntaria corporis castigatio, *vel* afflictatio; voluntaria corporis maceratio; voluntaria sensuum refrenatio; voluntaria sui ipsius suarumque cupiditatum refrenatio; recta sui ipsius suarumque cupiditatum refrenatio; vitae asperitas; continentia (*mortificazione come virtù*).
II. Cupiditates acriter coercere, cohibere, refrenare, contundere, compescere, frangere; corpus dure inclementerque habere; jucundis rebus, neque iis noxiis, virtutis gratia, abstinere, *vel* se abstinere (*mortificarsi*).
— *V. Penitenza.*

Mortuaria: (*camera*): Cella lugubris, *vel* funebris; cella lugubris corporibus defunctorum in funeris horam adservandis (*Morcelli*).

Mosaico: Opus tessellatum, vermiculatum, segmentatum, sectile; opus musivum. Haec tamen postrema locutio habetur apud Aelium Spartianum, qui scripsit saeculo vergente III p. Ch. n. (*Pescen.* 6), et in antiq. inscript.
— « Musivum... dixere... omne opus, quod sive marmoreis, sive vitreis lapillis summa arte consertis picturam imitatur, vel ad

pavimenta, vel ad parietes, vel ad cameras exornandas: ejus species multiplex; *tessellatum,* quod tessellis, lapillis scilicet quadratis, vel quadrangulis constat; *vermiculatum,* cum iidem ea sunt figura, ut vermiculos imitentur; *sectile...* cum e crustis modo trigonis, modo quadratis, modo hexagonis inter se junctis pro figurarum varietate componitur... » (*Forcellini*).

— Musivarius, ii (*Cod. Justin.-Cassiod.*) = *mosaicista, artefice di mosaici.*

Mosca: Mosqua, ae, f. (*Cap. della Russia*); *vel* Mosca, ae, f. (*Vallauri*).

Moscato – Moscatello – Moscadello: Uva Apiana; vinum Apianum (*Vallauri*). - « Apiana uva » (*Plin.* XIV, 2, 4, n. 3) est ea, quae ab Italis *moscatella* (*Forcellini*). - Apianum vinum (*Cf. Colum.* XII, 45 et alibi).

Moschetto – Moschettiere: Ignea ballista (*Bazzarini-Bellini, Protolessico Ital.-Lat.*). - Rectius tamen dicitur: manuballista ignivoma, *vel* ignifera; pyroballista. - *V. Fucile e Artiglieria.*

— Miles ignea ballista armatus, *vel* instructus (*Idem: moschettiere*); miles manuballista armatus, *vel* instructus; miles pyroballista armatus, instructus; miles ignivoma manuballista armatus, instructus.

— Vox « manuballista » rem eiusmodi aptius significat, quam ballista. Manuballista enim est ballista minor, quae manu tractatur (Cf. *Veget., Milit.* II, 15; et IV, 22). Per ballistam igitur (ignivomam, incendiariam) significari potest = *cannone, mortaio;* per manuballistam (igniferam, ignivomam) = *fucile; moschetto;* per manuballistulam vero (ignivomam, igniferam), *vel* per pyroballistulam = *pistola* - Ita pariter: ballistarius (*artigliere*); manuballistarius (*fuciliere, moschettiere*).

Mostra: *V. Esposizione.*

Motivo musicale: Modus musicus (*Quintil.,* I, 10); « Tentavit... chordas, et sensit varios, quamvis diversa sonarent, concordare modos » (*Ov., Met.* X, 145).

Motociclo – Motocicletta: *V. Bicicletta.*

Motore: Machinatio; machinamentum.

— Aeria navis duobus, tribus, quattuor, pluribus machinamentis *vel* machinationibus instructa (*aeroplano bimotore, trimotore, quadrimotore, plurimotore*).

— Non autem, ut a nonnullis ponitur: motor, oris; qua voce is significatur, qui movet (*Martial.*). Neque propulsor, oris; qua voce, cadentis latinitatis, is significatur qui propellit. Neque mo-

torium, ii; quod quidem vocabulum id significat, quod vim movendi habet, sed est serae latinitatis (*Tertull.*, *Anim.* 14).

— Cum vero de aliqua persona agitur: auctor, oris; machinator, oris; v. g. omnium rerum machinator (*Cic.*), horum omnium scelerum machinator (*Cic.*).

Motorizzare – **Motorizzato**: Automatariis machinis, *vel* machinamentis, *vel* machinationibus instruere, *vel* munire (*motorizzare*). - Automatariis machinis, *vel* machinationibus, *vel* machinamentis munitus, praeditus, instructus (*motorizzato*) - Adjectivum « automatarius, a, um » habetur apud Paul., Dig. 30, l. 41, et in antiquissimis inscriptionibus. Nomen « automaton, i, n. » apud Suetonium, Claud. 34 (*macchina che si muove da sè*).

— *Esercito motorizzato:* Exercitus automatariis machinamentis instructus, *vel* praeditus, *vel* munitus - Exercitus automatariis machinis (machinamentis, machinationibus) actus - Exercitus machinatus. - Adjectivum « machinatus, a, um », ex verbo « machinor, aris ... » usurpatur passive a Sallustio et a Vitruvio. « Aspiciamus solis, lunae, quinque stellarum naturam, quae ni machinata versarentur, non habuissemus in terra lucem » (*Vitruv.* X, 1).

Motoscafo: Automataria scapha; navigium automatarium; automataria linter - Scapha, ae, habetur apud Cic. (*Invent.* II, 51); automatarius, a, um invenitur apud Paul. (*Dig.* 30, l. 41), Ulp. et inscript. antiq.; unde automataria scapha.

— A nonnullis ponitur: motoria scapha. Adjectivum « motorius, a, um » invenitur apud Tertull. (*Anim.* 14); ac non videtur rem satis apte significare (motorius = *che muove;* automatarius = *che si muove da sè*).

— *V. Autoscafo.*

Motu-Proprio: Litterae motu proprio datae (*termine generale come documento scritto*). - Litterae Apostolicae motu proprio datae (*come documento Pontificio: Cf. Acta Leonis, Acta Pii X, et Acta Ap. Sedis*).

Mozzetta: Palliolum; amiculum; Antistitum palliolum, *vel* amiculum (*mozzetta dei Prelati*).

Muezzino: (*dalla voce araba « muezzin » = banditore*) Sacer Arabum praeco, onis, m.

Municipio: Municipium (*Cic.*); municeps (*Cic.: cittadino del municipio*); municipalis (*Cic. appartenente al municipio*).

— Curatores rei municipalis (*Morcelli: consiglieri, amministratori del municipio*).

— Consilium curatorum rei municipalis (*Consiglio comunale o municipale*).

— *V. Podestà.*

Musica – Musicare – Musicale – Musicista: I. Musica, ae, *vel* musice, es, f. (*Cic. et a.*); ars musica; res musica; musica, orum, n. pl. (*Cic. et a.*); musicam tractare (*Cic.*); et musicen et litteras docere (*Quint.*); ingenium facile ac libens ad rem musicam (*Gell.*); leges musicae (*Cic.*). - Musicus, i (*Cic.*), *vel* modulator, oris (*Hor.*) = *musico, compositore di musica; vel* musicis eruditus; musicae artis peritus; musicae artis peritissimus, studiosissimus.

— Phonascus, i, m. (*Morcelli: Maestro di declamazione, di canto, ed anche maestro di Cappella*).

II. Modos facere (*fare o comporre la musica*), v. g. legitur initio comoediarum Terentii: « modos fecit Flaccus Claudii f. » - Musicis reddere, ornareque modis (v. g. carmen, canticum); modis musicis ornare carmen (*mettere in musica*), *vel* canticis aptare modos - Musicis modis excipere (*Quint.*) = *riprodurre un canto con le note musicali.*

— Modus musicus (*Quintil.* = *motivo musicale*); notae musicae, *vel* signa musica (*Pascoli* = *note musicali*).

— *Musica vocale e strumentale: V. Vocale e Strumentale.*

Mussola – Mussolina Carbasus, i, f.; *vel* carbasa, orum, n. pl. (*vox graeca apud Virg., Catull., Prop. et al.*).

— Carbasus, a. um (*adjectivum*); v. g. carbasa lina (*Prop.* IV, 3, 64).

Mussulmano – Musulmano: *V. Maomettano.*

Mustacchi: *V. Baffi.*

Mutande: Feminalia, ium, n. p. (*Suet., Aug.* 82); *vel* femoralia, ium; tegumenta feminum (*delle coscie*) seu femorum. « Femoralia » tamen vox est serioris latinitatis.

— Subligaculum, i, n. (*Cic.*); subligar, aris, n. (*Plin.*) = *mutandine da palcoscenico o da bagno.*

Mutuo: Pecunia mutua; pecunia credita; mutuatio (*Cic. et a.* = *il prendere in prestito*). - Pecuniam dare mutuam (*Cic.* = *dare a mutuo*). - Quaerere pecunias mutuas fenore (*Liv.* = *chiedere un mutuo*). - Sumere ab aliquo pecunias mutuas (*Cic.* = *prendere un mutuo*). - Aes mutuum reddere (*Sall.* = *estinguere un mutuo*). - Mutuari pecunias (*Caes.*). - Pecunia mutuaticia (*Gell.* XX, 1 = *denaro preso a mutuo*).

Mutuo Soccorso: *V. Società di mutuo soccorso.*

N

Nafta: Naphtha, ae, f. (*Plin. et a.*); naphthas, ae, m. (*Sall. ap. Prob. Cath. Gram.* IV, 29, 3). - Quod quidem vocabulum e syris videtur vocibus, vel ex aegyptiis compositum, atque « oleum igneum » significare; est nempe oleum incendiarium ex bitumine fluens. - *V. Petrolio.*

— Machinamentum naphtha pulsum, *vel* compulsum, *vel* actum (*macchina a nafta*).

Narcosi: Torpor; veternus (*torpore, letargo*). - Hypnoticus torpor (*torpore dovuto ad azione ipnotica*). - *Graece:* Narcosis, is, f. (*ναρκῶσις = torpore*).

Naspo: *V. Arcolaio.*

Naturalista: Naturae speculator; rerum naturalium investigator (*Morcelli*).

— Historiae naturalis scriptor (*Plin.*); naturae acer investigator ac diligens (*Cic.*); inquisitor rerum naturae (*Sen.*); physicus, i, m. (*Cic.*); physicus, idest speculator venatorque naturae (*Cic., De Nat. Deor.* I, 30).

— Historiae naturalis professor, *vel* peritus (*Vallauri*). - Professor, hac significatione, habetur apud Celsum, Suetonium, Quintilianum et alios.

Naturalizzare: (*concedere la cittadinanza del luogo*) Recipere aliquem in civitatem (*Cic.*); accipere aliquem in civitatem (*Cic.*); dare alicui civitatem (*Cic.*); impertire alicui civitatem (*Cic.*); donare aliquem civitate (*Cic.*); aliquem in civium numerum adsciscere; civem adsciscere. - Civitate donatus; civitati adscitus; in civitatem cooptatus (*naturalizzato*).

Naturalizzazione: Civitatis donatio. - Diploma civitatis (*Suet., Ner.* 12 = *certificato di naturalizzazione o di acquisita cittadinanza*).

Navata: Ala aedis (*Vallauri*); sacrae aedis ala; transversa sacrae aedis ala (*navata trasversale*).

— Cella maxima (*navata maggiore:* cf. *cappella*).

Nave: Navis oneraria, *vel* navigium vectorium (*Caes. = nave mercantile*); actuaria, *vel* navis actuaria (*Cic.-Caes. = nave rapida, da corsa*); navis praedatoria (*Liv.*), *vel* piratica (*Quintil. = nave da corsari*); navis bellica (*da guerra*); navigia speculatoria (*Caes. = nave vedetta*); navis piscatoria (*Quint. = da pesca*); navis frumentaria (*Caes. = per recar frumento*); naves annotinae (*Caes. = navi costruite da un anno*); naves loricatae, *vel* cataphractae (*V.*

Corazzata); naves vaporata aqua actae (*V. Piroscafo*); navis vittata (*Plin.* = *nave pavesata*).

— *V. Torpediniera e Battello sottomarino.*

Nazionale: Redditur per c. genetivum « gentis, *vel* nationis », *vel* per locutionem « ex universa gente ac natione » - Adjectivum « nationalis, e » est infimae latinitatis. - Ingenium gentis alicujus proprium (*carattere o indole nazionale*); vestis habitus alicujus gentis proprius (*foggia nazionale di vestire*); patrium carmen (*inno nazionale*), *vel* carmen nationis proprium; patrium vexillum (*bandiera nazionale*), *vel* patriae vexillum, patrium signum, nationis vexillum, gentis vexillum; patrius mos (*Cic.*), patrius ritus (*Cic.*), patrius sermo (*Cic.*) = *costume, rito, lingua nazionale;* nationis alicujus res gestae, *vel* gentis alicujus res gestae (*storia nazionale*); patria religio, *vel* publica religio (*religione nazionale*); publica bona (*beni nazionali*), *vel* publica alicujus gentis bona, publica alicujus nationis bona; patria caritas, erga patriam caritatis studium (*amore nazionale, sentimento nazionale*); elata quaedam et insolens nationis suae admiratio (*orgoglio nazionale*).

— Conventus ex universa natione Eucharisticus (*Congresso nazionale Eucaristico*).

Nazionalismo - Nazionalista: Nationis suae amplificandae studium (*nazionalismo*) - Nimium nationis suae amplificandae studium (*eccessivo nazionalismo*) - Nationis amplificandae ratio ac disciplina (*nazionalismo come dottrina*).

— Nationis suae amplificandae fautor (*nazionalista*) - Nimius nationis suae amplificandae fautor (*nazionalista eccessivo*).

— Eorum factio (pars), qui nationi suae amplificandae student (*nazionalismo come partito*).

— « Nationalismus » qui dicitur, *vel* quem vocant.

Nazismo - Nazista: Imperiosum ac praepotens suae gentis (*vel* nationis suae) amplificandae studium - Exaggeratum suae gentis (*vel* nationis suae) amplificandae studium - Exagitatum ac nimium nationis augendae suae studium = *nazismo.*

— Exaggeratus nationis suae fautor - Exagitatus ac praepotens nationis suae fautor = *nazista.*

— Eorum ratio ac disciplina, qui nationis suae dominatum (imperium, dominium) exaggerant, praedicant, efferunt, exagitant (*nazismo come dottrina*).

— Eorum factio, qui nationis suae dominatum exaggerant, praedicant, efferunt, exagitant (*come partito*).

— « Nazismus » quem vocant; « nazismus » qui audit; « nazista » qui dicitur, *vel* qui audit, *vel* quem vocant.

Necrofilia: Libido in mortuos; libidinosus mortuorum amplexus. - Libidinose mortuos amplexari (*peccare di necrofilia*). - *Graece:* Necrophilia, ae, f. (νεκρός = *morto* - φιλία = *amore, passione*).

Necrologia: Laudatio funebris (*elogio funebre*).

Necrologio: Funebris nuntius; funebre nuntium.

Necromanzia: *V. Negromanzia.*

Necroscopia: Mortuorum inspectio; cadaveris inspectio. - *Graece:* Necroscopia, ae, f. (νεκρός = *morto* - σκοπέω = *osservo*).

Necroscopico: Ad mortuorum inspectionem attinens; ad cadaverum inspectionem pertinens. - Cadaveris inspectio ac probatio (*esame necroscopico*). - *Graece:* Necroscopicus, a, um.

Necrosi: Nigrities, ei, f. (*Cels.* VIII, 2); *graece:* necrosis, is, f. (νεκρός = *morto*) = *mancanza di vita in un tessuto organico.* « Nigrities » tamen per se significat: *anneramento, oscuramento.*

Nefrite: Dolores renum, *vel* morbus renum (*Cels. et a.*); vitium renale, renalis passio (*Coel. Aurel., Tard.* V, 3); *graece:* nephritis, idis, f. - Ex graeca voce νεφρός = *rene.* — Laborare ex renibus (*Cic.* = *soffrire di nefrite*).

Negativa: I. Negatio (*Cic.*); infitiatio (*negazione anche come term. giudidico*), v. g. negatio infitiatioque facti (*Cic., Part. or.* 102). - Negare, infitiari (*tenersi sulla negativa, non voler sapere di...*); negitare (*Sall.* = *perseverare nella negativa*); infitias ire (*venir nella negativa, non voler sapere di...*).

— Negantia, ae, f. (*Cic.* = *negazione ed espressione negativa*), v. g. « Deinde addunt conjunctionum negantiam, sic: Non et hoc, et illud; hoc autem; non igitur illud » (*Cic., Top.* 14).

II. Lamina *vel* bractea luce impressa; lamina, *vel* bractea luce imprimenda; vitrea lamina luce impressa, *vel* imprimenda (*negativa fotografica*).

— Imago negativa. - Adjectivum « negativus, a, um » legitur apud Apulejum et alios.

— *V. Fotografia.*

Negoziante: Mercator; negotiator; negotians, *vel* negocians (*Cic.*); negotiator vestiarius (*di vesti*); negotiator vinarius (*di vino*); margaritarius (*Inscript. Murat.: negoziante o pescatore di perle*); negotiator frumentarius (*di frumento*); negotiator librarius (*di libri*); olearius (*di olio*); salsarius (*di salumi*); lintearius (*di tele*); vestiarius et lintearius (*merciaio di stoffe e tele*).

Negromanzia - Negromante: Mortuorum evocatio; inferorum evocatio (Cf. *Plin.* XXX, 1, 2); divinatio per cadavera (*Forcellini*); vaticinatio ex mortuorum umbris. - *Graece:* Necromantia, ae, f.; quam quidem vocem Cicero (*Tusc.* I, 6) graecis litteris scribit. - Necyomantia, ae, f. (*νέκυς = morto - μαντεία = divinazione*).
— Mortuorum evocator; ex mortuorum umbris vaticinator. - *Graece:* Necromantius, ii, m. (*Isid., Orig.* VIII, 9).

Negus Neghesti: (*voce amarica = re dei re*) Aethiopiae Imperator; Aethiopiae Rex Regum.

Neofita: A suscepta religione recens; religione, *vel* in religione recens; a christiana religione (*vel* in christiana religione) recens - *Graece:* neophytus (*Tertul.*); *νέος = nuovo - φυτός = piantato, cioè nuovo germoglio.*

Neologismo: Novum verbum (*Cic.*). Novum verbum inducere in linguam (*Cic., Philip.* XII, 19). Signatum praesente nota producere nomen (*Hor., Ep.* II, 3, 59); nova fingere verba (*Idem*).

Neopaganesimo: *V. Paganesimo.*

Nepal: Nepalia, ae, f. (*regione dell'Asia orientale*). - Catmandum, i, n. (*Catmandu, capoluogo*).

Nesso: Nexus, us, m. (*connessione, vincolo, obbligo*); v. g. atomorum nexus (*Cic.*); brachiorum nexus (*Suet.*); principia et nexus causarum (*Tac.*); nec civili nexu, sed communi lege naturae (*Cic.*).
— Cohaerentia, ae, f. (*armonia, connessione, corrispondenza*); v. g.: « Circuitus solis et lunae reliquorumque siderum, quamquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen et spectaculum hominibus praebent » (*Cic., Nat. D.* II, 62) - Sententiarum cohaerentia (*nesso logico, armonia di pensieri*).
— Contextus, us, m. (*tessitura, intreccio, contesto*); v. g.: contextus orationis (*Cic.*); contextus fabularum (*Petron.*); contextus operis (*Tac.*); lenis et fluens contextus (*Quintil.*).

Neutrale: medius; medium se gerens (*Liv.*); neutri parti favens; nulli parti obnoxius; tamquam medius, nec in alterius favorem inclinatus (*Liv.*); qui se medium esse vult (*Cic.*); Eumenes in eo bello medio erat animo (*Vell.*); neutris addictus partibus; nullius partis studiosus (*Suet.*); Civitas neutri parti favens (*Stato neutrale*); nullius partis esse (*esser neutrale*). - *V. Imparziale.*

Neutralità: Nullius partis studium; neutrius partis studium; neutrarum partium studium; animus a partium studio alienus; integrum ab omni parte se servare; nulli parti studere (*Cic. = mantenere la neutralità*).

— *V. Imparzialità.*

Neutralizzare: Irritum facere (*Cic. et a. = render vano, senza effetto*). - Ad irritum cadere (*Liv. = rimanere neutralizzato*), *vel* in irritum cadere (*Tac.*). - Ad irritum redigere, redigi (*Liv. = neutralizzare, neutralizzarsi*). - Alter motus alteri renititur; alter alteri renititur (*Plin.*). - Venenum restinguere (*Plin. = neutralizzare un veleno*).

Nevralgia: Nervorum dolor, *vel* nervorum angor, oris, m.

Nevrastenia - Nevrastenico: Nervorum infirmitas, debilitas, languor; aegra nervorum affectio.

— Nervis laborare (*soffrire di nevrastenia*); nervis laborans (*nevrastenico*).

Nicaragua: Nicaraqua, ae, f. - Nicaraquanus (*del Nicaragua*). - Managua, ae, f. (*Managua, cap. del Nicaragua*).

Nicchia: Aedicula (*nicchia per una statua sacra*). « Nemeses quindecim aediculis inclusit ». (*Plin.* XXXVI, 13, 19, n. 2). « Grande armarium in angulo vidi, in cujus aedicula erant Lares argentei positi, Venerisque signum marmoreum » (*Petron., Satyr.* 29) - Aedicula (*Cic. et a.*) significat etiam *tempietto, cappelletta.*

— A nonnullis ponitur: Loculus; quae tamen vox vel parvum significat locum (*Plaut., Mil.* III, 2, 38); vel locum in praesepibus, ubi jumenta separatim cibum capiunt (*mangiatoia, scompartimento*); vel locum in sepulcro, ubi cadavera conduntur; significat etiam *cassetta, scrigno* ad aliquid reponendum. « Gestit enim nummum in loculos demittere » (*Hor., Ep.* II, 175).

— Ab aliis vero ponitur: Loculamentum, i, n.; quod tamen est loculus, cellula, capsula, seu potius loculorum plurium distinctorum series (*Forcellini*), v. g. *scansia, scaffale, palchetto di scaffale; arnia, colombario.*

— Ab aliis denique ponitur: Zotheca, ae, f., quae tamen vox apud Plinium et alios significat *alcova, gabinetto segreto;* sed in antiquis inscriptionibus hac etiam significatione accipitur (Cf. *Forcellini*).

— *V. Alcova.*

— In Morcelliano autem lexico usurpatur etiam « concameratio, onis, f. »; quae tamen vox apud Vitruvium (VI, 11) et alios significat *soffitto fatto a volta, o stanza a volta;* sed in antiquis inscriptionibus hac etiam significatione accipitur. Ita enim Morcellianum lexicum habet: « Imagines argenteae parastaticae (= *poste nei pilastri*) cum suis ornamentis et regulis et basibus et con-

cameratione ferrea » (*Immagini d'argento impostate nei pilastri coi loro ornamenti, cornici, basi e nicchia metallica*).

Nichelio: Nichelium, ii, n. (*Luciano*).

Nicotina: Nicotianum venenum, i, n.; nicotianum virus, i, n.; nicotiana vis. (*Il vocabolo viene da Nicot, ambasciatore di Francia presso la Corte di Portogallo, il quale introdusse in Europa dall'America l'uso del tabacco, che fu detto dal suo nome* « herba nicotiana » *1530-1600*).

Ninna-nanna: Somnifera cantilena; somnifera suavisque cantilena; somniferum suaveque carmen. - Cantilenam infanti insusurrare (*cantare la ninna-nanna*); *vel* cantilenam insusurrando infantem sopire; *vel* suavem insusurrando cantilenam, infantibus conciliare somnum.

Nipotismo: Nimium (immodicum, immoderatum, effrenum) cognatos (nepotes) fovendi studium.

Nitrato – Nitrico: Nitratus, a, um (*Martial.-Colum.*). - Sal nitratum; sales nitrati. - Nitrati sales argenti (*nitrato di argento*). - Sal nitrum (*Plin.* XXXI, 10, 46).

Nobiltà: Generis nobilitas, genus nobile, generosa stirps (*nobiltà di schiatta*); patricia nobilitas, v. g. patricia nobilitate clarus, praestans; clarissimo genere ab avis et majoribus, *vel* patricius ab avis et majoribus (*Morcelli: di antichissima nobiltà patrizia*).

— Adlectus in splendidissimum ordinem Mediolanensium (*Idem: aggregato alla nobiltà milanese*) - Adlectus inter patricios ... (*aggregato alla nobiltà ...*).

— Honorem decurionatus gratuitum dedit (*Idem: lo aggregò alla nobiltà senza spese*). - « Decurionatus, us, m. » (*Cato apud Festum et Plin.*) decurionis dignitatem et officium significat (*dignità ed ufficio del capo di una decuria equestre*); in antiquis autem inscriptionibus significat etiam *dignità nobiliare*.

— Magniloquentia; verborum sententiarumque granditas (*nobiltà di stile*). - Animi nobilitas, ingenuitas, praestantia, magnitudo, amplitudo; generosus animus; generosa mens (*nobiltà di mente, di animo, di cuore*).

— Novus homo, homo novus (*Cic. et a.* = *persona di recente nobiltà, cioè di una famiglia, in cui nessuno ha coperto prima alte cariche o dignità*).

Nolo – Noleggiare – Noleggiatore: Conductio (*Cic.* = *il prendere a nolo, a fitto, in appalto*); conducere (*Cic.* = *prendere a nolo*); locare (*Cic.* = *dare a nolo*); locator (*Cic.* = *chi dà a nolo*); con-

ductor (*chi prende a nolo*); res conducticia (*cosa presa a nolo*), v. g. domus conducticia (*casa presa a fitto*).

— Locationis pretium (*nolo, come prezzo del fitto*), v. g. locationis pretium constituere, conficere (*Cic.* = *fissare il prezzo del nolo o fitto*), locationis pretium solvere (*pagare il nolo, o fitto*).

— Portorium (*Cic.* = *nolo, come prezzo d'entrata, d'uscita, di passaggio; ed anche pedaggio, gabella*), v. g. portorium imponere, dare, exigere (*Cic. et a.*).

Nomade: Vagus; vagans; errabundus (*Liv.*). - Vagantes gentes nullamque habentes sedem (*popoli nomadi*). - Nomas, adis (*Plin.*).

Nome: Nomine tenus, verbo tenus (*di nome soltanto*); nomine et re (*di nome e di fatto*) - « Non nomine tenus, sed professione vitaeque actione religionem colere ». « Catholicam religionem nomine tenus retinere, non re debitisque officiis colere » (*Acta Leonis*).

— Stata sollemnia D. N. Mariae infanti nomine imposito (*Morcelli: festa del nome di Maria*); *vel* stata sollemnia nomini Mariae colendo sacra.

— « Turcis devictis, ejus victoriae ergo, dies festus institutus nomini Mariae sanctae recolendo » (*Idem: Istituzione della festa del nome di Maria*).

Norvegia: Norvegia, ae, f.; Norvegienses, ium (= *Norvegesi. Lat. di Curia*).

Nostalgia: Alicujus rei desiderium; acerrimum alicujus rei desiderium. - Patriae, *vel* patrii soli desiderium; suorum desiderium (*nostalgia della patria, dei proprii cari*). - Acerrimo patriae desiderio teneri.

Notaio: Tabellio, onis (*Ulp., Dig.*); seu scriba publicus; qui acta publica conscribit - Tabularius (*Ulp., Dig.*) - Non autem « Notarius »; quae quidem vox eum significat, qui brevissimis notis citissime scribit (*abbreviatore, stenografo, cifrista*); sed tamen ab infimae latinitatis scriptoribus hac etiam significatione usurpatur.

— Tabellio trioboli, *vel* triobolaris (*Vallauri* = *notaio da poco, da tre soldi*), a triobolo, qui parvus erat nummus.

Note musicali: Signa musica (*Pascoli*); notae musicae.

Novello sacerdote: Sacerdos novensilis (*Morcelli*); a sacerdotio recens, *vel* sacerdotio recens, *vel* in sacerdotio recens.

Novena: Sacrum novendiale; novendialis supplicatio; novendiales divini verbi conciones supplicationesque (*novena predicata*).

— Hoc die in honorem Dei pueri supplicationi novendiali initium est (*Morcelli: comincia la novena del S. Natale*).

— Incipiunt preces VIIII dierum ad Spiritum Sanctum (*Idem: novena dello Spirito Santo*).

— Hoc die in honorem Mariae sanctae sideribus receptae supplicationi novendiali initium est (*Idem: novena dell'Assunta*).

— Hoc die... in honorem Mariae nascentis supplicationi novendiali initium est (*Idem: novena della natività di M. V.*).

Noviziato: Tirocinium, ii, n.; novitiorum tirocinium. - Tirocinium ponere (*Liv. et a.* = *fare il tirocinio, le prime prove*); tirocinium ponere, *vel* deponere (*Flor.* = *fare o terminare il noviziato*).

Novizio: Tiro, onis; tirunculus, i; novicius *vel* novitius (*Cic.*).

Nullità: Nihil; nihilum, i, n.; vanitas, v. g. vanitas opinionum (*Cic.*); inanitas (*Cic. et a.*).

— Nequicquam est in tali homine » (*Cic.*, *Tusc.* III, c. 8) = *è una nullità.*

Numismatica – **Numismatico**: Nummorum doctrina, *vel* disciplina. - Veterum recentiorumque nummorum doctrina, ratio, disciplina (*Numismatica come scienza*).

— Corpus nummorum (*collezione numismatica*) - Corpus interdum significat etiam rerum acervationem, vel nexum; v. g. corpus defensionis (*Cic.*), corpus juris (*Ulp.*, *Dig.*), corpus rei publicae (*Cic.*), universitatis corpus (*Cic.*), *vel* rerum naturae corpus (*Vell.*) = *l'insieme di tutto il mondo;* corpus militum (*Justinian.*).

— Veteres recentioresque nummi in ordinem redacti (*collezione numismatica*). - Veteres recentioresque nummos in ordinem redigere (*fare una collezione numismatica*). - Veterum novorumque nummorum studiosus (*un numismatico*).

Nunzio – **Nunziatura**: Legatus; nuntius; Nuntius Apostolicus (*Nunzio Apostolico*).

— Legazione Russica apud Catharinen Aug. Pio VI Pont. Max. functus (*Morcelli: Nunzio di Pio VI in Russia presso Caterina II*).

— Apostolici Nuntii legatio, *vel* munus, *vel* dignitas (*Nunziatura*).

— Apostolici Nuntii sedes (*Sede della Nunziatura*).

O

Oasi: Amoenus in deserta vastitate locus. - Oasis, is, f. (*Cod. Justin.*).

Obbligatorio: Imperatus, a, um; res imperata (*cosa obbligatoria*); ad aliquid officio teneri (*essere obbligatorio*); v. g. ad illud officio teneor (*ciò è per me obbligatorio*). - Leges me tenent (*Cic.* = *leggi*

obbligatorie per me); lege, foedere promisso teneri, *vel* obligari (*Liv. et a.* = *essere obbligato da una legge, o da una promessa pattuita*).

Obbligazione: I. Officium (*dovere*); debitum (*ciò che è dovuto*); debitio (*Cic. et a.*); e. g. debitio gratiae, pecuniae, dotis (*Cic.*) - Obligatio; quae quidem vox apud Ciceronem significat *obbligazione morale, o materiale, malleveria;* e. g.: « Est gravior et difficilior animi et sententiae pro aliquo, quam pecuniae obligatio » (*Cic., ad Brut.* I, 18).

II. Nomen (*Cic. et a.* = *credito derivante da un prestito con obbligazione scritta*); v. g. nomen facere (*Cic. et a.* = *iscrivere un debito*); nomina exigere (*Cic.*); nomen solvere, dissolvere, exsolvere (*Cic.*); nominibus non respondere (*Sen.* = *non pagare al termine scaduto l'obbligazione*); nomen certum, nomen bonum (*Cic.* = *partita sicura, obbligazione sicura*); pecuniam in nominibus habere, *vel* pecunia in nominibus est (*possedere somme su firme o obbligazioni*); nomen in alium inscribere (*far la girata, addossando ad un altro la partita di debito*) - *V. Cambiale.*

Obiettivo: *di una macchina fotografica: V. Lente.*

— *Ciò che uno si propone: V. Scopo.*

— (*Aggettivo*): *V. Reale, Realistico.*

Oblazione: Donum; munus; donatio; largitio (*Cic. et a.* = *dono, offerta, largizione*) - Non autem: « dilargitio », neque « oblatio », neque « eleemosyna »; quae voces sunt cadentis latinitatis.

— *V. Sacrificio; Elemosina.*

Obolo di S. Pietro: Petriana stips, is. - Petrianam stipem corrogare, colligere, conferre (*raccogliere l'obolo di S. Pietro*). - *Graece:* Obolus, i, m. (*Ter.*) = *piccola moneta greca, che portava impresso un piccolo dardo* (*βέλος* = *dardo*).

Occasionalmente: Ex occasione; pro re nata; occasione data; pro re et tempore; pro rerum adjunctis; per occasionem aliquid attingere (*accennare occasionalmente a una cosa*).

Occhiali: Vitra ocularia - Adjectivum « ocularius, a, um » usurpatur a Celso et a.; « ocularis, e » a Vegetio et a.

— A nonnullis hoc loco ponitur: specillum; attamen haec vox (*Cic. et a.*) significat instrumentum chirurgorum ad vulnera exploranda, inungenda, tergenda.

— Ab aliis ponitur: conspicillum, *vel* conspicilium; hac tamen voce significatur locus, unde aliquid conspici potest (*vedetta*). Cf. « Thesaurus Linguae Lat. » vol. IV, fasc. III, col. 495 -

Forcellini, Lex. vol. I - Benoist et Goelzer, Dictionnaire Lat.-Franç.

— Ab aliis denique ponitur: perspicillum; perspicilia. Vox est tamen infimae latinitatis (*Du Cange*). - Haec vox « perspicillum » (= *nel senso di lente per vedere da lontano, ed anche il canocchiale*), itemque vocabulum « specillum » (*nel senso di lente per occhiali o per canocchiale*) saepe a Galilaeo usurpatur, a Keplero, et ab aliis illius aetatis scriptoribus (Cf. *Ediz. Nazionale delle Opere di Galileo*, vol. III, pag. 60-61; vol. X, pag. 486; vol. XI, pag. 611 et alibi).

— *Occhiali da sole, occhiali affumicati:* « Accipe nigranti lita vitra ocularia fumo, - Ignea quo caveas rutilantis spicula solis » (*V. Genovesi S. J.*, « *Communia vitae* », p. 12). - Nigra vitra ocularia, *vel* nigra oculorum vitra (*occhiali neri*).

— *Occhiali acromatici: V. Acromatico.*

— *V. vol. I, pag.* 30, 139.

Occhio: Res in oculos se ingerit (*Sen., De Cons.* VII, 8) = *la cosa salta agli occhi.*

— In oculis habere aliquem (*Plaut.* = *tenere uno d'occhio*).

— Aliquem in oculis ferre, *vel* gestare (*Cic.* = *amarlo come la pupilla degli occhi*); *vel* aliquem in deliciis habere; *vel* esse in oculis alicujus; esse in oculis alicui (*Cic.*).

— Ante oculos; ob oculos; sub oculis (*Cic.* = *avanti agli occhi*).

Oculista - Ottico: Medicus ocularius (*Cels.-Val. Max.*). - *Graece:* Ophthalmicus, i, m. (*Martial.* VIII, 74). - Ex graeca voce ὀφθαλμός = *occhio.*

— *V. vol. I, pag.* 30, 139.

Odontalgia: Dentium dolores; aegra dentium affectio.

Odontoiatra: *V. Dentista.*

Odontoiatria: Medicina dentaria; dentium curatio; dentium curationes; de curandis dentibus ars *vel* disciplina.

Offensiva - Controffensiva: « Hac de causa constituerat signa inferentibus resistere, prior praelio non lacessere » (*Caes.* = *Aveva stabilito di resistere agli attaccanti ma non di prendere l'offensiva*). - Priorem praelio hostes lacessere (*prender l'offensiva*); *vel* priorem in hostes bellum urgere; priorem bellum inferre alicui, in aliquem; v. g. prior constituit in hostes urgere bellum (*stabilì di prendere l'offensiva*); iterum statuit in hostes urgere bellum (*stabilì di prendere una nuova offensiva*).

— Contra ultroque bellum inferre alicui, in aliquem (*prendere la*

controffensiva); *vel* contra ultroque bellum urgere in aliquem. - Vim vi repellere (*controbattere*); hostium impetum vehementiore impetu retundere, refringere, repellere (*contrattaccare*); hostium impetus adverso impetu retusus, repulsus (*contrattacco, controffensiva*).

Oftalmia: Aegra oculorum affectio; oculorum morbus; oculorum dolores (*oftalmia in generale*) - Oculorum inflatio *vel* inflammatio (*Cels.* = *in quanto produce infiammazione agli occhi*); lippitudo (*Cic. et al.* = *in senso di cisposità*); gramiae, arum, *vel* oculorum gramiae (*Plin.* = *umore viscido degli occhi*).

— *Graece:* Ophthalmia, ae, f. (ὀφθαλμός = *occhio*).

Oftalmico: Oculorum (*c. genet.*); *verbi gratia:* Oculorum medicus (*medico oftalmico*), oculorum curationes (*cura oftamica*).

— *Graece:* Ophthalmicus, a, um. - Ophthalmicus, i, m. (*Martial.*) *seu* medicus ocularius. « Hoplomachus nunc es; fueras ophthalmicus ante: fecisti medicus quod facis hoplomachus » (*Martial.* VIII, 74 = *Adesso sei gladiatore mentre prima eri oculista; ma quel che facevi da medico, ora lo fai da gladiatore*).

Oftalmologia: Oculorum medicina; medica oculorum ars; de curandis oculis medicina, ars, disciplina (*secondochè è arte o scienza*).

— *Graece:* Ophthalmologia, ae, f. (ὀφθαλμός = *occhio* - λόγος = *discorso, ragionamento*).

Oftalmologo: Medicus ocularius (*Cels.*); oculorum medicus; ophthalmiae doctor, peritus; ophthalmicus, i, m. (*Martial.* VIII, 74); ophthalmologus, i, m.

Oftalmometro: Introspiciendis oculis instrumentum. - *Graece:* Ophthalmometrum, i, n. (ὀφθαλμός = *occhio* - μέτρον = *misura*).

Oggettivo: *V. Reale, Realistico.*

Ognissanti: Universorum caelitum sollemnia (*festa di Ognissanti*); *vel* caelitibus universis aevi aeterni beatitate fruentibus sollemnia (*Morcelli*).

— Calendae novembres dies sollemnis honori caelitum universorum tributus (*Idem: la festa di Ognissanti stabilita il 1º nov.*).

Olanda: Hollandia, ae, f. (*Lat. di Curia*); Batavia, ae, f. (*l'Olanda comprende all'incirca la regione anticamente abitata dai Batavi*). - Haga, ae, f. (= *L'Aia*); Amstelodamum, i, n. (= *Amsterdam*).

Oliera: Olei ampulla; olei acetique ampullae.

Oligarchia: Paucorum potentatus; potentatus, us, hac significatione usurpatur a Cic., Caes. et a.

— Procerum, *vel* principum, *vel* optimatium (seu optimatum) dominatus, *vel* dominatio, *vel* potentatus.

— « Exsistit ex rege dominus, ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio » (*Cf. Cic., Rep.* I, 45 = *Dalla monarchia nasce la tirannide, dall'oligarchia le fazioni, dalla democrazia la turbolenza e il disordine*).

— *Graece:* Oligarchia, ae, f. - Oligarchicus, a, um (ὀλίγος = *poco* - ἀρχή = *comando; cioè governo di pochi*).

Olio Santo: Extrema unctio (*Vallauri*); aliquem graviter aegrotantem extrema unctione illinere, *vel* linere (*amministrare l'olio santo*).

— Opobalsamum (*Morcelli*) - Haec vox, e graeco fonte derivata, significat odoratum succum e balsamo manantem (*Stat.-Martial.-Juvenal.*) - Aliquem graviter aegrotantem opobalsamo inungere, *vel* linere (*dare l'olio santo*).

— Sacra aera ter opobalsamo inuncta (*le campane tre volte unte con gli olii santi*).

Olocausto: *V. Sacrificio.*

— Holocaustum, i, n. *sacrificio totale* (ὅλος = *tutto*, καύω = *brucio; genere di sacrificio in cui tutta la vittima si consumava col fuoco*). Quae vox graeca usurpatur a Prudentio (*Apotheos.* 537 *et al.*).

Omaggio: Officium; cultus; observantia; obsequium; honor; laus - Mutatio officiorum (*Cic., De Off.* I, 7 = *Scambio di cortesie*).

— Deum colere (*fare omaggio a Dio*); Regem revereri, observare, colere (*omaggio al re*); veritatem colere, observare, *vel* honorem veritati tribuere (*omaggio alla verità*); debitam laudem, debitum honorem alicui tribuere; debitum pietatis, laudis, honoris officium alicui praestare; regium cultum alicui tribuere (*fare omaggio, secondo i varii significati della parola*).

Ombrello: Umbraculum, i. n. (*Ovid.-Tibull.* = *parasole*); umbella, ae, f. (*Martial.-Juvenal.*).

— Umbellarum opifex, *vel* artifex (*ombrellaio*). - Umbellarum taberna (*bottega d'ombrellaio*). - Umbellarum officina (*fabbrica d'ombrelli*).

Omeopatia – Omeopatico: Morborum ipsius vi morbi curationes (*metodo terapeutico, fondato da Hahnemann, 1755-1843, che consiste nel curare le malattie con gli agenti stessi che le producono, presi a piccolissime dosi*). - Minutissima alicujus remedii portio (*dose omeopatica*). - *Graece:* Homoeopathia, ae, f. (ὅμοιος = *simile* - πάθη = *sofferenza*).

— Ad morborum curationes attinens, ipsius vi morbi peractas, *vel* peragendas (*omeopatico*). - *Graece:* Homoeopathicus, a, um.

Omnibus: Vehiculum omnibus patens; publicum vehiculum omnibus patens, *vel* datum, *vel* concessum.

Omofono: Ejusdem soni; consonus, a, um.

Omologare: Aliquid eadem ratione (iisdem sententiis, iisdem verbis) scribere, describere, exarare (*in senso etimologico, cioè comporre in modo uguale o corrispondente*). - Ratum habere, ducere (*Cic.-Liv. = omologare nel senso di ratificare, approvare*); ratum facere (*Cic. = autenticare, confermare*). - *V. Ratificare.*

Omologazione: *V. Ratifica.*

— Homologatio; homoeologatio (*in senso etimologico*).

Omologo: Similis; aequalis; alteri respondens. Homologus, a, um; *vel* homoeologus, a, um (*ὅμοιος = simile - λόγος = parola*).

Omonimo - Omonimia: I. Cognominis, e (*Plaut.-Virg.-Liv. et a. = che ha il medesimo nome*); v. g. « illa mea (mei) cognominis fuit » (*Plaut., fragm. apud Serv. ad VI Aen.* 383); duae germanae meretrices cognomines (*Plaut., Bacch.* I, 1, 5); cognominis alicui (*Liv.*); Veneti Henetorum cognomines (*Plin.*); cognomines flumini (*Id.*). - *Graece:* Homonymus (*Quintil.* VIII, 2).

II. Idem nomen (*omonimia*); idem cognomen (*omonimia nel cognome di famiglia, o nel soprannome*); idem cognomentum (*omonimia nel cognome o soprannome*); eadem appellatio (*medesima denominazione*); eodem nomine, vel cognomine appellari (*essere omonimo*); cognominem esse alicui (*essere omonimo di uno*). - *Graece:* Homonymia, ae, f. Quam vocem Quintilianus (VII, 9) graecis litteris usurpat (ὁμονυμία).

— *V. Sinonimo-Sinonimia.*

Onanismo: Onaniana luxuria; Onaniana impudicitia (Cf. *Genes.* XXXVIII, 9). - Onanismus, i, m. (*Lat. Eccles.*).

Ondulatorio: *V. Terremoto.*

Onice: Onyx, ychis, m. (*Plin. et a.*) vox est graeca, unguem significans, unde nomen datum est marmori hujus coloris (*onice*); alabastrites, ae, m. (*Plin. et a.*). Utraque vox idem significare videtur (Cf. *Forcellini*); apte tamen prima vox adhiberi potest ad id significandum quod nos *onice* vocamus; altera vero ad id, quod nos *alabastro* nuncupamus.

Onnipotente - Onnipotenza: Omnia potens; omnipotens (*Turpil. apud Cic., Tusc.* IV, 34; *Virg.-Catull.*).

— Rerum omnium potentia, facultas, auctoritas; infinita potentia;

summa atque infinita potentia -- Vox « omnipotentia » serioris est latinitatis (*Macrob.*).

Onniscienza – Onnisciente: Rerum omnium scientia. - Omnia sciens, omnia noscens.

Onomastico: Dies nominalis (*Varr.*); dies nomini sacer.

— Diem nominalem alicui gratulari; fausta omnia ominari die nomini sacro (*congratulazioni e auguri per l'onomastico*).

Onorario: I. Honorarius (Cic. et a.); ornamentarius (*Inscript. Murat.*).

— Magister admissionum honorarius (*Morcelli: maestro di camera onorario*).

— Cubicularius honorarius, *vel* ornamentarius (*Idem: cameriere d'onore*).

— Eques ornamentarius Melitensis (*Idem: cavaliere d'onore di Malta*).

— Eques ornamentarius Stephanianus (*Idem: cavaliere d'onore dell'Ordine di S. Stefano*).

— Canonicus honorarius; canonicus ornamentarius; in canonicorum ordinem, *vel* collegium honoris causa adlectus (*canonico onorario*).

II. Honorarium, ii, n. (*Trajan. ad Plin., Ep.* X, 114-*Ulp., Dig.*) = *onorario, stipendio; vel* salarium, ii, n. (*Tac.-Suet.-Plin.*); merces, edis, f. (*Cic. et a.*) = *onorario, paga;* honos, *vel* honor, oris, m. (*Cic.* = *onorario*), v. g. honos medici (*Cic.*), medico honorem habere (*Cic.* = *dare la retribuzione al medico*).

Onorificenza: Honor; honos; honoris insigne; honoris insignia; honoris documentum; honoris signum. - *V. Decorazioni, Cavaliere, Commendatore.*

— Honoris insignibus aliquem decorare, honestare, distinguere, ornare (*conferire un'onorificenza*).

Opera buona: Bene factum; probe factum; probe facta (*le opere buone*).

Opera e Operetta musicale: Drama musicum (*Du Cange: opera in musica*); festivum drama musicum (*Luciano: operetta in musica*) - Vox graeca « drama, atis, n. » significat « poëma comicum, aut tragicum » (*Forcellini*).

Operazione chirurgica: Corporis sectio a medico vulnerario peracta.

— Curatio manus, *vel* ex manu (*Cels.*); sectio (*Plin.*); sectio chirurgica.

— Infirma ac noxia corporis membra secare, *vel* resecare (*compiere un'operazione chirurgica*).

Opere di Religione: *V. Istituto Opere di Religione.*

Opportunismo – Opportunista: Eorum agendi ratio, qui opportunitati serviunt; eorum agendi ratio qui tempori (*vel* temporibus) serviunt (*opportunismo, tempismo*).

— Tempori serviens; temporibus serviens; opportunitati serviens; opportunitatibus serviens (*opportunista*). - Tempori servire (*Cic.*. = *regolarsi secondo i tempi*); opportunitati (opportunitatibus) servire (*essere opportunista*).

Orario: Horarum index; liber horarum index, icis, m.

Oratoriano: *V. Filippino.*

Oratorio: Aedicula (*Cic. et a.*); sacellum (*Plin.*); sacrarium (*Cic.*); asceterium (*Dig.*).

— *Oratorio domestico, gentilizio: V. Cappella.*

— Sacrum carmen, quod musicis modis aptatum, alternis canitur (*Vallauri: oratorio musicale*).

— Sacrum asceterium puerorum, qui patrem amisere, ne virtutis custode careant (*Morcelli: oratorio per orfani*).

— Sodalis Philippianus (*prete dell'Oratorio*).

— Petrianus juvenum coetus; Petrianum juvenum sodalicium; Petriana juvenum sodalitas (*Oratorio di S. Pietro in Roma*); caetus Petriani sedes (*sede del medesimo*).

Orchestra: Canentium suggestus, us, m., *vel* suggestum, i, n. (*luogo elevato per cantare*).

— Symphonia (*Cic. et a.*), *vel* concentus musicus (*concerto musicale*). Symphonia canit (*Cic.*); ad symphoniam canere (*Sen.* = *cantare con accompagnamento d'orchestra*).

— Symphonici, *vel* symphoniaci homines (*Cic.* = *cantori d'orchestra*).

— Orchestra, ae, f.; qua graeca voce locus significabatur apud Graecos, ubi chorus saltabat; apud latinos vero (*Vitruv.-Suet.*) indicatur locus in theatro, Senatoribus destinatus, ubi sedes ad spectandum ponebantur (*palco nel proscenio riservato ai Senatori*). - Vox oritur ex graeco verbo ὀρχέομαι (*salto, danzo*).

Ordinariamente: I. Fere (= *quasi sempre, di solito*). *Contra:* raro, interdum (*raramente, talora*). « Ut sunt fere domicilia Gallorum » (*Caes.*). « Fit enim fere ut... » (*Cic.* = *Di solito infatti avviene che...*) - Plerumque (= *il più delle volte*).

II. Ordinario modo; ordinaria ratione (*in modo conforme all'ordine, alla consuetudine*). *Contra:* extra ordinem; extraordinario modo; extraordinaria ratione.

Ordine: Ordo, ordinatio. - Sacri Ordines, *vel* sacerdotium (*ordine*

sacro); ordo equester *vel* equestris (*Ordine equestre, cavalleresco*).
— Hierosolymarius suique juris ordo Melitensis (*sovrano ordine gerosolimitano di Malta*); militaris suique juris ordo Melitensis (*sovrano militare ordine di Malta*) - Militaris suique juris ordinis Melitensis Magnus Magister (*Gran Maestro del sovrano militare ordine di Malta*).
— *V. Balì, Cavaliere, Commendatore.*
— Supremus militiae Jesu Christi ordo (*Ordine supremo del Cristo, o Milizia di N. S. G. C.*).
— Ordo militiae auratae, *vel* Ordo ab aureo calcari (*Ordine dello Speron d'oro, o Milizia aurata*).
— Ordo equester a sancto Sepulcro Hierosolymitano (*Ordine equestre del S. Sepolcro*). Cf. *Acta Ap. Sedis* 1928, p. 68 sq.
— Ordo Pianus (*Ordine piano*); Ordo Gregorianus, *vel* a S. Gregorio M. (*Ordine di San Gregorio M.*); Ordo Silvestrianus (*Ordine di S. Silvestro*); Ordo Mauritianus (*Ordine dei SS. Maurizio e Lazzaro*); Ordo Stephanianus (*Ordine di S. Stefano*); Ordo Michaëlitanus, *vel* Michaëlianus (*Ordine di S. Michele*); Ordo Constantineanus (*Ordine di Costantino*); Ordo Jacobianus (*Ordine di S. Giacomo*); Ordo Georgianus (*Ordine di S. Giorgio*). - Cf. *Morcelli, Lex. Epigr.*
— Ordines virorum religiosorum (*Morcelli: Ordini religiosi*) - *V. Benedettino, Camaldolese, Cappuccino, Carmelitano, Domenicano, Francescano, Gesuita, Mercedario, Trinitario...*

Orecchioni: (*infiammazione della glandola parotidea*) Parotidis inflammatio; *vel* parotis, idis, f. (*Plin.*); v. g. parotidas tollere, reprimere, comprimere, cohibere, discutere, linire, sanare (*Plin.*). - Vox « parotis » significat *la parotide o glandola salivare, ed anche l'infiammazione alla medesima* (Cf. *Plin.* XX, 21, 84; XX, 9, 36; XXVIII, 11, 48; XXXV, 17, 57; XX, 1, 2; XXVIII, 7, 23 et al.). Haec tamen vox « parotis, idis, f. » ex graeco fonte ducitur (*παρά* = *presso* - *οὖς, ὠτός orecchio*). Latine dici potest: Salivae glandularum inflammatio (*infiammazione delle glandole salivari*).

Orfanotrofio: Domus pupillaris - Per adjectivum « pupillaris, e » (*Liv. et a.*) significatur: « ad pupillos, *vel* pupillas pertinens » (*riguardante i pupilli, gli orfani*).
— Publicum pupillorum hospitium (*orfanotrofio maschile*); publicum pupillarum hospitium (*orfanotrofio femminile*).
— Domus altrix puellis a pupillatu tutandis (*Morcelli: orfanotrofio femminile*) - Pupillus, i, m. (*Cic. et a.*) et pupilla, ae, f. (*Cic. et

a.) plerumque significant filium, vel filiam suis orbatos parentibus. Pupillatus, us, m. legitur in antiq. inscript. aetatemque, vel condicionem pupillarem significat (*l'età e la condizione pupillare, cioè degli orfani e dei minorenni*).

— Orphanotrophium, ii, n. - Haec tamen vox, e graeco fonte derivata, cadentis est latinitatis (*Cod. Imp. Anast. et Imp. Justinian.*). - Ex graecis vocibus ὀρφανός = *orfano* - τρέφω = *nutrisco*.

Organico: I. Membris instructus naturali ordine digestis; v. g. corpus membris instructum naturali ordine digestis (*corpo organico*). - Animalis, e (*organico vivente*), v. g. corpora animalia (*Lucr.*). - Animantia; gignentia (*esseri organici*). - Vitium naturae (*vizio organico*). - Omnis natura cohaeret; omnis natura mirabili quadam convenientia ac cohaerentia pollet (*Tutta la natura è un meraviglioso complesso organico di cose.* - Cf. *Cic., Nat. Deor.* II, 62, *et* III, 11).

— Non autem hac significatione usurpari potest « organicus », quae vox, e graeco fonte ducta, significat *meccanico, strumentale*, seu ad organum, ad machinam, ad instrumentum pertinens (*Vitruv.*, X, 1 « organicis administrationibus » = *con organici congegni*); itemque significat *suonatore, o fabbricatore di organi musicali* (*Lucr.* V, 335).

II. Societatis, *vel* sodalitatis, *vel* sodalicii ratio, ordo, forma, status (*l'organico di una società*). - In societatis, *vel* sodalitatis, *vel* sodalicii albo inscribi (*essere iscritto nell'organico di una società*); *vel* societatis ordinibus inscribi. - Aliquem in societatis ordinibus inscribere; *vel* aliquem societatis (sodalitatis, sodalicii) ordinibus inscribere.

— *V. Registro, Ruolo.*

Organismo: Corpus; natura concreta, vis concreta (Cf. *Cic., Tusc.* I, 25); corporis concretio, rerum concretio (*Cic.*); animantia gignentia (*esseri organici*); humanae naturae figura, conformatio, temperatio (*organismo umano*).

— Corpus rei publicae; ratio, forma, status, conformatio, temperatio rei publicae (*organismo, organizzazione dello Stato*); rei publicae instituta (*organismi dello Stato*).

Organizzare: Constituere; instruere; comparare; apparare; ordinare; temperare; moderari. - Societatem constituere, ordinare, temperare (*organizzare una società*); rem publicam temperare legibus (*Cic.*) = *organizzare con leggi la cosa pubblica;* annonam temperare (*Suet.*) = *organizzare a prezzo moderato il vettovagliamento;* ad venatio-

nem, *vel* ad venandum omnia apparare atque instruere (*organizzare una partita di caccia*); ludos apparare (*organizzare i giochi*); epulas apparare atque instruere (*organizzare un festino*); insidias instruere; conjurationem facere (*Caes.*) = *organizzare una congiura.*

Organizzazione: Temperatio; ordinatio; moderatio; compositio; forma. - Temperatio rei publicae, *vel* civitatis (*Cic.* = *organizzazione dello Stato*); juris (*Cic.*); corporis (*Cic.*). - Ordinatio rerum omnium (*Plin.*); comitiorum (*Vell.*). - Moderatio mundi; caeli (*Cic.*). - Compositio rerum; membrorum; sonorum; disciplinae; juris pontificalis (*Cic.*). - Forma rei publicae (*Cic.*); futuri principatus (*Tac.*); disciplinae Romanae (*Vell.*).

Organo – Organista: I. Membrum; pars corporis (*organo del corpo*); instrumentum (*mezzo, strumento*), v. g. ciborum instrumenta (*Plin.: organi della digestione*); organum; quae quidem vox, e graeco fonte derivata, significat *a*) machinam, instrumentum, v. g. organa scaenica (*Suet.*); *b*) atque etiam musicum instrumentum.

II. *Organo musicale:* Organum; organa (*Quintil.*); organum musicum; musicum instrumentum, *vel* musices instrumentum; organa hydraulica (*Suet., Ner.* 41 = *organo idraulico*); hydraulus, i, m. (*Cic., Tusc.* III, 18; *Plin.* IX, 8, 8: = *organo ad acqua*).

— *Organista:* Organicus, i, (*Lucr.* II, 412; V, 335 = *organista, suonatore di strumenti musicali*); organi modulator; organi pulsator (*Val. Flacc.*); qui organum tractat, *vel* pulsat; hydraula, ae, *vel* hydraules, ae, m. (*Suet.-Petron.* = *suonatore di organo idraulico*); hydraula et phonascus (*Morcelli:* = *organista e maestro di cappella*).

Orientale: Ad orientem vergens; ad orientem spectans; orienti objectus, a, um; in orientem versus, a, um.

— Orientalis, e; quae vox usurpatur ab Aulo Gellio (saec. II) et a Justino hist. (saec. IV).

Orientamento: Cursus; via ac ratio; propensio; proclivitas; iter; v. g. temporum cursus (*Cic.*), rerum cursus (*Cic.*), rerum temporumque cursus; vitae via (*Cic.*); vivendi via ac ratio; propensio ad summum bonum adipiscendum (*Cic.*); in malis proclivitas (*Cic.*), ad aegrotandum proclivitas (*Cic.*). - Humanae mentis propensio, *vel* proclivitas (*orientamento del pensiero umano*). - Rerum novarum studium, *vel* novitatis studium, *vel* novitatis cupiditas (Cf. *Quint.:* novitatis cupidi) = *orientamento verso ciò che è novità.* - Tanta hodie incessit animos rerum novarum cupido (*orientamento moderno verso la novità*).

Orientarsi: Contendere, se convertere, cursum dirigere ad...; mentem voluntatemque dirigere ad...; mentem voluntatemque convertere ad...

— Viam reperire (*Virg.*), viam invenire (*orientarsi, raccapezzarsi*). - Suam gubernare vitam (*orientarsi nella vita*).

Originale: I. « Meus sum »; haec locutio duas habet significationes: *a*) *sono libero di me, padrone di me stesso; b*) itemque: *sono originale nello scrivere*. Ita pariter dicendum de locutionibus: « Tuus es », « Suus est » - « Sententias interpretari perfacile est: quod quidem ego facerem, nisi plane esse vellem meus » (*Cic., Leg.* II, 7 = *se non preferissi essere originale*).

— Nativus; v. g. nativa verba (*Cic.* = *parole non importate*); nativus sensus (*Cic.* = *che viene da natura*); nativus lepos (*Nep.* = *originalità, naturalezza e grazia*); nativus Bibliorum codex (*Acta Leonis* = *codice originale della Bibbia*).

— Primigenius (*Varr.-Cic.*), primigenus (*Lucr.*) = *originario, il primo di tutti;* v. g. primigenia Bibliorum exemplaria. - *Graece:* Archetypus, a, um (*Martial.-Juvenal.*); archetypum, i, n. (*Varr.-Plin.*); quod est ex graecis vocibus *ἀρχή* = *principio* - *τύπος* = *tipo, forma.*

— Ingenium plane singulare (*Sen.* = *un ingegno originale*); ingenium ex se fertile (*Idem*); mirum caput (*Ter.* = *un tipo originale, un bel tipo*); natura propria ac singularis (*originalità di carattere*); propria ac singularis indoles (*carattere, qualità innata, originale*), v. g. ad virtutem, ad dicendum (*Cic.*).

II. *Peccato originale:* peccatum congenitum; peccatum originis; primigenia noxa (*Vallauri*). Hereditaria labes; peccatum hereditarium.

— Post miserum Adae casum, universum fuit hominum genus hereditaria labe infectum.

— Adjectivum « originalis, e » serioris est latinitatis (*Apul.-Macrob.*).

Orizzontale – **Orizzontalmente**: Aequus (*piano*); directus; libratus (*Cic.* = *in equilibrio orizzontale*); aequus ad libellam (*Varr.* = *livellato*). - Ad libellam dirigere (*disporre orizzontalmente*).

— Recte (*Cic. et a.* = *orizzontalmente, direttamente*); directo, *vel* directe (*Cic.* = *in linea retta, ed anche orizzontalmente*). - Ad libellam (*Vitr.* = *a livello, orizzontalmente*); *vel* ad libram (*Idem*).

Orizzontarsi: *V. Orientarsi.*

Ormeggiare – **Ormeggio**: V. *Amarrare, Amarraggio.*

Ornitologia – **Ornitologo** – **Ornitologico**: Avium descriptio; de avi-

bus doctrina, scientia, disciplina. - *Graece:* Ornithologia, ae, f. (*ὄρνις = uccello - λόγος = discorso*).

— Ornithologiae cultor, studiosus, peritus, professor, doctor; ornithologus.

— Ad avium descriptionem pertinens, *vel* attinens. - *Graece:* Ornithologicus; a, um.

Orografia – Orografico: Montium descriptio; de montibus ratio ac doctrina. - Ad montium descriptionem pertinens, *vel* attinens. - *Graece:* Orographia, ae, f.; orographicus, a, um. (*ὄρος = monte - γράφω = scrivo*).

Orologeria: Horologiorum fabrica, *vel* officina (*dove si fanno o si accomodano gli orologi*). - Horologiorum taberna (*dove si vendono*). - Horologii machinatio, onis, f. (*congegno dell'orologio*).

Orologiaio: Horologiorum fabricator, *vel* opifex, *vel* artifex (*chi fa orologi*).

— Horologiorum venditor, negotians, negotiator (*chi li vende*); horologiorum institor (*chi li vende al minuto*). - Horologiorum refector (*chi li accomoda*).

Orologio: Horae, arum, f. pl.; v. g. « Cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphaeram, ut horas, ut alia permulta, non dubitamus quin illa opera sint rationis » (*Cic., Nat. Deor.* II, 38).

— Horologium, ii, n. (*Cic. et a.*). - Facilius inter philosophos, quam inter horologia conveniet (*Senec., Apocol.*, 2 = *Sarà più facile trovare d'accordo i filosofi che gli orologi*).

— Solarium, *vel* horologium solarium (*Varr.-Plin. et a.*); *vel* sciothericon, i, n. (*Plin.*) = *orologio a sole, meridiana.*

— Horologium aquarium *vel* hydraulicum; *vel* clepsydra, ae, f. (*Cic.-Vitruv.*) = *orologio ad acqua.*

— Horologium ex arena (*orologio a polvere*). - Manuale horologium (*orologio a mano*).

— Horologium perpendiculo actum; *vel* horologium perpendiculi libramento actum (*orologio a pendolo*). - *V. Pendolo.* - Hoc loco in nonnullis lexicis ponitur: « horologium oscillatorium » (*Mariano*). Vox tamen « oscillatorius, a, um » apud nullos legitur latinitatis scriptores.

— Horarum iudex (*mostra dell'orologio*); gnomon, onis, m., *vel* umbrae indagator (*Vitruv.*) = *ago della meridiana;* horologii lanceolae, *vel* horarum lanceolae (*lancette dell'orologio*). - Vox « lanceola, ae, f. » legitur apud Apulejum.

— Horologio machinationem dare; *vel* horologii machinationem age-

re (*caricare l'orologio*). - « Machinationem dare alicui » legitur apud Ciceronem (*Nat. Deor.*, II, 48).

Orpellare: Aliquid aurea bractea illinere, *vel* oblinere; alicui rei auream bracteam inducere, obducere, illinere (*orpellare in senso proprio*).

— Calamistros adhibere (*Cic.* = *adoprare artifizii e soverchio ornamento nell'espressione*); illa calamistris inurere (*Cic.*); calamistris ornare, exornare. - Veritatem tegere, occultare, dissimulare (*orpellare, mascherare la verità*); obtegere errata (*Plaut.*); colorare aliquid aliqua re (*Val. Max.* = *mascherare, orpellare*). - Dissimulatio; fucus; fallaciae (*orpellatura*).

Orsoline: Ursulana societas, *vel* sodalitas; ursulana sodalitas ab Angela Mericia condita (*Congregazione delle Orsoline*).

— Angela Mericia Virgo auctor et magistra sodalitatis Ursulanae (*Morcelli*).

— Ursulanam societatem domi professa (*Idem: Orsolina in casa*); sacra virgo Ursulanam sodalitatem domi professa.

— Sodalitatis Ursulanae magisterium gerere (*Idem: aver la direzione delle Orsoline*).

Ortodossia: Vera religio; recta religio; recta de religione doctrina; recta de religione praecepta. - *Graece:* Orthodoxia, ae, f. (ὀρθός = *retto, diritto* - δόξα = *opinione*).

Ortodosso: Verae religionis assecla, sectator, assectator - *Graece:* Orthodoxus (*Cod. Just.*).

Ortografia: Recte scribendi ratio, ars, scientia, doctrina. - *Graece:* Orthographia, ae, f. (*Svet.-Quintil. et a.*). « Orthographiam, id est formulam rationemque scribendi, a grammaticis institutam, non adeo custodit » (*Suet., Aug.* 88). - Ex graecis vocibus constat ὀρθός = *retto* - γράφω = *scrivo*.

Ortografico: Ad recte scribendi rationem pertinens. - *Graece:* Orthographus, a, um (*Capell.*); orthographicus, a, um.

— Scripturae mendum, i, n.; scripturae menda, ae, f. (*errore ortografico*). - Scripturae mendum liturâ tollere, *vel* delere (*cancellare un errore ortografico*). - Formula ratioque scribendi (*Suet., Aug.* 88: = *regole ortografiche*).

— Mendosus, a, um (*pieno di errori ortografici - pieno di difetti, scorretto, inesatto*). - Vox « mendosus » significat etiam *che fa errori ortografici, che sbaglia scrivendo;* v. g. « cur servus societatis, qui tabulas conficeret, semper in Verruci nomine certo ex loco mendosus esset » (*Cic., Verr.* II, 188).

— Mendose (*Cic. et al.* = *con molti errori, scorrezioni*); v. g. mendose scribere (*Cic.*); mendosissime scriptum (*Cic.*).

Oscuramento: Obscuratio (*Cic. et a.*); quae vox sive propria, sive translata significatione usurpatur - Caligo (*Cic. et a.*) item usurpatur propria ac translata significatione; v. g. « caeca caligo mentis » (*Catull.*), « offundere alicui multum caliginis et perturbationis » (*Sen.*) - Caligatio (*Plin.*); v. g. caligatio oculorum - Caecitas (*Cic. et a.*); v. g. oculorum, mentis, animi caecitas. - Obumbratio vox est serioris latinitatis (*Arnob.*).

— *Legge dell'oscuramento di guerra.* Lex bellica de obscurandis luminibus, *vel* de luminibus extenuandis. « Multis in nationibus ob nocturnas aëronavium incursiones, quae hinc inde ab inimicis perpetrantur, lege cautum est ut omnia restinguantur vel obstruantur lumina, ne facilius urbes, oppida, pagi irruentium e caelo hostium offensionibus pateant » (*Acta Ap. Sedis* 1940, p. 529).

— *V. Coprifuoco.*

Oscurantismo – Oscurantista: Lucifugus (*Cic.*); qui odit lucem tenebrisque gaudet; progredientis doctrinae osor; lucem perosus (*oscurantista*).

— Progredientis doctrinae lucem abnuere, renuere, fastidire, detrectare (*essere oscurantista*).

— Progredientis doctrinae odium, taedium, fastidium; lucis odium, fuga, taedium, fastidium (*oscurantismo*).

— *V. Misoneista, Misoneismo, Retrogrado.*

Oslo: Oslaum, i, n. - Christianopolis (= *Cristiania*) = *Cap. della Norvegia.*

Ospedale: Valetudinarium (*Cels.-Sen.*); publicum infirmorum hospitium; hospitalis infirmorum domus; hospitales infirmorum aedes.

— E graeco fonte: Nosocomium (*Cod. Justinian.*); xenodochium, *vel* xenodocheum (*ospedale per forestieri*). - Ex graecis vocibus *νόσος* = *malattia* - *κομέω* = *curo; ξένος* = *forestiero* - *δέχομαι* = *ricevo.*

Ossario: Ossuarium, ii, n. (*Inscript. ant.*). - Ossuarium bello caducorum (*ossario di guerra*).

— Ossarium, ii, n. (*Inscript. ant.*).

Osservatorio: *V. Specola.*

Ossido – Ossidare – Ossidarsi: Robigo, inis, f. (*ruggine dei metalli e delle biade*); animorum robigo (*Senec.* = *in senso figurato*), ingenium longa robigine laesum torpet (*Ov., Trist.* V, 12, 21).

— Aerugo, inis, f. (*verderame; ed anche livore, cupidigia, avarizia*).

- Ferrugo, inis, f. (*ruggine del ferro; color ferrigno, verdecupo*). - Cadmia, ae, f. (*Plin.* = *ossido di zinco*).

— Situs, us, m. (*ruggine, muffa, sporcizia, trascuratezza*); v. g. ferrum situ carpitur (*Senec. Rhet.*), marcescere otii situ (*Liv.*), squalere situ ac rubigine (*Quint.*).

— Robiginem inducere alicui rei, in aliquid; *vel* obducere alicui rei (*Plin.*); robiginem trahere, *vel* contrahere (*Idem*); robigine consumi, obduci, rodi (*Sen.*); situ carpi (*Idem*) = *ossidare, ossidarsi.* - Situs periculum adire (*Sen.* = *essere in pericolo di ossidarsi*); affricare alicui robiginem suam (*Sen., Ep.* VII, 7 = *attaccare la ruggine*).

— Robiginosus; aeruginosus (*Plaut.-Sen.*); situ squalens (*Plin.*); longa robigine laesus (*Ov.*) = *ossidato, ed anche inerte, infiacchito nell'ozio.*

Ossigeno - Ossigenare - Ossigenato: Oxygenum, i, n., *vel* oxygenium, ii, n.; quae vox ex graeco fonte deducitur ac vi etymologiae significat *generatore di acidi* (ὀξύς - γεννάω).

— Oxygeno imbuere (*ossigenare*); oxygenum imbibere (*ossigenarsi*); salubrem reddere, *vel* spirabilem reddere (*in senso lato*), v. g. aërem, *vel* aëra, locum.

— Spirabilis; salubris (*ossigenato, salubre*), v. g. spirabilis aër, spirabile caelum.

— Aqua oxygeno medicata (*acqua ossigenata*).

Ostensorio: Theca Augusto proponendo Sacramento.

— Sphaera augusta (*O. Jozzi, Lex. Epigr.*).

— Theca radiata; radiata augusti Sacramenti theca; v. g. Sacramentum Augustum e radiata theca publicae venerationi proponitur (*L'augusto Sacramento, racchiuso nell'ostensorio, viene esposto alla pubblica adorazione*). - « Radiatus, a, um » (*cinto di raggi o raggera*); v. g. sol radiatus (*Cic.*), caput radiatum (*Plin.*).

— Ostensorium (*Lat. Eccles.*).

Osteologia: Ossium descriptio; ossium ratio ac doctrina. - *Graece:* Osteologia, ae, f. (*ὀστέον* = *osso* - *λόγος* = *discorso*).

Ostetrica: Obstetrix, icis, f. (*Plaut.-Ter.-Hor.*) = *levatrice.*

Ostetricia: Ars obstetricia; obstetricia disciplina, doctrina, ars. - Obstetricia, orum, n. pl. (*Plin.*, XXXV, 11, 40, n. 33) = *ufficio dell'ostetrica.*

Ostruzionismo e Ostruzionista: Qui omni ope officit, obstat, obsistit (alicui; consiliis; coeptis alicujus); intercedere alicui, legi... (*fare opposizione a una legge, ad una pubblica autorità*).

— Interpellare aliquem ne ... quominus ... (*Liv.*); interpellare aliquem in suo jure (*Cic.*); interpellare comitia (*Liv.*); interpellare operam alicujus etc. ... (*fare l'ostruzionismo, impedire lo svolgimento di qualche cosa*). Fere idem significant verba « interpellator », « interpellatio » (*Cic.*).

Otalgia – **Otalgico**: Aurium dolor; ad aurium dolores pertinens, attinens. - *Graece:* otalgia, ae, f.; otalgicus, a, um. (*οὖς, ὠτός = orecchio - ἄλγος = dolore*).

Otite: Aurium inflammatio, nis, f. - *Graece:* Otites, is, f. (*οὖς, ὠτός = orecchio*).

Otorinolaringoiatra: Aurium, narium gutturisque medicus. - Aurium, narium gutturisque medicus peritissimus.

Ottacordo – **Ottaedro** – **Ottagonale** – **Ottagono**: Octachordos, *vel* octachordon, m. f. n. (*Vitruv. = strumento a otto corde*); octaedros, *vel* octahedros, i, m. f. (*Cappell. = ottaedro*); octagonos, octogonos (*Vitruv.*), octangulus (*Apul.*), octagonon, i, n. (*ottangolare, ottagono*).

Ottawa: Octavia, ae, f. (*Capoluogo del Canadà*).

Ottavario: Supplicatio dierum octo, *vel* supplicatio in octavum diem (*Morcelli*).

— Quod quattuor menses non pluisset supplicatio in urbe dierum octo indicta (*Idem: ottavario per la pioggia*).

— Numini aeterno erga pios manes amissorum fratrum placando justa anniversaria in octavum diem - Admissis defunctorum expiandis in octavum diem supplicatio (*Idem: ottavario dei morti*).

Ottica – **Ottico**: Optice, es, f. (*Vitruv.* I, 1); optica ars, *vel* disciplina (*Ottica*).

— *Ottico: V. Oculista.*

Ottone: Orichalcum, *vel* aurichalcum, i, n. (*Cic. et a.*) - Otho, onis, m. (*Suet. et a. = nome proprio*).

Ovo: (*cercare il pelo nell'*): Nodum in scirpo quaerere (*Ter.-Enn.-Plaut. = cercare il nodo nel giunco*).

— *V. Ab ovo.*

Ozena: Ozena, ae, f. (v. gr. *ὄζειν = puzzare*) = *termine medico indicante un'affezione purulenta e graveolente delle mucose nasali.*

Ozono: Ozonium, ii, n. (v. gr. *ὄζειν = puzzare*) = *modificazione dell'ossigeno a mezzo dell'elettricità; l'ossigeno così elettrizzato ha un cattivo odore, d'onde il nome.*

P

Pace armata e Militarismo: Pax procincta; pax armata ac veluti in procinctu. - Procinctus, a, um (*Fest.*) idem est ac ad proelium instructus, a, um. Procinctus, us (*Tac.-Plin.*) est apparatus militaris.

— Pax innixa armis.

— « ... Supremam legem rerum humanarum statuunt vim esse: eamque ob causam certatim intenditur undique militaris instrumenti immanitas; unde ejusmodi pax exsistit, cujus detrimenta perniciosissimum quodque bellum exaequent » (*Acta Leonis* 1902, p. 62).

— « Districta minaciter arma ad alendas sunt, quam ad tollendas simultates ac suspiciones aptiora; percellunt animos sollicita expectatione rerum futurarum, atque illud nominatim pariunt incommodi, ut cervicibus populorum imponantur onera, incertum saepe utrum tolerabiliora bello » (*Acta Leonis* 1889, p. 48) - *V. Militarismo e Corsa agli armamenti.*

Padella: I. Sartago, inis, f. (*Juvenal.-Plin. = padella*); patella, ae, f. (*Hor. et a. = tegame, padella*).

II. Lasanum, i, n. (*Hor.*); scaphium, ii, n. (*Juvenal.-Martial. = padella da letto*).

— « Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim »; quod vulgatum proverbium incerti auctoris significat: *cadere dalla padella nella brace.*

Padrino: Lustralis, *vel* lustricae generationis parens; a lustrali generatione parens; sacra affinitate cognatus; patres matresque a baptismate (*Acta Ap. Sed.* 1943, p. 201: *Litt. Enc.* « Mystici Corporis » = *padrini e madrine del battesimo*) - Bembus in Ep. I scribit: « Me in filio suo initiando compatrem appellavit ». Vox tamen « compater » infimae est latinitatis.

Padronale: Herilis, e (*Virg.-Hor. et a.*), *vel* erilis.

Paesista: (*pittore di paesaggi*). Pictor topiarius (*Luciano, Nuovissimo Vocabolario Fraseol. Ital.-Lat.*) - Adjectivum topiarius, a, um (*Cic. et a.*) significat: *attinente a giardinaggio, alberi, fiori artisticamente disposti, viali* ecc. ...

— Pictor amoenae picturae, *vel* amoenioris picturae (*Morcelli*).

Paganesimo - Pagano: Ethnicus; gentilis. Hoc adjectivum apud *Cic.* et alios significat *del medesimo ceppo o lignaggio;* apud Prudentium vero, Hieronymum ceterosque christianos scriptores significat *pagano.* Idem dicendum est de adjectivo, e graeco fonte derivato,

« ethnicus, a, um » (*Tert.-Hier. et a.*) - Deorum cultor; idolorum cultor (*pagano, idolatra*).

— Deorum cultus, *vel* idolorum cultus (*paganesimo*); ethnicorum cultus, instituta, mores, errores etc. ... (*Acta Leonis*).

— *Neopaganesimo;* Qui ethnicorum errores eorumque ducendae vitae rationem renovant, efferunt, praedicant, jactant - « Superbia recentiorum, contempto christianae sapientiae lumine, ad ethnicae vetustatis deliramenta regreditur » (*Acta Leonis*). - « Sapientiae disciplinaeque, a I. Christo Redemptore mortalibus traditae, fastidium quoddam vecors et contumax in vitam hominum apparet invasisse, non sine meditato regressu ad ingenium atque instituta miserorum ethnicorum. Talem animorum habitum non ambigue prae se ferunt mores plurimorum, itemque leges, publice instituta, philosophia, artes ingenuae, ipsaemet non raro ad sacrilegum projectae scelus humaniores litterae » (*Acta Leonis* 1903, p. 362).

Paggi: Pueri ad Aulae ministerium delecti (*C. Boucheron, Inscriptiones*).

— Pueruli ad Augusti Sacramenti ministerium delecti (*paggetti del Ssmo Sacramento*).

Pakistan: Pakistania, ae, f. (*vasta regione dell'India proclamata indipendente nel 1947*).

Palafitta: Palatio, onis, f. « Alnus in palustribus locis, infra fundamenta aedificiorum palationibus crebre fixa, sustinet immania pondera structurae » (*Vitruv.* II, 9).

— Sublica, ae, f. *vel* sublicium, ii, n.; quod dicitur praesertim de trabibus, quae in alveo fluminis defixae, pontem sustinent (*Caes.-Liv.-Vitruv.*).

Palafreniere: Strator, oris (*Ulp., Dig.*), *seu* qui dominum in equum sustollit; agaso, onis (*Liv. et a.*), *seu* equorum ductor et custos; servus a pedibus; equorum, *vel* stabuli curator (*Vallauri*).

Palafreniere Pontificio: (*presentemente ha l'ufficio di sediario*) *V. Sediario Pontificio.*

Palatino: *V. Guardia Palatina.*

Palchetti degli scaffali: Loculamenta (*Senec.*). *V. Scaffale.*

Paleografia – Paleografo: Antiquorum codicum interpretatio; antiquarum litterarum interpretatio - Antiquorum codicum interpretator (*paleografo*).

— E graeco fonte: palaeographia; palaeographus (*paleografia, paleografo* - *παλαιός* - *γράφω*).

Paleontologia – Paleontologo: Fossilium reliquiarum investigatio, per-

vestigatio, perscrutatio; fossilium pervestigatio; fossilium investigatio ac doctrina. - *Graece:* Palaeontologia, ae, f.

— Fossilium reliquiarum investigator; fossilium investigator; palaeontologiae cultor, doctor, peritus, studiosus; palaeontologus, i, m.

Palingenesi: Iterata generatio; nova generatio; in alias formas mutatio, immutatio, conversio, transitus.

— *Graece:* Palingenesia, ae, f. (*Myth. Lat.*); palingenesis, is, f.; metamorphosis (*Ovid. et a.*). - πάλιν = *di nuovo* - γένεσις = *nascita.*

Palinodia: Palinodia, ae, f.; quam graecam vocem Lexicon Forcellinianum apte interpretatur « contrarium cantum, recantationem, retractationem ». - Vocabulum « palinodiam » graecis litteris usurpat Cicero, latinis Macrobius et a.; v. g. « palinodiam canere » (*Macrob., Saturn.* VII, 5).

— Recantare (Cf. *Hor., Carm.* I, 16, 27) = *disdire, ritrattare, far la palinodia.* - Retractare (*Virg.-Plin. et a.*) = *ritrattarsi, disdire il già fatto o detto* (παλινῳδέω).

Palinsesto: Codex abrasus; codex erasus. - *Graece:* Palimpsestus, i, m. (πάλιν = *di nuovo* - ψάω = *raschio, astergo*). Quae graeca vox usurpatur a Cicerone (*Fam.* VII, 8) et a Catullo (XXII, 3).

Paliotto: Arae amiculum (*Vallauri*). - Aptius dixeris: Arae pallium; arae palliolum; pallium arae praepositum.

Palla: *V. Giocare.*

— Oblatam occasionem arripere, nancisci, captare (*Cic. et a.*) = *prender la palla al balzo.*

— Sacri calicis operimentum; *vel* calicis operimentum, tegumentum, tegimentum, tegmentum; *vel* lineum sacri calicis tegimentum etc... = *piccolo lino con cui si copre il calice.*

Palombaro: Urinator, oris (*Liv.* XXXXIV, 10) est qui in aquam mergitur et sub ea natat mercibus extrahendis, quae forte jactatae fuerint.

— Urinor, aris etc. (*Varr. et a.*) = *fare il palombaro, nuotare sott'acqua.* - *Scafandro del palombaro*: *V. Scafandro.*

Panacea: Panacea, ae, f.; *vel* panax, acis, m. (*Virg.-Plin. et a.* = *erba che guarisce ogni male*). - Panchrestum medicamentum (*Cic.* = *in senso letterale e figurato*). Adjectivum « panchrestus, a, um » ex graeco fonte significat utilissimum. (πάγχρηστος).

— Omnes panchresto medicamento sibi amicos reddere (Cf. *Cic., Verr.* V, 65 = *col denaro, quale panacea, farsi tutti amici*).

Panama: Panamia, ae, f.; Panamensis Natio, *vel* Respublica. - Panamopolis (*Panama, città capitale*).

Panereccio – **Patereccio:** Redivia, *vel* reduvia, ae, f. (*Cic. et a.*); *graece:* paronychia, orum, n., *vel* paronychae, arum, f. (*Plin.* - *Petron. et a.*); hoc est abscessus circa radices unguium (*παρά* = *presso* - *ὄνυξ* = *unghia*).

Panfilo – **Panfilio** – **Panfano:** Panphilum navigium (*panfilo, in inglese yacht, e cioè rapido e lussuoso piroscafo in uso di sovrani, miliardai ecc. ...*). - *V. Yacht.*

— Navis praedatoria (*panfilio o panfano, nave da preda e da guerra del sec. XIV*). - Navis incendiaria (*panfano, nave da guerra e da preda, usata per incendiare le navi avversarie*).

Panforte: Senensis mellita placenta; Senense libum (*panforte di Siena*).

Pangrattato: Panis rasus; panis tritus; panis rasus jusculoque dilutus (*pangrattato a uso di minestrina*).

Panino: Pastillum, i, n. (*Varr.*); pastillus, i, m. (*Plin.*).

— Pastillum obsonio, *vel* pulmento farctum (*panino imbottito*); pastillum farctum, *vel* fartum (*sandwich, voce inglese dedotta da J. Montague, Conte di Sandwich,* m. 1792).

Panorama: Prospectus, us, m. - Porticus prospectu pulcherrimo (*Cic.* = *portico da cui si gode una vista o panorama magnifico*).

— Loca, quae circumspiciuntur; loca, quae circum undique oculis occurrunt.

Pantalone (*maschera veneziana*): Ridicularius ludio Venetum morem effingens (*Vallauri*). - Ridicularius Venetorum ludius, *vel* ludio, onis.

Panteismo: Doctrina omnia Deum esse affirmans; ratio eorum, qui Dei Numen universae rerum naturae miscent.

— « Quod nihil est aliud, quam divinae naturae absurdam quandam speciem retinere, veritatem tollere » (*Acta Leonis* 1884, p. 54) - *Graece:* Pantheismus, i, m. (*πᾶν* = *tutto, sostantivo* - *θεός* = *Dio*).

Papa: Pontifex Maximus; Antistes sacrorum Maximus; Parens et magister christianorum; Parens christiani nominis; Publicus catholici nominis Parens (*Morcelli*) - Summus christianae religionis Antistes; christiani nominis Magister Maximus; Summus christianae reipublicae Moderator, Rector, Princeps, Parens, Gubernator amplissimus; Summus christianae religionis Interpres, Magister; christianae rei arbiter; christianae familiae caput; Iesu Christi Vicarius; Summus Pontifex; Augustus Pontifex.

— *Eleggere il Papa:* Summum Pontificatum (Sacrum Principatum, summum augustissimumque sacerdotium) alicui credere, concre-

dere, deferre; Pontificem Maximum aliquem dicere, eligere, deligere, creare, renuntiare; ad Summi Pontificatus fastigium aliquem evehere, provehere; ad totius Ecclesiae gubernacula moderanda (ad Petrianae navis gubernacula regenda) aliquem vocare.

— *Coronare il nuovo Papa:* Pontificem Maximum sacrorum sollemnibus initiare; Summi Pontificatus diademate redimire, *vel* triplici Supremi Pontificatus diademate aliquem redimire.

— *Esser Papa:* Christiani sacerdotii principatum obtinere, tenere, gerere; Pontificem Maximum agere; Iesu Christi Regno in terris praeesse; Iesu Christi vices (personam) in terris agere, sustinere; christianam rempublicam moderari; christianae reipublicae gubernacula tractare, regere, moderari.

Pappardelle: *V. Lasagne.*

Paracadute: Lapsus moderamen, inis, n.; lapsus moderamine uti (*usare il paracadute*). - Umbraculum de caelo labentium tutamen. - De caelo labentium tutamen, tutamentum, tutaculum. - Tutamentum usurpatur a Livio; tutamen a Virgilio; tutaculum a Prudentio.

— Cum velivoli pinna ex improviso diffracta esset, lapsus moderamine usus, lento de caelo volatu terram attigi (*Essendosi rotta un'ala dell'areoplano, per mezzo del paracadute volando lentamente ho toccato terra*).

Paracadutisti: Milites lento ex caelo volatu labentes (lapsi); illapsi (illabentes) ex caelo milites.

— Si non agitur de militibus: nautae lento ex caelo volatu labentes (lapsi); illapsi (illabentes) ex caelo nautae.

— Milites, *vel* nautae velis e caelo labentes (lapsi, illapsi) = *soldati o volatori scendenti a vela.*

Paracentesi: Perforatio (*Cels.*); terebratio (*Colum.*). - *Graece:* Paracentesis, is, f. (*παρά = al di là - κεντεῖν = forare*) = *perforazione chirurgica, che si fa per toglier liquido.*

Paradiso: Aevi sempiterni beatitas; pax aevi sempiterni; sempiternae beatitatis sedes; caelestium sedes; Regia caelestis; caelestis Curia; Superum patria; caelitum Regnum.

Paradosso: Paradoxon, *vel* paradoxum, i, n.; paradoxa, orum, n. pl. (*Cic.*). Vox est e graeco fonte ducta, quam Cicero hisce verbis latine interpretatur: « quae, quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam παράδοξα appellantur... (*Parad.* I).

— Sententia inopinata a communique sensu abhorrens.

Paraferna - Parafernale: Paraferna, orum, n. pl. (*Ulp.* = *sopraddote - beni estradotali*). - Quae vox ex graeco fonte ducitur (παρά-

φερνα = *beni estradotali, dei quali la sposa ha l'amministrazione e il diretto godimento*). - Paraphernalis, e; v. g. bona paraphernalia.

Parafulmine: Adversus fulmina munimentum, *vel* munimen.
— Ad fulmina munimen. - Virgilius scribit: ad imbres munimen (*difesa contro la pioggia*).
— « Qui valet indomitum frenis compescere fulmen,
Tutaque tecta jubet ferrato lambere cursu,
Praeceps, innocuumque cava se condere terra;
Destitit hic numquam caeptis audacibus impos,
Nec cecidere manus, quae vel majora minantur ».
(« *Inventa et mores* », *carmen Antonii Giovannini, praemio aureo donatum in certamine Hoeufftiano*, p. 10).

Paragrafo: Paragraphus, i, m. et f. (παράγραφος).

Paraguay: Paraquaria, ae, f.; Paraquariana Natio, *vel* Respublica. - Assumptionopolis (*Asuncion, capitale del Paraguay. - Lat. di Curia*).

Paralasse: Paralaxis, is, f. (*Vallauri, v. gr.*).

Paralisi - Paralitico: *V. Apoplessia.*

Parallelamente: Paribus intervallis. - Eadem ratione; eadem fere ratione; ita pariter...

Parallelepipedo: Parallelepipedus, a, um (*Boët.*); parallelepipedum, i, n.

Parallelismo: Similitudo; similitudinis ratio; aequabilis ratio. - Aequilatatio (*Vitruv. = uguale disposizione in larghezza*).

Parallelo: Aeque distans; paribus intervallis distans; paribus intervallis dispositus; v. g. lineae aequis intervallis dispositae, *vel* paribus intervallis dispositae (*linee parallele*). - *Graece:* Parallelus, a, um; v. g. lineae parallelae (*cf. Vitruv.*, V, 8); circuli paralleli (cf. *Plin.*, VI, 33, 39) - παράλληλος.

Parallelogramma: Parallelogrammon, i, n. (*Boët.*); parallelogramma, atis, n. (παράλληλος - γράμμα).

Paralogismo: Falsa ratio; falsa ratiocinatio. - Vitiose ratiocinari; vitiose concludere (*fare paralogismi*).

Paralume: Luminis umbraculum. - Lucernae umbraculum; lampadis umbraculum; candelabri umbraculum.
— Lampadis lucem umbraculo moderari, *vel* temperare (*mettere il paralume*).

Paranoia: Amentia; dementia; insania. - *Graece:* Paranoia, ae, f. (παρά = *fuori* - νοῦς = *mente*).

Pareggio: Aequatio, onis, f. (*Cic.-Liv.*); v. g. acceptorum expensarumque aequatio (*pareggio del bilancio*); *vel* acceptorum datorumque aequatio.

— Acceptorum expensarumque ratio convenit; acceptorum datorumque ratio constat (*il bilancio è in pareggio*).

Parenchima: Parenchyma, atis, n. (*t. med.* - v. gr. *παρέγχυμα* = *infusione*) = *la sostanza interna delle viscere e delle glandole, così detta perchè gli antichi la credevano prodotta da uno stravaso del sangue.*

Parenetico: *V. Esortativo.*

Parentesi: Interpositio (*Quintil.*); interclusio (*Idem*). - *Graece:* Parenthesis, is, f. - « Quam nos interpositionem, vel interclusionem dicimus, Graeci παρένθεσιν vocant » (*Quintil.*, IX, 3).

— Parenthesin ponere, inchoare, concludere (*fare una parentesi; aprire, chiudere una parentesi*). - Parenthesis notae sunt duo semicirculi se invicem respicientes (*i segni della parentesi*).

Paresi: Paresis, is, f. (*t. med. - v. gr.* πάρεσις = *rilassamento, debolezza*) = *lieve paralisi, consistente nell'indebolimento della contrattilità degli organi.*

Parlamento: Publicus legumlatorum coetus (*Acta Leonis*); *vel* publicus coetus legibus ferendis.

— Legati populares legibus ferendis (*Deputati al Parlamento*).

Parmigiano: Parmensis caseus.

Parodia: Ridicula carminis imitatio; ridicula alicujus rei imitatio; poëma, carmen... in ridiculum deflexum. - Carmen per ridiculum detorquere (*fare la parodia di una poesia*). - *Graece:* Parodia, ae, f. - *παρῳδία* - (*Pseudo-Ascon. in Cic., Verr.*, II, 10).

Parotide: *V. Orecchioni.*

Parquet: (*pavimento di legno*): Pavimentum durateum; ligneum pavimentum.

— Coassatio, *vel* coaxatio (*Vitruv.-Plin.* = *tavolato, assito*) seu contextus tabularum supra trabium contignationem - Coassare, *vel* coaxare (*Vitruv.*), *vel* axibus contabulare (*Suet.* = *coprire con assi, pavimentare con assi*). - Axibus compingere, *vel* consternere solum (*Col.*) - Contabulare pavimentum querneis axibus (*Plin.* = *pavimentare con legno di quercia*).

— (*Parquet vero e proprio*): E ligneis tessellis pavimentum; *vel* e durateis tessellis pavimentum. - Coaxare, *vel* coassare, *vel* contabulare tessellis pavimentum; ligneis (durateis) tessellis compingere pavimentum (*fare un parquet*).

Parrocchia - Parroco ecc.: Curia (*Morcelli: parrocchia*). - Romana civitas in plures « curias » inde ab originibus distribuebatur, quas qui participabant « curiales » vel « curiati » dicebantur; qui vero singulis curiis praeerant, « curiones » vocabantur, erantque sacerdotes, qui pro sua cujusque curia sacris operabantur. Quapropter facile intellectu est cur latinitatis cultores optimi, cum superiore, tum nostra etiam hac aetate, *parrocchia* « curiam » latine reddant, *parrocchiani* « curiales, curiatos » appellent, *parroco* vero « curionem » nuncupent.

— Curiae templum; curiae aedes; sacra curiae aedes; curiale templum; curialis aedes (*Morcelli: chiesa della parrocchia*).

— Curialis; curiatus (*Idem: parrocchiano*).

— Curio, onis (*Idem: parroco*).

— Curio sacra in subsidium administrans (*Idem: vicario coadiutore*); curio minor, *vel* curionis adjutor (*Idem: cappellano*).

— Curio infulis exornatus (*Idem: parroco mitrato*).

— Curiae domus, *vel* sedes; curionis domus, *vel* sedes; curialis domus (*la canonica*).

— E graeco fonte: Paroecia, ae, f.; Parochia, ae, f.; quae tamen vocabula, e graeco fonte derivata, serioris sunt latinitatis (*S. August.-Hieronym. et a.*), apud quos Episcopi, vel Parochi dicionem significant. - Item ex graeco fonte: Parochus, i, m.; quae tamen vox significat *provvigioniere, impiegato dello Stato, il quale doveva accogliere, albergare e nutrire i magistrati in viaggio* (*Cic.-Hor.*); *convitatore; ospite* (*Hor.*). - *Cf. Forcellini.*

Partecipazione: *V. Comunanza.*

Partenogenesi: Parthenogenesis, is, f. (*v. gr.* *πάρθενος* = *vergine* - *γένεσις* = *generazione*) = *generazione per uova non fecondate.*

Parziale: I. Mancus (*incompiuto*), *vel* mancus et inchoatus. - Curtus (*manchevole ed anche non equanime*); v. g. tegula (*Prop.*), dolia (*Lucr.*). - Parte sumptus, parte acceptus... (*preso in senso parziale*). - Luna parte sui delitescit (*ecclisse parziale di luna*).

II. (*Non giusto, non equanime*) Parti favens; parti obnoxius; alicuius partis studiosus; non integer; non justus; iniquus. - Non aequo animo esse; iniquo animo esse (*esser parziale, ingiusto*); aequo animo non judicare (*esser parziale nel giudicare*); quasi curta sententia (*Cic.* = *sentenza parziale, unilaterale*).

Parzialità: Partium studium; alicuius partis studium; nimium et effrenum partium studium (*sfrenata parzialità, o partigianeria*); non aequus animus; iniquus animus erga aliquem (*parzialità contro*

uno); gratia, *vel* favor et gratia; gratiae crimen (*delitto di parzialità o favoreggiamento*); iniquitas; judicii iniquitas (*giudizio parziale*); aliquid iniquitate judicii comprobare (*approvare con parzialità*).

— *V. Favoritismo.*

Pascià: Satrapa, ae, *vel* satrapes, ae, *vel* satrapes, is, *vel* satraps, is, m. (*personaggio di grande importanza presso i Persiani ed altri popoli orientali*).

— *Vivere da gran pascià:* Sumptuose molliterque vivere; splendide opipareque vivere.

Pasqua: Sollemnia Paschae; Sollemnia ob memoriam anastaseos D. N. (*Morcelli*); Sollemnia Paschatis.

— *Far la Pasqua, far la Comunione Pasquale:* Sacris de altari libatis, Pascha celebrare; sancta de altari libavi, acto Paschate; tesseram habe catholicam de mensa Domini; adfui ad Pascha sanctum, et pavit Christus me de mensa sua; Festis Paschalibus D. N. Iesus mensa me sua dignatus est; Paschate indicto, Iesus me Deus convivam ... excepit; me quoque, Paschate indicto, convivam vidistis ... divinae mensae; per paschales ferias donum accepi te ipsum, Iesu suavissime; ecce ... feriis paschalibus ... Iesus ... supplicantem me dono suo caelesti ditavit (*Morcelli*).

Passaporto: Syngraphus, i, m. (*Plaut., Capt.* II, 3, 90); seu chirographum, quod belli tempore datur, ut liber sit transitus quoquo quisque malit.

— A nonnullis minus recte ponitur: Libellus terminalis, *vel* scidula, seu schedula terminalis - Adjectivum « terminalis, e » idem est ac ad terminos seu fines pertinens; vel etiam ad Deum Terminum pertinens.

— Aptius dicitur: Diploma, aut litterae liberi commeatus (*Cordara*); publicae litterae liberi commeatus; diploma liberi commeatus (*passaporto*).

— Fides publica, *vel* publice data (*Caes.* = *salvacondotto*); fidem (publicam) postulare (*chiedere un salvacondotto*); fidem (publicam) accipere v. g. veniendi in castra, veniendi ad Caesarem (*ottenere un salvacondotto per ...*); fidem (publicam) alicui dare (*concedere il salvacondotto*) v. g. eum impune venturum in castra, eum impune abiturum; fide publice data, *vel* publica fide interposita (*essendo concesso un salvacondotto*).

Passibile: *V. Impassibile.*

Passione: 1. Cupiditas; libidines (*particolarmente dei sensi*); pravi ani-

mi motus; motus animi turbidus; animi perturbationes (*Cic.*); animi concitatio; perturbati animi motus; concitati animi perturbationes; aversa a recta ratione contra naturam animi commotio (Cf. *Cic., Tusc.* IV, c. 6; *et* III, c. 4).

— Cupiditates domare, cohibere, coërcere, regere, sedare, frenare, refrenare, frangere (*vincere le passioni*). - Cohibere motus animi turbidos et appetitus obedientes facere rationi; cupiditatibus (cupidinibus), pravis animi motibus obniti, obsistere, resistere, responsare viriliter; cupidinibus est responsandum (*Hor.*) - Cupiditatibus imperare; domitas habere cupiditates; sibi imperare; motus animi regere; animo moderari (*Cic. et a.*) - *Contra:* cupiditatum dominatu enervari ac frangi; cupiditatum dominatu enervatus ac fractus animus.

— Cupiditatibus animique perturbationibus liber, vacuus, intactus, *vel* a cupiditatibus animique perturbationibus liber, vacuus, intactus, invictus (*libero da passioni, padrone delle proprie passioni*).

— « Animorum ... omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt » (*Cic., Tusc.* IV, c. 14).

— « Turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione et inimicissimi mentis vitaeque tranquillae ... Eorum igitur malorum in una virtute posita sanatio est » (*Cic., Tusc.* IV, c. 15).

— « His autem perturbationibus, quas in vitam hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est, si volumus hoc, quod datum est vitae, tranquille placideque traducere » (*Cic., Tusc.* III, c. 11).

— « Fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem subjecit » (*Sen., Epist.* 74).

II. Perpessio (*Cic. et a.* = *il patire*); laborum perpessio (*Cic.*); dolorum perpessio; cruciatus; dolor; tormentum (*Cic. et a.* = *strumento di tortura; la tortura stessa; sofferenza acuta; ed anche strumento per lanciar proiettili:* tormenta bellica).

— Acerbissimi Iesu Christi cruciatus, dolores ... (*la passione di G. Cristo*). - Iesu Christi passio (*Morcelli*). Vox tamen « passio » serioris est latinitatis (*Prudent.-Tertull.*).

— Memoriae D. N. saluti omnium profuso sanguine prospicientis (*Morcelli: in memoria della passione di N. Signore*).

— Initium lugubris hebdomadis (*Idem: inizio della Settimana di Passione*).

Passionisti: Sodales a Passione Iesu, *vel* a Passione Christi (*Morcelli*). - Sodales a perpessione dolorum Christi.

Pasta: Farina subacta (*pasta in genere*); farina ovis subacta, *vel* pasta ovis subacta (*pasta all'uovo*).

— *Graece:* Pasta, ae, f. (πάστη) legitur apud Marcellum Empiricum (*De medicam.* 1). - *V. Biscotti, Lasagne, Maccheroni, Spaghetti.*

Pastaio: Farinae subigendae opifex; farinae subactae opifix (*chi fà la pasta*). - Farinae subactae venditor, negotians, negotiator, (*negoziante di pasta*); farinae subactae institor (*piccolo rivenditore di pasta, o commesso*).

Pasticca: *V. Caramella, Pastiglia.*

Pasticcini: *V. Biscotti.*

Pastiglia: *V. Caramella.*

— Pastillus, i, m. (*Hor., Sat.* I, 2, 27 et IV, 92) seu pilula unguentaria, quae odoris gratia gestabatur (*pastiglia odorosa*). - Haec vox significat etiam *panino, biscotto, pasticcino, specie d'impiastro o fomento.*

Patente: *V. Diploma.*

Patereccio: *V. Panereccio.*

Paternità: Patris munus; patris animus; paterna caritas; paternus amor - Paternitas vox est serioris latinitatis (*Augustin.*).

Patetico: Commovendis animis aptus (*Vallauri*); quo ... perturbantur animi et concitantur (*Cic.*); flebilis, v. g. vox, modus, gemitus flebilis (*Cic.*), pompa flebilis (*Ov.*); flexanimus (*Cic.* = *commovente, commosso*); lenis (*Cic.*) v. g. vox lenis; mollis, v. g. mollis animus (*Cic.*), homo mollissimo animo (*Cic.*), mollis sermo (*Sall.*), molle carmen (*Hor.*).

Patologia – **Patologico** – **Patologo**: Morborum scientia, doctrina, disciplina (*patologia*). - Ad morborum doctrinam pertinens (*patologico*); *vel* ad morbi causam pertinens. - Res ad morbi causam pertinet, attinet (*è un caso patologico*); *vel* res ex morbi ratione oritur. - Morbi cursus (*processo patologico*).

— Doctrina de morborum natura (*patologia*); ad morborum naturam pertinens (*patologico*). - Aegri condicio (*stato patologico*).

— *Graece:* Pathologia, ae, f. - Pathologicus, a, um. - Pathologiae doctor, studiosus, peritus, peritissimus, cultor, professor. - (πάθος-λόγος).

Patronato: Patronatus, us, m. (*Dig.*); v. g. Jus patronatus.

Patronimico: A patre cognominatus, *vel* denominatus. - Patronymicus (*Gramm.*).

Pattinare – **Pattini**: Pedirota, ae, f. (*Angelus Nardis, Carmina subsecivà*, p. 15) = *pattino;* lusus pedirotae (*Idem: gioco dei pattini*);

pedibus supponere rotas (*Idem: mettere i pattini*); itemque: « aptatur pedibus lamina nixa rotis » (*Ibidem*) - « Plantirotante fugit strepitu nova machina in orbem » (*Ibidem*).

— Solea rotulis munita (*Mariano: pattino*); soleis munitis rotulis prolabi (*pattinare*); soleis munitis rotulis prolapsio (*pattinaggio*); qui soleis munitis rotulis prolabitur (*pattinatore*). - *V. Sci, Schi, Ski, Sciare, Schiare.*

— Minus apte ab aliis ponitur: ferrea solea (*pattino*). - Pedibus glacie insistentibus prolabi (*Luciano: pattinare*), *vel* super glaciem decurrere (*Vox Urbis*). Quod tamen significat = *fare gli scivoloni sul ghiaccio.*

Pechino: Pechinum, i, n.

Pedagogia – **Pedagogo**: Ars educandi; ratio educandi; disciplina de liberis educandis; disciplina de adulescentibus instituendis educandisque - *Graece:* paedagogia (παιδαγωγική).

— Iuventutis educator; educator; educator praeceptorque (*Tac.*). - *Graece:* Paedagogus, i, m. (*Cic. et a.*).

— Educatrix, icis, f. (*Cic., De Leg.* I, 62 = *educatrice*).

Pedalare: Birota insistere (*Luciano*). - Aptius tamen dixeris: Birotam pedibus agere; birotam pedibus propellere; birotam pedibus provehere; alato pede in birotam insistere (*pedalare velocemente*).

Pedale: I. Pedale adminiculum; pedale instrumentum (*pedale di una bicicletta, di una macchina...*). - Adjectivum « pedalis, e » usurpatur a Cicerone, Caesare et aliis.

II. Caudex, icis, m. (*pedale di un albero*).

Pedante: Ineptus ac fastidiosus; ineptus ac fastidiosus praeceptorum jactator; molestus ineptae diligentiae jactator; ineptiarum studiosissimus. - Litterio, onis, m. (*Ammian* XVII, 11); sciolus, i. m. (*Arnob* II, p. 86) = *letteratucolo pedante; saputello.*

Pedanteria: Inepta ac fastidiosa praeceptorum jactatio; fastidiosa ineptae diligentiae jactantia; fastidiosa atque inepta alicujus artis ratio.

Pederastia – **Pederasta**: Pedicatio, *vel* paedicatio, onis, f. - Pedico, *vel* paedico, onis, m. (*Martial.*); pedicator, *vel* paedicator, oris, m. (*Licin. Calv. apud Suet., Caes.* 49). - Pedicare, *vel* paedicare (*Catull.-Martial.* = *usare pederastia*). - Plures hodie haec vocabula (pedicare, pedicator etc.) non ex graeca voce παῖς (*fanciullo*) ducunt, sed ex nomine « podex, icis » (*ano*); quapropter diphthongum non ponunt.

— Paederastia, ae, f. (παῖς = *fanciullo* - ἐράω = *amo*). - Pathicus, i, m. (*Catull.-Juvenal.* = *pederasta passivo*) ex graeca voce παθι-

κός. - Cinaedus, i, m. (*Plaut.-Catull.-Juvenal.* = *pederasta attivo e in genere libidinoso contro natura*) ex graeca voce *κίναιδος*.

Pediatria – Pediatrico – Pediatra: Puerorum curationes; puerorum medicina; puerorum curandorum ratio, doctrina, disciplina. - *Graece:* Paediatria, ae, f.

— Ad puerorum curationem attinens; ad puerorum medicinam pertinens. - *Graece:* Paediatricus, a, um.

— Paediatriae cultor, doctor, professor, studiosus, peritus, peritissimus. - Paediater, paediatrus, paediatros, i, m. (*παῖς - ἰατρεύω*).

Pellagra – Pellagroso: Pellis aegrae morbus. - Pellis aegrae morbo laborans.

Pendolo: Perpendiculum (*archipenzolo*); libramentum; horologii perpendiculum, *vel* libramentum (*pendolo dell'orologio*).

— Horologium perpendiculo actum; *vel* horologium perpendiculi libramento actum (*orologio a pendolo*).

— *V. Isocrono; Isocronismo del pendolo.*

Penetrali: Penetrale, is, n.; penetralia, ium, n. pl.; penetrale urbis (*Liv.*), domus, silvae; penetralia animi; penetralia sapientiae (*Quintil.*) regum penetralia (*Virg.*); intima ac secreta loca.

Penicillina: Penicillina, ae, f. (*t. med.* = *prodigioso medicamento inventato dal Dott. Alessandro Fleming, Accademico Pontificio*); medicamentum, quod penicillina vocatur; medicamentum, quod penicillina dicitur.

Penitenza: Paenitentia (*Liv. et a.*), quae vox significat actum paenitendi (*pentimento, penitenza*); v. g. agere paenitentiam alicujus rei (*Plin.-Quint. et a.* = *pentirsi, espiare, scontare q. c.*).

— Voluntaria corporis afflictatio; cruciatus sponte susceptus ad admissa expianda; voluntaria admissorum poena; vitae incommoda, dolores, aerumnas singulari patientia tolerare; durissimo vitae genere semet ipsum discruciare (*penitenza in senso cristiano*) - *V. Mortificazione.*

— Resipiscere (*Cic. et a.* = *ravvedersi*); ad frugem bonam redire; de admissis vehementer dolere; admissa luere, expiare; vitia virtutibus emendare, *vel* compensare (*far penitenza*).

Penitenziere: Praefectus admissis paenitentium expiandis, *vel* sacerdos admissis paenitentium expiandis praefectus (*Morcelli: Penitenziere*) - Summus Magister criminibus expiandis (*Idem: Penitenziere Maggiore*) - Card. Paenitentiarius Major (*Cod. Iur. Can.*). Vox tamen « paenitentiarius » est infimae latinitatis.

Penitenzieria Apostolica: Supremum tribunal paenitentium admissis

expiandis. - Sacrum consilium (*vel* supremum consilium) admissis paenitentium expiandis.

— Sacrum consilium regens admissis paenitentium expiandis (*Reggente della Penitenzieria*); *vel:* Supremi tribunalis rector paenitentium admissis expiandis. - Sacram Paenitentiariam Regens (*Lat. Eccles.*).

— Praesules supremi consilii admissis paenitentium expiandis (*Prelati della Penitenzieria*). - Praesules Paenitentiariae Apostolicae (*Lat. Eccles.*).

— Ab actis Sacri Consilii admissis paenitentium expiandis (*Segretario della Penitenzieria*); ab actis supremi tribunalis paenitentium admissis expiandis. - Secretarius Paenitentiariae Apostolicae (*Lat. Eccles.*).

— Sacra Paenitentiaria Apostolica (*Lat. Eccles.*); *vel* Sacrum Tribunal Paenitentiariae Apostolicae.

— *V. vol. pag.* 141.

Penna stilografica: Stilus atramento instructus - Calamus stilographicus - Stilus erat scriptorium instrumentum ferreum, aeneum vel osseum, quo antiquitus in ceratis tabulis scribebatur non atramento, sed ejusdem instrumenti cuspide litteras formando. Stilo igitur adde atramentum, et aliquid habes scriptorio id genus instrumento simile.

— A nonnullis ponitur: graphium, ii, n. - Hoc tamen vocabulum e graeco fonte derivatum, nihil aliud significat nisi stilum. Dixeris igitur, si mavis, « graphium atramento instructum ».

— « Te decet hoc, civis, calamo manante potiri
Sensim atramento, suctu quo pone repletur.
Introrsum tubulo discurrit rite striato
Cochlea parva, manus tenui quae lubrica gyro,
Prout lubet, auratum retrahit, vel prodit acumen »
(*V. Genovesi S. I.*, « *Communia vitae* », p. 16).

Pennacchio: Crista plumatilis; plumariae, *vel* plumatilis paniculae ornamentum *vel* ornātus; panicula plumatilis, plumata, plumosa (*pennacchio in forma di spiga o pannocchia*).

Pennino: Calami apex, cis, m.; calami cuspis, idis, f.; scriptorii calami apex, *vel* cuspis; stili apex, *vel* cuspis.

Pensionato: *V. Giubilare, Giubilato* (*nel senso di persona pensionata*).

— Communis victus sedes, *vel* hospitium (*nel senso di casa di pensione*). Vox « hospitium » significat non modo hospitalitatem, sed etiam hospitalitatis locum, seu deversorium (= *ospitalità, l'ospita-*

re, ed anche il luogo ove si ospita). - Convictus, us, m. (*Cic. et a. = convitto, il vivere insieme*); convictus sedes; pulcherrima convictus sedes (*un bellissimo pensionato, una bellissima pensione*). — *V. Giubilare, Giubilato, Giubilazione.*

Pensione: I. Pactum pro habitatione et mensa pretium (*Vallauri: pensione per vitto e alloggio*); pactum pro victu pretium; pactum pro victu pretium solvere (*pagare la pensione*). - *Casa di pensione: V. Pensionato.*

II. Pensio, onis, f. (*Cic. et a.*) est summa pecuniae, quae certis temporibus solvitur ex condicto. - Annuum salarium; annuum stipendium; annua pensio (*pensione annua*).

Pentacordo: Musicum quinque chordarum instrumentum. - *Graece:* Pentachordus, a, um (*Martial.*); pentachordon, i, n. (πεντάχορδον).

Pentagono: Pentagonum, i, n.; pentagonium, ii, n. (πεντάγωνος).

Pentarchia: Quinque virorum dominatus, *vel* potentatus, us, m. - *Graece:* Pentarchia, ae, f. (πέντε - ἀρχή).

Pentecoste: Sollemnia ob adventum Spiritus Sancti (*Morcelli*). - *Graece:* Pentecoste, es, f. (πεντηκοστή).

Penultimo: Proximus ab extremo; proximus a postremo (*Cic.*); proximus postremo. - Adjectivum « paenultimus, a, um » legitur apud Gellium (IV, 7).

Peonia: Paeonia herba (*Virg. et a.*); paeonius flos. - Paeonia, ae, f. (*regione dell'antica Macedonia*).

Perdersi d'animo: Animo cadere (*Liv.*); animo deficere (*Cic.*); animum demittere; animum, *vel* animos despondere (*Liv.*); animo concidere; animo succumbere (*Cic.*); non est tamen animo succumbendum (*Non ci si deve perdere d'animo*).

Perder tempo: Et operam et oleum perdere (*Cic. = perdere ranno e sapone*); *vel* opera et oleum periit; *vel* frustra operam curamque consumere in aliqua re; *vel* acta agere (*Cic., Amic.* c. 22); temporis jacturam facere (*Cic. = perder tempo*); tempus perdere, amittere, terere (*Cic.*); in pertusum dolium verba ingerere (*Plaut. = far cosa inutile, gridare al vento*).

Perentorio: Omnem tergiversationem dirimens; omnem disceptationem dirimens. - Certus, certissimus, haud dubius, firmus, firmissimus, omnino statutus, omnino constitutus, justus, dijudicatus, diremptus. - Decretorius (*Sen.-Quintil. = decisivo, definitivo*).

— « Peremptorius, a, um » legitur apud Ulpianum (*Dig.* V, 1, 70 *et al.*); v. g. « peremptorium edictum » id est quod controversiam dirimit, ac tergiversationem non patitur.

Periferia: I. « Circulus » est linea in orbem ducta (*circolo, cerchio*); « circuitio » est actus circumeundi, *vel* locus per quem circumiri potest, v. g. duo triclinia cum circuitionibus (*Vitruv.*); « circinatio » est actus circinandi (*descrizione del circolo*), *vel* ipse circulus descriptus, v. g. circinationem circuli describere (*Vitruv.*); linea rotundationis (*Vitruv.* = *circonferenza*); ambitus, us (*Cic.* = *giro di tempo, di luogo, di frase*). - *V. Circonferenza.*

II. *Periferia della città:* pomerium, *vel* pomoerium, quod est locus intra et extra murum urbis, seu secundum moenia urbis.

— Suburbium, ii, n. (*Cic., Phil.* XII, 10) = *suburbio, sobborgo.* - Extrema urbis pars (*parte periferica di città*).

Perifrasi – Periodo: Verborum circuitio (*giro di parole anche in senso ambiguo*), v. g. circuitione et anfractu (*Cic.*); circuitus verborum, *vel* orationis (*Cic.* = *perifrasi, o periodo*); ambitus verborum, *vel* orationis (*Idem*); orbis verborum, *vel* orationis (*Idem*); circumlocutio (*Quintil.*).

— « Comprehensio et ambitus ille verborum, si sic περίοδον appellari placet, erat apud illum contractus et brevis » (*Cic., Brut.* 44, 162). « Circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus » (*Cic., Orat.* 61, 204). « Circuitum et quasi orbem verborum » (*Idem, De Orat.* III, 51, 198) = *Periodo.*

— Temporis spatium; temporis intervallum; aetas; tempus (*periodo di tempo*).

Perimetro: *V. Circonferenza.*

Periodico: I. (*Rivista*). Commentarius, ii, m.; commentarium, ii, n. (*Cic. et a.*); commentariolus, *vel* commentariolum (*piccolo periodico*).

— A nonnullis ponitur: ephemeris, idis, f. (*Cic. et a.*) quae tamen vox, e graeco fonte derivata, significat *giornale.*

— « Catholicorum scriptiones, quae, vel cotidie, vel in dies certos vulgari solent » (*Acta Leonis* = *giornali e periodici cattolici*).

II. (*Adjectivum*): Certis temporibus recurrens, v. g. morbus certis temporibus recurrens, valetudines anniversariae ac certo tempore recurrentes (*Suet.*), febris quartis diebus recurrens (*Gell.*); statis temporibus revertens, *vel* rediens, v. g. siderum cursus.

— E graeco fonte: Periodicus, a, um, v. g. febres periodicae (*Plin.*) - περιοδικός).

Periosteo – Periostio: Ossium tegumentum, tegimentum, tegmentum.

- *Graece:* Periosteon, i, n. περιόστεον (*Cael. Aurel., Chron. V,* 1, 5).

Periostite: Ossium tegmenti inflammatio; periostei inflammatio.

Peripneumonia: *V. Polmonite.*

Periscopio: Periscopium, ii, n. (*v. gr. = apparecchio per osservare l'orizzonte da un sottomarino sommerso*); navigii subaquanei periscopium; *vel* subnatantis navigii periscopium (περὶ - σκοπέω = *osservo intorno*).

Peristaltico: Peristalticus, a, um. - Motus stomachum contrahens; motus intestina contrahens (*moto peristaltico*).

Peristilio: *V. Balcone ecc.*

Peritoneo: Interior ventris membrana; abdominis membrana (*Cels.*); membrana omnia intestina continens (*Veget.*) - *Graece:* Peritonaeum, i, n. (*Cael. Aur.*). - περιτόναιον.

Peritonite: Interioris membranae ventris inflammatio; abdominis membranae inflammatio; peritonaei inflammatio, *vel* inflatio.

Persecuzione – Perseguitare – Persecutore: I. Insectatio, vexatio, cruciatus (*persecuzione*) - Persecutio apud Ciceronem significat actum persequendi in judicio (*far causa, muover lite*); apud Tertullianum vero et alios serioris latinitatis scriptores significat *persecuzione.*

— Christianorum insectatio, vexatio, cruciatus (*persecuzione cristiana*).

II. Afflictare; conflictare; male habere aliquem; divexare; vexare; exagitare; hostiliter atrociterque aliquem insectari, *vel* consectari; hostiliter aliquem petere; lacessere aliquem; cruciare aliquem; inimice agere cum aliquo; saevire in aliquem (*perseguitare*) - Christianum nomen hostiliter petere, lacessere, carpere, lacerare, maledico dente carpere ac lacerare.

— Verbum autem « persequi » apud latinitatis scriptores optimos significat *inseguire, incalzare, muover lite, esporre e svolgere argomenti* etc. ... v. g. rem persequi.

III. Insectator, vexator, exagitator, v. g. christianorum, *vel* christiani nominis (*persecutore*).

Persiana: Fenestrae transenna - Transenna, ae, f. est opus cancellatum, vel reticulatum, ferreum, ligneum, vel vimineum, visui pervium. « Eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco, quasi per transennam praetereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat » (*Cic., De Orat.* I, c. XXXV, 162: *... che abbiamo visto di passaggio, quasi attraverso gelosie o cancellate...*).

— Fenestrae clatri, orum, m. pl., *vel* clatra, orum, n. pl. - Vocabulum clatri, *vel* clatra (*Hor.*) idem fere significat ac transenna.

Personale: (*Nomen*) Ministri, orum; ministerium; ministeria, iorum. - *V. Capo del personale.*

— (*Adjectivum*) Privatus; proprius; privatus et proprius. - Ad personam pertinens, attinens. - Vox « personalis, e » serioris est latinitatis (*Paul. Dig.-Diomed.-Priscian.*).

— Vox autem « personaliter » (*personalmente*) legitur apud Gellium XV, 13, et apud Arnobium et alios serioris latinitatis scriptores.

Personalità: Magnus et illustris vir (*Cic.*); vir clarus, praeclarus, clarissimus; amplissimus vir (*Cic.*) = *personaggio.*

— Non in personam, sed in rem dicere, facere... (*non fare personalità*); non cum homine dissideo, sed cum causa (*Cic.* = *non è questione di persona, ma della cosa stessa*).

— « Errores et vitia reprehendant, sic tamen ut careat acerbitate reprehensio, personisque parcatur » (*Acta Leonis* 1882, p. 22).

Personificare: Rem personam constituere; rem loquentem inducere; aliquid humana specie induere (*personificare una cosa inanimata*).

— *Rappresentare una persona:* Agere aliquem, v. g. servum, nobilem virum etc... - alicujus personam gerere, sustinere, obtinere, ferre, induere (*Cic.-Liv. et a.*). - Alicujus partes agere, sustinere, obtinere (*Cic. et a.*) - Alicujus vice fungi; alicujus partibus fungi; alicujus munere fungi. - *V. Rappresentare.*

Personificazione: I. *V. Prosopopea.*

II. Stultior stultissimo (*Plaut.* = *la personificazione della stoltezza*); sceleratissimus omnium, sapientissimus omnium... (*la scelleratezza, la sapienza personificata...*); vitium es (*Martial.* = *sei la personificazione del vizio*); ipsa eloquentia, ipsa virtus... (*la personificazione dell'eloquenza, della virtù..*).

Perù: Peruvia, ae, (*Lat. di Curia*).

Pessario: *V. Preservativo III.*

Pesca di beneficenza: *V. Lotteria.*

Pessimismo - Pessimista: Mens (consilium, sententia) deterrima omnia iudicans (exspectans, timens) - Mens ad deteriora convertens, *vel* referens omnia = *pessimismo.*

— Deteriora semper exspectans ac metuens; deterrima omnia iudicans; omnes rerum exitus adversos praesentiens, praesagiens, praemetuens = *pessimista.*

Petrolio - Petrolifero: Oleum bituminosum. Cf. « fontes bituminosi » apud Vitruvium VIII, 3. - Oleum incendiarium (*Veget.*, *Mi-*

lit. IV 8 et 18). - Oleum vivum (*Grat. Cyneg.* 435) - Petroleum (*Vallauri*) - Liquidum bitumen.

— A nonnullis ponitur: naphtha, ae, f., *vel* naphthas, ae, m.; quae tamen vox, « oleum igneum » significans, videtur potius adhibenda cum de *nafta* agitur. - *V. Nafta.*

— *Lume a petrolio:* Lampas, vel lucerna petroleo alita; lychnus petroleo alitus. - Lampas oleo bituminoso alita. - Lampas oleo incendiario alita.

II. Petrolei (*vel* petroleo) abundans, dives (*petrolifero*) - Bituminosi olei dives, *vel* abundans - Incendiarii olei dives, *vel* abundans.

— *Pozzo petrolifero:* Fontes bituminosi (*Vitruv.* VIII, 3) - Bituminosi olei puteus. - Olei incendiarii puteus. - Petrolei puteus. - Petrolei fons.

— *Campo petrolifero:* Regio bituminosi olei dives, ditissima, abundans. - Locus olei incendiarii dives, abundans. - Locus petrolei fontibus dives, abundans.

Pevera: *V. Imbuto.*

Pianeta: I. Casula, ae, f. (*Lat. Eccles.* = *indumento liturgico*). - Haec vox apud Juvenalem, Plinium et alios significat = *piccola casa, capanna;* sed apud S. Isidorum (*Orig.* XIX, 24), S. Augustinum (*Civ. Dei* XXII, 8, 9) et alios serioris latinitatis scriptores indicat = *veste fatta a cocolla o a imbuto usata anche dai sacerdoti; tale era la forma della pianeta prima che fosse aperta ai fianchi.*

— In Lexico Vallauriano ponitur: « palla sacerdotalis ». Attamen « palla, ae » (= *sopraveste lussuosa, spiovente fino ai piedi, aperta sul davanti e fermata con uncinetti, indossata ordinariamente dalle nobili matrone*) ad rem significandam non videtur apta.

II. Stella errans (*Cic.*); sidus errans (*Plin.*); stella erratica (*Senec.*); erro, onis, m. (*Varr. apud Gell.*). - Ita appellabantur planetae, quia errare videntur.

— Ex graeco fonte: Planeta, ae, m. (*πλανάομαι* = *errare*). Haec vox a serioris usurpatur latinitatis scriptoribus.

Piangere dirottamente: *V. Dirottamente.*

Pianoforte: Organum fidibus et pinnis instructum (*Vallauri: v. Spinetta*).

— Dulcisonum ebur quadrulis textum (*Vox Urbis*).

— Clavicymbalum, i. n. (*V. Clavicembalo*).

— A nonnullis ponitur: cymbalum (*cembalo*); *vel* plectrum (*propriamente l'ammennicolo con cui si suona uno strumento a corda.*

ed anche la stessa cetra, o il liuto); quae tamen vocabula rem valde dissimilem significant.

— Si mihi liceat novum inducere nomen (de re enim nova agitur, quae aliquid habet cum cymbalo et cum plectro commune) dicere ac scribere ausim: « plectrocymbalum ».

— Plectrocymbalum pulsare (*suonare il pianoforte*).

Piano quinquennale: *V. Quinquennale.*

Piano ultimo: Ultima ac praealta domus contignatio (*Cordara, Hist.* vol. II, p. 275); summus conclavium ordo; ultimus ac praealtus conclavium ordo.

Pianta: I. Arbor, oris, f. (*albero*); herba, ae, f. (*pianta erbacea*); arbustum, i, n. (*albero, alberello specialmente per reggere le viti*); arbuscula, ae, f. (*Varr. et a. = piccolo arbusto*) - Arbustare (*Plin. = rimboscare*), v. g. locum arbustare quercu - Planta, ae, f. (*pollone, pianticella da trapiantare*) - Sata, n. pl. (*piantagioni*).

II. Planta, ae, f., *vel* planta pedis (*pianta del piede*), v. g. summa contingere sidera plantis (*Prop.* I, 8, 43 = *godere la massima felicità, toccare il cielo con un dito*).

III. Forma (*pianta, modello*); descriptio; adumbratio (*abbozzo, disegno*), v. g. forma urbis (*pianta della città*); formam describere (*Liv.*), delineare (*Plin.*), adumbrare (*Quint. = abbozzare*).

— *V. Disegno e Icnografia.*

Piazza – Piazzale – Viale: Area (*Cic. et a.*), v. g.: Area Petriana, *vel* area ante templum Vaticanum (*Morcelli*); area Quirinalis (*Idem*); area Farnesiana (*Idem*).

— Forum (*piazza di mercato o di affari*); v. g.: forum olitorium (*piazza dell'erbe*); forum piscarium (*del pesce*); forum vinarium, forum boarium etc.

— Campus (*Cic. et a.*) = *piazzale.*

— A nonnullis ponitur: platea, ae, f., quae tamen vox significat *via larga, viale* - Platea arboribus consita; via arboribus consita (*viale alberato*).

Picchetto: Stativa militum turma; stativum praesidium (*Cic.-Liv.*).

Piedistallo: *V. Base.*

Piega – Piegatura – Flessione: Flexus, us, m.; flexio, onis, f. inflexio, onis, f.; v. g. modulationis inflexus (*Senec., Brev. vitae* XII, 4); laterum inflexio fortis ac virilis (*Cic., De Or.* III, 220) = *flessione del busto forte e virile*); virili laterum flexione (*Cic., Or.* 59); flexio vocis, modorum (*Cic. = modulazione della voce, del canto*); flexus vocis (*Quintil.*).

— Vestis rugae ac sinus (*Plin.* XXXV, 8, 34 = *pieghe della veste*).
— In vitium flecti; in vitium vertere, *vel* in vitium verti (*prendere una cattiva piega*).
— *Piega delle cose, dei tempi: V. Indirizzo.*

Pietra: Auspicalis lapis (*Morcelli: la 1ª pietra*); primarius lapis - Auspicalem lapidem ponere, statuere, jacere (*porre la 1 pietra*).
— Coticula, ae, f., *vel* lapis Lydius (*Plin.* XXXIII, 8, 43) est lapis, quo bonitas auri, argenti, aeris attritu deprehenditur (*pietra di paragone per saggiare oro ...*).
— Silex, icis, m. f., *vel* lapis vivus (*Plin.* XXXVI, 19, 30) = *pietra focaia* - Apud Marcellum Empiricum habetur: igniarius lapis.
— Calculus (*Plin.-Cels.* = *sassolino, calcolo della vescica*); calculosus (*Plin.-Cels.* = *chi soffre di mal di pietra*), seu calculis vesicae laborans.
— Offendiculum (*Plin.* = *pietra d'inciampo, di scandalo*) - « Sunt enim in hoc offendicula nonnulla: circumfer oculos et occurrent » (*Plin. Ep.* IX, 11).
— Saxa quadrata (*pietra quadrata da costruzione*); miliarium, ii, n. (*Cic. et a.*) = *pietra miliare, indicante la misura di mille passi;* aureum miliarium (*Tac.*) = *colonna dorata posta da Augusto nel Foro, alla quale facevano capo tutte le strade;* gemma, margarita (*pietre preziose*); unio, onis, m. (*Sen. et a.*) = *perla grossissima, pietra preziosa unica.*
— « Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgisses » (*Cic., De Orat.* 1, 57) = *Avresti fatto piangere le pietre.*

Pieve – Pievano: Plebis curia, ae, f. - Plebis curio, onis, m. - *V. Parrocchia e Parroco.*

Pignolo: Minuto animo esse (*Cic.*) = *essere pignolo, di testa piccola.*
— Cerebrum exiguum ut pini semen. - *V. Pedante.*

Pila dell' acqua santa: Lustralis aquae labrum, i, n. (*la pila dell'acqua santa, che sta alla porta delle chiese*). - Lustralis aquae vasculum (*vasetto portatile dell'acqua santa*); *vel* manuale lustricae aquae vasculum; *vel* lustralis aquae situla (*secchiolina dell'acqua santa*). « Situla » (= *secchia*) legitur apud Plautum.
— *Baciapile:* pietatis ostentator; religionis ostentator; superstitiosae pietatis ostentator. - *V. Bacchettone.*

Pila elettrica: Pila Voltiana; pila electrica; pila electride acta; pila electrica vi acta. - « Pila » inter alias significationes indicat etiam *recipiente di vario genere* (*Cato.-Ovid. et a.*).

Pilastro: Pila, ae, f. (*Vitruv. et a.*) est structura erecta in modum co-

lumnae, quae tamen non uno scapo constat, sed pluribus lapidibus, vel lateribus (*pilastro*).

— Parastata, ae, f. (*Vitruv.*) est pila quadrata ex lapidibus, vel lateribus exstructa (*pilastro o controcolonna*).

— Parastaticus, a, um, seu ad parastatam pertinens - « Imagines argenteae parastaticae cum suis ornamentis et regulis et basibus et concameratione ferrea » (*Morcelli: immagini d'argento impostate nei pilastri coi loro ornamenti, cornici, basi e nicchie metalliche*).

Pilota – Pilotaggio: Gubernator, *vel* rector; v. g. navis gubernator, navigii rector; aëronavis gubernator, *vel* aëriae navis gubernator (*pilota di aeroplano*).

— Navis gubernandae munus; navis regendae munus (*pilotaggio di nave*). - Aëriae navis gubernandae munus; aëronavis gubernandae munus (*pilotaggio d'aeroplano*), *vel* aëronavis gubernatio.

Pinacoteca: Pinacotheca, ae, *vel* pinacothece, es, f. (*Varr.-Vitruv.-Plin.*). - Pinacotheca Vaticana (*Pin. Vaticana*).

Piovere dirottamente: *V. Dirottamente.*

Pipa: Infumibulum, infurnibulum, infundibulum (*pipa in genere; o strumento fatto a pipa*). - Nicotianum infumibulum (*pipa per fumatore*). - Vox infundibulum, quae in nonnullis codicibus infurnibulum, in aliis vero infumibulum a quibusdam legitur, id videtur satis apte significare, quod nos *pipa da fumare* vocamus. Prima tamen dictio, hoc est « infundibulum », videtur maiore codicum auctoritate pollere (*J. Perin, Lexicon*). Hoc vocabulum in Forcelliniano Lexico redditur per vulgata verba *imbuto, pevera, tramoggia, pipa.* Ad quam postremam significationem quod attinet, agitur, ut exemplis demonstratur, de instrumento, seu *pipa per suffumigii o inalazioni.* - « Radix ejus imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi » (*Plin.* XXIV, 15, 85). - Idem instrumentum apud Plinium Valerianum (saec. IV p. Ch. n.) vocatur etiam « trajectorium ». « Herbam symphoniacam mittes super carbones, et per trajectorium totum fumum ore trahes » (*Plin. Valer.* I, 37). - « Facies trochiscos (*pillole*) in modum olivae, et mittes in testam cum carbonibus, et pones trajectorium super testam, et ... os tenebis in trajectorium et sic fumum trahes » (*Idem*, I, 58).

— Fistulata tabaci capsella, *vel* capsella fistulata, *vel* capsula fistulata. - Adiectivum fistulatus, a, um (*Suet., Ner.* 31) significat *munito di tubo o cannuccia;* quamobrem « capsella fistulata » significat *capsula munita di tubo o cannuccia = pipa.*

— A nonnullis ponitur: fistula, *vel* fistula nicotiana; arundo, *vel* arundo nicotiana. Hae tamen voces videntur potius significare *la cannuccia della pipa, il bocchino da fumare.*

— Fistulatam capsellam nicotianis foliis farcire, ex eademque, sulphurato ramento incensa, odoratos haurire vapores (*caricare la pipa, accenderla con fiammifero e fare una pipata*); *vel* infumibulum nicotianis foliis farcire, ex eodemque, sulphurato ramento incenso, odoratos trahere nidores.

— Ex nicotiano infumibulo odoratum fumum leniter dulcissimeque sugere (*fare una dolce fumata*). - Ex infumibulo (*vel* ex infurnibulo) nicotianum fumum leniter dulciterque haurire.

— *V. vol. I, pag.* 119.

Pirata – Pirateria: *V. Corsaro.*

Piroscafo: Naves actae vaporata aqua (*Th. Vallauri, Inscript.* p. 245 = *piroscafi*); naves aquarum vaporibus impulsae (*M. Ricci, Varia Latinitas* p. 189); navis vapore impulsa.

— E graeco fonte: Pyroscapha, ae, f. - Scapha, ae, habetur apud Ciceronem (*Invent.* II, 51). - « Pyroscapha » constat ex graecis vocibus πῦρ = *fuoco* - σκάφη = *battello.*

— A nonnullis ponitur: navis vaporalis. - Adiectivum tamen « vaporalis, e » serioris est latinitatis (*Augustin.*) ac rem non apte significat.

Pirotecnico: *V. Fuochi artificiali.*

Pistola: Manuballistula, ae (« *Alma Roma* » *Comment.*); v. g.: igneis manuballistulae glandibus occisus est, *vel* transfossus est (*è stato ucciso, o trapassato da una palla di pistola*). .

— Ballistula ignifera, *vel* ignivoma - Adjectivum « ignifer, a, um » habetur apud Lucretium et Ovidium; « ignivomus, a, um » apud Lactantium.

— Pyroballistula, ae, f.

— Manualis ballistula - Adjectivum « manualis, e », est apud Tacitum, Plinium et alios.

— *V. Fucile.*

Pitecantropo: Pithecanthropos, i, m. (πίθηκος = *scimmia* - ἄνθρωπος = *uomo*) = *essere inesistente, che avrebbe segnato il passaggio fra la scimmia e l'uomo.*

Pittura: *V. Dipinto.*

Più: Ad summum (*tutto al più*); *vel:* summum (*Cic.-Liv.*); *vel:* plurimum; ut plurimum; ubi plurimum; cum plurimum (*Plin. et al.*); v. g. « Exspectabam hodie, aut summum cras, ab eo tabellarios »

(*Cic., Att.* XIII, 21); « Respondit illum biduo ad summum quatriduo, periturum » (*Cic., Mil.* 9); « Purpurae vivunt annis plurimum septenis » (*Plin.* IX, 36, 60).

— Nihil dico amplius (*Cic., Planc.* 7 = *non dico di più*); ut nihil dicam amplius (*Cic., Caecin.* 36).

Piviale: Sacra trabea (*O. Jozzi, Lex Epigr.*); trabea aurata, fimbriata (*Idem: = piviale con oro e frange*) - Trabea, ae, f. apud Romanos erat toga nobilis, vario modo ornata, a sacerdotibus, regibus ac magistratibus usurpata.

— Impluvia, ae, f. (*Vallauri*) - Impluvia (*Varr. et a. = veste dei sacerdoti durante la pioggia*).

— Pluviale, is, n. (*Lat. Eccles.*).

Pizzicagnolo: Negocians salsarius (*Morcelli*) - Negocians, *vel* negotians, *vel* negotiator legitur apud Cic.; salsarius, a, um (*Inscript. antiq.*); salsamentarius, a, um apud Plinium et Suetonium.

— Salsamentarius, salarius, porcinarius (*Vallauri: pizzicagnolo*) - Botularius (*Sen. = salcicciere*), qui botulos conficit et vendit - Suarius negotiator (*Ulp., Dig.*), qui suillae, seu suinae carnis negotiator est (*negoziante di carni suine*).

Pizzicheria: Taberna suaria, salsamentaria, salaria, botularia, salsaria.

Pizzo: *V. Merletto.*

Placca: Bractea, ae, f. (*foglia sottile di metallo* ecc.); lamina, ae, f. (*lamina di metallo, marmo, legno* ecc.).

— Phalerae arum, f. pl. (*Liv. et al. = decorazione equestre*) seu « ornamenta ex auro, vel argento, bullarum forma, quae viri nobiles ac praesertim milites, honoris causa, in pectore pensilia gestabant... » (*Forcellini = decorazione, medaglia, o borchia decorativa per attestazione di meriti civili o militari*). « Pro concione postero die laudati donatique a C. Calpurnio equites phaleris » (*Liv.* XXXIX, 31).

— *V. Commendatore con placca.*

Placet: *V. Regio Placet.*

Plagio – Plagiario: Alicujus scriptoris (auctoris, poëtae, carminis...) imitatio, *vel* imitamentum (*plagio letterario*). - Alicujus furari verba (*Quintil.*); alicujus sapientiam compilare (*Cic.*); alicujus scripta imitari (*far plagio, plagiare*).

— Alicujus scriptoris (poëtae, oratoris, carminis, orationis...) imitator, imitatrix (*plagiario, plagiaria*).

— In nonnullis lexicis hoc loco voces ponuntur: plagium, ii, n. (*Ulp., Dig. = delitto per cui si compra o vende un uomo libero; oppure*

si trafuga e vende dolosamente lo schiavo di un altro); plagiator, oris, m. (*Tertull.* = *chi compie il suddetto delitto*).

— In aliis, idque non omnino perperam, vox ponitur: plagiarius, ii, m. Quod quidem vocabulum apud Senecam (*Tranquill.* 8) et apud Ulp. (*Dig.* XXI, 1, 17 *et alibi*) eum significat qui mancipia aliena ut sua dolose vendit, vel qui hominem liberum abducit, in servitutem redigit, vendit... - Attamen apud Martialem (I, 53) eum indicat, qui alieni scripti se auctorem falso praedicat.

Planetario: Ad stellas errantes pertinens; ad planetas attinens; stellarum errantium. - *V. Pianeta.*

— *Sistema planetario: V. Sistema.*

Planimetria: Plana metiendi ars; plana metiendi ratio, doctrina; planimetria ae, f.; planimetria quae dicitur.

Plastica - **Plastico**: Ars fingendi, *vel* effingendi ars, ratio, doctrina. - *Graece:* Plastice, es, f. (*Plin.*). « Plasticen matrem statuariae... esse dixit » (*Idem,* XXXV, 12, 43). - Ex verbo πλάσσω = *raffiguro, do forma.*

— Ad effingendi artem, rationem, doctrinam pertinens (*plastico*). - *Graece:* Plasticus, a, um (*Vitruv.*). - Plastes, ae, m. (*Plin.* = *chi esercita la plastica*). « Plastae laudatissimi fuere Damophilus et Gorgasus » (*Idem,* XXXV, 12, 45).

Platino: Alutia, ae, f. (*H. Goelzer, N. Dictionnaire Français-Latin*); *vel* alutia, orum; *vel* elutia, orum, n. pl. - Haec tamen vocabula « platinum » significare haud clare ex hoc loco Plinii (XXXIV, 16, 47) eruitur: « Invenitur et plumbum candidum in aurariis metallis, quae elutia vocant, aqua immissa eluente calculos nigros ». Quo loco « elutia, orum » *vel* « alutia, orum » videntur esse potius *cave per lavaggio di metallo aurifero,* seu metalla auraria, quae aquâ eluuntur.

— Platinum, i, n. (*neologismo tecnico*).

Plausibile: Probabilis (*Cic.* = *verosimile, credibile, degno di approvazione*). Ratio probabilis (*Cic.* = *motivo serio, plausibile*); probabilia conjectura sequens (*Cic., Tusc.* I, c. 9); idque conjectura probabile est (*Cic., Tusc.* IV, 1).

— Plausibilis (*Cic.* = *degno di approvazione*) - « Haec plausibilia non sunt » (*Cic., Tusc.* III, 21).

Plenipotenziario: *V. Ambasciatore Plenipotenziario, Ministro Plenipotenziario.*

Pletora - **Pletorico**: Abundantia; nimia abundantia; v. g. nimia sanguinis humorisque abundantia (*come termine medico*); nimia ver-

borum abundantia, *vel* nimium verborum profluvium (*pletora di parole*).

— Abundans; redundans (*pletorico*); v. g. sanguine humoribusque abundans, redundans.

— *Graece:* Plethora, ae, f. - Plethoricus, a, um (πληθώρη).

Pleurite: Pulmonis membranae inflammatio, onis, f.; hunc morbum « dolorem lateris » Cicero appellat (*De orat.* III, 2); nonnulli « punctiones laterum » vocant; *graece:* pleuritis, idis, f(πλευρῖτις).

Pleuritico: Lateris dolore laborans; *graece:* pleuriticus, a, um (*Plin.*, XXVII, 4, 3).

Plurimotore: *V. Areoplano.*

Plutocrazia: Divitum regimen, *vel* imperium; census dominatus, us, m.; praedivitum regimen ac dominatus, *vel* praedivitum imperium ac dominatio. - Plutocratia, ae, f. (πλουτέω = *esser ricco* - κρατέω = *dominare*).

Pluviometro: Pluviae metiendae instrumentum. - Pluviometrum, i, n.

Pneumatico: Aëre inflatus; vento inflatus, a, um. - *Graece:* Pneumaticus, a, um; v. g. organa pneumatica (*Plin.*); pneumatica ratio (*Idem*); pneumaticae res (*Vitruv.* IX, 9); pneumatica ars, ratio, doctrina, disciplina (*la pneumatica, come arte e scienza*); machina pneumatica, *vel* spiritalis machina (Cf. *Vitruv.* X, 1). - Ex graeca voce πνεῦμα = *aria.*

— *I pneumatici degli autoveicoli* ecc.: Inflatae cummes, *vel* gummes; pneumaticae cummes; pneumaticae rotarum cummes, *vel* gummes.

Podagra: Laborare ex pedibus (*Cic.*, *Fam.* VII, 9, 23 = *Aver la podagra*); *graece:* podagra, ae, f. (*Cic.*, *Plin.*, *Cels.* - ποδάγρα).

Podagroso: Pedibus aeger, pedibus laborans. - Pedum doloribus angi, *vel* cruciari (*esser podagroso*). - *Graece:* podagricus, a, um (*Cels.*, IV, 24).

Podestà: Praetor (*Vallauri*); urbis, *vel* pagi magister (*Idem: sindaco di un municipio*) - Aptius tamen dicitur: Municipii moderator, curator, administrator (*podestà o sindaco di un Comune*). - *Graece:* Ecdicus, i, m. (*Cic. et a.*). « Ecdici in municipiis erant, qui Romae tribuni plebis, qui scilicet plebis causam adversus injuriam optimatum, vel suarum civitatum jura apud magistratus populi Romani tuebantur » (*Forcellini*).

Polemico: Bellatorius; pugnax. - Stilus bellatorius (*Plin.*, *Ep.* VII, 9, 7 = *stile polemico*); oratio pugnax ac quasi bellatoria (*discorso polemico, orazione polemica*).

Poliandria: Polyandria, ae, f. (πολὺς = *molto* - ἀνήρ = *uomo*). -

- Plures habere viros; pluribus viris nuptam esse (*praticare la poliandria*).

Poliarchia: Plurium dominatus, *vel* potentatus, *vel* regimen; multorum potentatus, dominatus, regimen. - *Graece:* Polyarchia, ae, f. (πολὺς - ἀρχή = *comando di molti*).

Poliarmonico: Multisonus, a, um (*Martial.*). - *Graece:* Polyharmonicus, a, um. (πολὺς - ἁρμονικός).

Policlinico: *V. Clinica.*

Policromo – Policromatico: Multicolor (*Plin.*); multicolorus, a, um (*Gell.*) - *Graece:* Polychromaticus, a, um (πολὺς - χρῶμα = *più colori*).

Poliedro: Polyhedrum, i, n. (πολύς - ἕδρα = *più superfici*); polyhedri formam habens (*poliedrico*).

Polifonia: Multisonus concentus - Adjectivum « multisonus, a, um » usurpatur a Martiale et Statio - *V. Armonia, Sinfonia, Concerto musicale.*

Poligamia: Matrimonium multiplex; plurium una simul uxorum matrimonium. - *Graece:* Polygamia, ae, f. (πολυγαμία) - Plures uxores ducere, habere... (*praticare la poligamia*).

Poligamo: Plurium uxorum vir. - *Graece:* Polygamus.

Poliglotta: Multarum linguarum gnarus (Cf. *Liv.:* latinae linguae gnarus); multarum linguarum intellegens; multarum linguarum doctus et intellegens (Cf. *Cic.:* doctus et intellegens vir).

Poligonale: Multangulus, a, um (*Lucret.* IV, 655). - *Graece:* Polygonius, a, um (*Vitruv.* I, 5 - πολυγώνιος).

Poligono: Multangula figura. - *Graece:* Polygonum, i, n. (πολύγωνον).
— *Poligono di tiro:* Campus jaculatorius (*Ulp., Dig.* IX, 2, 9); jaculatoriae exercitationis campus; jaculatoriae exercitationis palaestra.

Politecnico: Polytechnica studiorum sedes; polytechnicum studiorum domicilium; polytechnica artium sedes. - Vox graeca « technicus, a, um » legitur apud Quintilianum II, 13. - Adjectivum « polytechnicus, a, um » ex graeco ducitur (πολύς - τεχνικός).

Politeismo – Politeista: Plurium deorum cultus, *vel* religio. - Plurium deorum cultor.

Politica – Politico: I. Ars rei publicae administrandae; rei publicae ratio ac disciplina; disciplina de re publica administranda (*politica, scienza politica*); rerum civilium cognitio (*Cic.* = *politica, diplomazia*) - Ratio atque prudentia rei publicae gerendae (*Cic., Div.* I, 14 = *scienza e abilità politica*); disciplina rei publicae (*Cic., De Or.* I, 34); res publicas administrandi scientia (*Cic., Fin.* V, 21) -

Versari in publicis rebus (*Cic., Inv.* I, 3 = *occuparsi di politica*) - Usum in re publica magnum habere (*Cic., Philip.* X, 2 = *avere molta pratica nella politica*) - Vos tum plus in re publica vidistis (*Cic., Pro lege Manilia, vel de Imp. Pomp.* 22, 64 = *voi aveste allora più larghe vedute politiche*) - Consiliorum in re publica socius (*Cic., De Orat.* I, 7 = *amico politico*).

— Domestica rei publicae gerendae ratio (*politica interna*); rei publicae gerendae ratio ad externa negotia quod attinet (*politica estera*).

— E graeco fonte: Ars politica; disciplina politica; res politica; scientia politica - Politia, ae, f. (*Cic., Divin.* I, 30; II, 27 = *costituzione e governo dello Stato, lo Stato stesso*). Politice, es, f. (*Apul.* = *la politica*); quam vocem Cicero graece scribendo usurpat (*Att.* IX, 18: πολιτική).

II. Politicus, a, um (*Cic. et a.*) - Civitatis partes, *vel* factiones (*partiti politici*); politicarum partium studia (*tendenze politiche, passioni politiche*); politicarum rerum (*vel* factionum, *vel* partium) agitatio (*contesa politica*); tractandae rei publicae usus, prudentia (*esperienza politica*); in re publica (*nella vita politica*); rei publicae forma, disciplina, constitutio; *vel* rei publicae genus, *vel* publica civitatis constitutio, ratio, disciplina (*costituzione politica di uno Stato*).

— *Uomo politico: V. Statista.*

Polizia: Publicae securitatis administratio, *vel* cura; disciplina publica (*polizia*); tribunal urbanum (*Vallauri: ufficio di polizia*); praetor urbanus (*Idem: commissario di polizia*);

— Publici ministri, *vel* administri; publici, orum; publicae securitatis custodes, *vel* tutores (*poliziotti, agenti di polizia*) - *V. Guardia.*

Polizza: Scheda, schedula, scidula. - *V. Buono*, II.

Pollicoltura: Altilium cultura. - Altilia, ium, n. pl. (*Hor.-Sen. et a.* = *volatili e pollame in genere*).

Polline: Floris pollen, inis, n.; floris pollis, inis, m. et f. - In nonnullis lexicis hac significatione ponitur solummodo: pollen, inis n. Attamen haec vox « pollen, inis » *vel* « flos pollinis » (*Plin.* XIII, 12, 26) significat *fior di farina, o polvere sottile di altra cosa* (Cf. *Plin.* XIX, 5, 29); v. g. « Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aspersu (*Plin.* XIII, 12, 26 = *la colla comune si forma col fior di farina sciolto nell'acqua bollente con un tantino d'aceto*).

Polmonite: Pulmonis, *vel* pulmonum inflammatio, onis, f.; pulmonum morbus, *vel* vitium; *graece:* peripneumonia, ae, f., *vel* peripleu-

monia, ae, f. (*Cael. Aur.*) - Est et adiectivum peripneumonicus, a, um, (*Cael. Aur.*); itemque peripneumonicus, i, m. h. e. qui peripneumonia laborat (*Cels.-Plin. et a.* - περί - πνεύμον = *intorno al polmone*). Rem apte describit Celsus IV, 7.

Polo: Mundi vertex, *vel* cardo, *vel* axis; mundi vertices, *vel* cardines (*i poli terrestri*); septentrionalis mundi vertex, australis mundi vertex, *vel* cardo (*polo nord, polo sud*) - Vertex caeli (*Cic., Rep.* I, 15); axis caeli (*Cic., Nat. Deor.* I, 20) = *polo celeste, asse celeste.*

— « Te jure cives laudibus efferunt,
« Orbis quod axem rite sacraveris
« Regi Theandro, optata Patris
« Christiadum pius exsecutus » (Ex carmine V. Genovesi S. I., quod inscribitur « Ad Aerios Nautas Italos »).

— Polus, i, m. vox est graeca etiam a Cicerone usurpata (*punto girevole; asse terrestre e celeste*). Polus gelidus, glacialis (*Ov.* = *polo nord*); polus australis (*Ov.* = *polo sud*).

— Magnetis poli (*Vallauri: i poli della calamita*).

Polso: Venarum pulsus; arteriarum pulsus (*Cels. et a.*); venae lentiores, celeriores (*Cels.* III, 6 = *polso lento, accelerato*); arteriarum pulsus, viribus deficientibus languit (*Cels.* III, 5); venae conciderunt (*Ibidem*) = *manca il polso;* si cui venae sic moventur, is habet febrem (*Cic., Fat.* 8 = *polso da febbricitante*); venas tangere (*Sen., Ep.* 22) et venas tentare (*Suet., Tib.* 72) = *tastare il polso.* — Tenere venas (*Cic., De Orat.* I, 52). Non modo propria sed translata etiam verbi significatione haec verba usurpantur (= *misurare il polso, l'indole, l'animo, le forze di uno*).

Poltrona: Subsellium; subsellium nobile (*P. L. Rocci: Nuove favole latine,* p. 82).

— Aptius fortasse dixeris: molle subsellium.

— Sella dormitoria (*poltrona a sdraio*). - Adjectivum « dormitorius, a, um » usurpatur a Plinio.

— Flexibilis sella (*poltrona pieghevole*); *vel* sella flexilis. - Adjectivum « flexibilis, e » adhibetur a Cicerone, Ovidio, Plinio; e. g. flexibilis arcus (*Ovid.*); flexibilis vox, aetas, oratio (*Cic.*); flexibilis ad bonitatem (*Cic.*). - Adjectivum vero « flexilis, e » usurpatur a Virgilio, Ovidio, Plinio; v. g. flexilis circulus, ulmus.

Polvere – Polveriera: Pulvis pyrius, *vel* pulvis nitratus (*Georges-Calonghi,* II).

— Pulveris nitrati receptaculum (*Luciano: polveriera*); pulveris nitrati officina (*polverificio*).

Pomodoro – Pomidoro: Solanum lycopersicum (*Linn.*); lycopersicum esculentum (*Duc.*). - Lycopersici liquamen, *vel* lycopersici decoctum (*conserva di pomodoro*). - « Decoctum » legitur apud Plinium. - « Liquamen de piris facere » (*Pallad.* III, 25 = *fare la marmellata di pere*).

Pompa: I. Pompa, ae; apparatus, us; fastus, us: v. g. nuptiarum, funerum, sacrorum pompa (*Cic.*); saeculi pompa (*le pompe del mondo*); species et pompa in dicendo (*Cic.* = *stile pomposo*).

II. Machina, qua res liquentes extrahuntur; antlia, ae, f. (*Suet.-Martial.*); haustrum, i, n. (*Lucret.*, V, 515); sipho, onis, m. (*Sen.*, *Quaest. Nat.* II, 16 *et Plin.*, *Ep.* X, 42 = *Sifone o pompa idraulica*).

— Antlia hauriens (*pompa aspirante*); antlia propulsans, *vel* repulsans (*pompa premente*); antlia hauriens simul ac repulsans (*pompa aspirante e premente*) *vel* antlia hauriens subindeque propulsans.

Pompiere: *V. Guardia del fuoco* (*Guardia, in fine*).

Ponce: Calda odorata (*Luciano*); *vel* calida odorata (= *bibita calda e profumata*).

— Calida, *vel* calda aromatis condita. - Calida quinque elementorum potio (*sembra infatti che la parola derivi dal sanscrito « panch » = cinque, dai 5 ingredienti da cui il ponce è formato, e cioè spirito, acqua, limone, zucchero, spezie*).

Ponte levatoio: Pons subductarius (*che si può issare*); pons versatilis, *vel* versabilis (*girevole*) - Subductarius, a, um (*Cato, R. R.* XII, 68); versatilis (*Lucret.-Sen.-Suet.*); versabilis (*Sen.*).

Pontificale – Pontificare: Sacrum pontificali ritu peractum, *vel* peragendum (*messa pontificale*).

— Sacrum pontificali ritu peragere (*pontificare*); divina hostia ritu pontificali litare, *vel* facere.

Pontile: Ponticulus pensilis (*Pascoli*).

Pony (*parola inglese*) *V. Cavallo.*

Popolarità: Commendatio in vulgus (*Cic.*, *Tusc.* V, 36) - Popularis gloria (*Ibidem*); popularem gloriam expetere (*Ibidem*) - Aura vulgi (*Ovid.*); favoris popularis aura (*Liv.*); aura popularis (*Cic. et a.*); auram popularem captare, *vel* aucupari (*andare a caccia del favore popolare*). - Apud populum florere opinione et gratia (*godere di popolarità*).

Poppatoio: Lacti sugendo vasculum; sugitorium, ii, n. (*V. nova*).

Pornografia – Pornografico: Obscena, orum, n. pl. (*Ovid.-Quintil.*); obscenitas; obscenitates; verborum obscenitates; versus obscenis-

simi (*Cic.*); obscena verba, scripta; scriptiones obscenissimae; turpia scripta, dicta, verba. - Lascivissimae imagines, picturae (*immagini, pitture pornografiche*) - Scriptor obscenus, obscenissimus (*scrittore pornografico*).

— *Graece:* Pornographia, ae, f.; pornographicus, a, um (*πορνή = prostituta. - γράφω = scrivo; inizialmente la parola significava trattato intorno alla prostituzione*).

Portafogli – Portamonete: *V. Borsa.*

Portalettere: *V. Posta.*

Portantina: Sella gestatoria (*Suet., Ner.* 26) = *portantina, ove si sta seduti*); lectica, ae, f. (*Cic.* = *portantina, ove si sta coricati*). - *Graece:* Hexaphoron, i, n. (*Martial.* VI, 77 et II, 81 = *portantina retta da sei servi - ἑξάφορον*) - *V. Sedia gestatoria.*

Portasigari – Portasigarette: *V. Sigaro.*

Portata (*alla portata di...*): Res in medio est omnibusque explorata; omnia in medium dare; rem in medium vocare; res populi captui accommodare (*mettere alla portata di ...*).

— Navis onus, eris, n. (*portata della nave*); v. g. naves onerariae LXIII expugnatae, quaedam cum suis oneribus (*Liv.*). - Onera vehiculorum (*Suet.*). - Navis capacitas; vehiculorum capacitas; curruum capacitas, onus (*portata, tonnellaggio di una nave, di un veicolo*). - Vocabulum « capacitas » hac significatione usurpatur a Cicerone et ab aliis latinitatis scriptoribus.

— Ferculum (*Suet.-Plin.*). « Coenam ternis ferculis, aut, cum abundantissime, senis praebebat ». (*Suet., Aug.* 74) = *pietanza.*

Portavoce: Interpres alicujus (*portavoce di uno*); resonare alicui (*fare da portavoce ad uno per comunicare ordini, insegnamenti*): v. g. Sacerdotes Episcoporum voci quodammodo resonent; Episcoporum voci resonent christiani omnes (*Acta Leonis*).

— Transmittendae voci tubulus (*in senso di apparecchio portavoce*).

Portico: *V. Balcone ecc.*

Posate – Apparecchio della mensa: Escaria instrumenta; hoc est: coclear, aris, *vel* cocleare, aris, n. (*cucchiaio*); furcinula, ae, f. (*forchetta*); culter, tri, m. (*coltello*).

— Mensae supellex; mensae vasa. - Mantelium, *vel* mantele sternere; mensae vasa struere; convivia struere (*Tac.*); mensam instruere *vel* ornare (*apparecchiare la mensa*).

Possibile: *V. Impossibile.*

Possibilità: Facultas; potestas; copia; v. g. aliquid faciendi. Datur aditus ad aliquid faciendum (*vi è possibilità di fare qualche cosa*).

— Possibilitas vox est serioris latinitatis (*Arnob.*).

Posta – Postale – Postino: Cursus vehicularius (*Capitolin., Antonin.* 12. Cf. etiam *Suet., Aug.* 49); *vel* cursus publicus (*Cod. Theod.*) = *servizio postale, posta.*

— Res vehicularis, *vel* res vehicularia, *vel* res tabellaria (*La posta, istituto postale*).

— Tabellarii (*Cic.*); publici cursores (*Nep.*); publici tabellarii (*postini, portalettere*); veredus, *vel* equus cursualis (*cavallo da posta*); veredorum stabulum (*rimessa della posta*).

— Praepositus tabellariorum, *vel* praepositus publici cursus (*Morcelli: sovrintendente alle poste, ufficiale di posta*); publici cursus vehiculum (*carrozza postale*), *vel* vehiculum cursuale (*Inscript. antiq.*).

— Epistularum diribitorium (*Bazzarini-Vallauri: ufficio postale*), *vel* publicum epistularum diribitorium. - Diribitorium, ii, n. aedificium erat, in quo res variae ordinabantur ac distribuebantur (Cf. *Suet., Claud.* 18 - *Plin.* XVI, 40, 76, n. 2) = *fabbricato in cui si ordinavano e distribuivano* (diribere) *le tavolette dei voti, le paghe dei soldati ecc.*

— Re tabellaria uti (*servizi della posta*); aliquid per publicum cursorem mittere, *vel* aliquid publico cursori perferendum committere (*inviare per posta*).

— Publici cursus capsula, *vel* capsella (*cassetta postale*). In publici cursus capsulam epistulam demittere, immittere, inicere (*imbucare una lettera*).

— *V. vol. I, pag.* 151, 242, 244, 251.

— *V. Cartolina postale, francobollo, franchigia postale, casella postale.*

Postema: *V. Apostema.*

Postulatore delle cause dei santi: Orator, *vel* rogator de caelitum honoribus decernendis.

Potabile: Potui aptus; ad bibendum aptus; salubris; potu salubris (*contra:* potu insalubris).

— Aqua salubris; aqua potu salubris (*acqua potabile*); aqua insalubris; aqua potu insalubris (*acqua non potabile*).

— Aqua saluberrimi haustus (*Morcelli*).

— A nonnullis ponitur: potulentus, *vel* poculentus, a, um, ex loco Ciceronis (*Nat. Deor.* II, 56); hoc tamen adjectivum duas habet significationes, id est *bevanda,* et *bevone.* « Gustatus habitat in ea parte oris, qua esculentis et poculentis iter natura patefecit »

(*Cic., l. c.*). « Invalidum quemque obvium, vel potulentum corripere » (*Suet., Oth.* 2). « A coena ... potulentus » (*Apul.*).

— Ab aliis ponitur: potabilis. Hoc tamen adjectivum est cadentis latinitatis (*Auson.*).

Potassa – Potassio: Potassium, ii, n. (*Mariano*).

Potenziale: Vi virtuteque innixus; ex vi virtuteque oriens; non re, sed vi virtuteque exsistens.

— Vox « potentialis » infimae est latinitatis. Interdum tamen, ad rem aptius clariusque significandam, dicere vel scribere opportunum erit: potentialis, ut aiunt; potentialis, ut dicitur...

— *V. Virtuale.*

Potenzialità: Potentia; facultas, potestas; vis.

Potenzialmente: *V. Virtualmente.*

— « Potentialiter » vox est cadentis latinitatis (*Sidon., Ep.* VII, 14).

Praga: Praga, ae, f. (*città della Boemia e capitale della Cecoslovacchia*).

Pratica – Pratico: Cognitio; peritia; usus; prudentia; experientia alicujus rei (*Cic. et a.*). Rerum cognitio et usus; rerum usus (*Cic.*); rerum experientia (*Tac.*). - Ratio atque usus (*teoria e pratica*). - Doctrinam ad usum adjungere; doctrinam agendo exsequi ac confirmare (*unire alla teoria la pratica*).

— *Aver pratica di* ... Usum habere in aliqua re; usu cognitum habere aliquid; experiundo didicisse aliquid; callere aliquid, *vel* aliqua re; percallere aliqua re; usu rerum callere (*Liv.*); latinam linguam callere; Poenorum jura callere (*Cic.*); urbanas rusticasque res callere (*Liv.*); rerum usu percallere (*Cic.*).

— *In pratica; in teoria; mettere in pratica:* In usu vitaque communi (*Cic.* = *nella pratica della vita*); in actione vitae; in usu et agitatione vitae; in christianae vitae actione exercitationeque (*nella pratica di vita cristiana*); aliquid ad effectum deducere, *vel* ad rem deducere, adducere (*mettere in pratica*); *vel* aliquid efficere. - Opinione ac re (*in teoria e in pratica*); *vel* cogitatione ac re (*Cic.*). Ars et usus (*Tac.* = *Teoria e pratica*); scientia atque usus rerum nauticarum (*Caes.* = *teoria e pratica di cose navali*). « Haec cogitatione inter se differunt, re quidem copulata sunt » (*Cic., Tusc.* IV, c. 11).

— Sententiae de rebus ad agnitionem animi et ad moderandam vitam pertinentibus (*P. Angelini* = *Questioni speculative e pratiche*).

— *Pratico:* Peritus alicujus rei; usu peritus; usu alicujus rei atque exercitatione praeditus; alicujus rei prudens; in aliqua re exercitatus, versatus, v. g. in sordida arte (*Cic.*); instructus aliqua re, in

aliqua re, ab aliqua re, ad aliquid; v. g. artibus instructus; in jure civili, *vel* jure civili instructus; ad dicendum instructissimus a natura (*Cic.*).

— *Cosa pratica:* Res, quae magno usui alicui est; doctrina, ars, lex ... ad rem conducens (*doctrina, arte, legge ... pratica, utile*).

— *Una pratica:* Res; causa; negotium (*una pratica, un affare*). - Res tractanda, pertractanda (*una pratica in corso*); *vel* causa tractanda, pertractanda. - Res agitur inter ... Causa agitur inter ... (*la pratica è in corso fra ...*). - Pagellarum fasciculus (*una pratica di ufficio, un incartamento*); libellus (*una pratica presentata, un memoriale*); tabulae (*pratiche d'archivio*).

Prebenda – Prebendario: *V. Benefizio, Beneficiato.*

Precedenza: Antecessio, onis, f. (*Cic. = il precedere*); prior locus; potior dignitas; ordo potior.

— Antecedere aliquem, *vel* alicui aliqua re; antecellere aliquem, *vel* alicui aliqua re, *vel* in aliqua re; anteire aliquem, *vel* alicui aliqua re (*Cic. et a. = aver la precedenza*).

Precisamente – Proprio: Ipsi centum anni sunt, cum ..., *vel* ex quo ... - Triginta erant dies ipsi cum... (*Cic.*) = *Erano precisamente cento anni da quando... - Erano precisamente trenta giorni, quando...*

— Definite (*con precisione, con esattezza*); accurate, curate (*con accuratezza*); subtiliter (*con acuta precisione e diligenza*); v. g. definite dicere (*Cic. et a.*), subtiliter judicare (*Cic.*), subtiliter dicere (*Cic.*), tenues causas subtilius agere (*Cic.*), subtiliter disputare (*Plin.*), subtiliter perpolitus (*Cic.*).

— Proprie; vere; proprie vereque; proprio nomine; e. g. « Quod me amas, est tibi commune cum multis; quod tu ipse tam amandus es, tamque in omni genere jucundus, id est proprie tuum » (*Cic., Fam.* IX, 15); « Illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis » (*Cic., De off.* III, 3); « Proprie dictum id est, quo nihil inveniri potest significantius » (*Quintil.* VIII, 2); « Grabaei, proprieque dicti Illirii » (*Plin.*); « Ut proprie dicamus » (*Idem = per parlare propriamente, con proprietà*); « Id vocabulum non semper proprie, sed per quasdam translationes est dictum » (*Gell. = non in senso proprio, ma figurato*); virtutes, quae proprio nomine appellantur (*Cic. = virtù vere e proprie*).

— Utique (*proprio così*); ita prorsus (*precisamente così*); ad id apte (*proprio bene così*); in ipso articulo temporis (*Cic. = proprio nel momento decisivo*); in ipso discrimine pugnae (*proprio nel mo-

mento decisivo della battaglia); in ipso aditu (*proprio sull'ingresso*); plane alter Themistocles (*proprio un altro Temistocle*).

Preconcetto – Pregiudizio: Praejudicata opinio; temere concepta opinio; praesumpta opinio (*Quint.*); praesumpta suspicio (*Quint.*); praejudicata opinione, *vel* praesumpta opinione duci (*esser guidato da preconcetti, o pregiudizii*).

— « Praejudicium, ii, n. » apud optimos Latinitatis scriptores significat *giudizio anticipato, sentenza anticipata; svantaggio derivante da una deliberazione simile, anteriore; esempio precedente, che è di norma per altri simili.*

Predica – Predicazione – Predicare: Sacra oratio; sacra concio, *vel* contio, onis, f.; oratio de divinis rebus habita (*predica*). - Reprehensio; objurgatio; animadversio (*predica nel senso di rimprovero*). Increpare, *vel* objurgare aliquem; aliquem graviter reprehendere, monere, admonere (*far la predica a uno*).

— Non autem « praedicatio » (*Cic et al.* = *pubblicazione, proclamazione, elogio*).

— Sacram orationem habere (*predicare*); orationem (concionem) habere de rebus sacris (de divinis rebus); ad (apud) christianum populum concionem habere (Cf. Caes.: « concionem habere apud milites »); ad (apud) christianum populum verba facere; concionari ad ... apud ...; *vel* contionari ad ... (*Suet.*) apud ... (*Caes.*).

— Non autem « praedicare » (= *bandire, pubblicare ad alta voce, lodare, vantare, celebrare, esaltare*) v. g. laudes alicujus praedicare (*Cic.*); virtutem praedicare (*Id.*); de suis laudibus praedicare (*Caes.*); decumas frumenti praedicare (*Cic.*).

— *Predicare la pace, la virtù...*: Pacem, virtutem... suadere, conciliare; *vel* ad pacem, ad virtutem... hortari, adhortari; pacem, virtutem praedicare (*lodare, esaltare la pace, la virtù ...*).

— *Predicare ai sordi:* Cantare surdo (*Prop.* IV, 8, 47); canere surdis (Virg. *Ecl.* X, 8); surdo narrare fabulam (*Ter., Heaut.* II, 1, 10); narrare asello fabellam surdo (*Hor., Ep.* II, 1, 199); suadere surdis quid sit opus facto (*Lucr.* V, 1050).

Predicatore: Pontificiae Domus sacer concionator (*O. Jozzi, Lex, epigr.*) = *Predicatore dei Sacri Palazzi.* - Evangelii praeco; sacer orator; orator; sacer concionator (*predicatore*). - Non autem « praedicator (*banditore, divulgatore, chi fa l'elogio o l'esaltazione di uno o di una cosa*).

Preghiera mentale e vocale: *V. Mentale, Vocale.*

Pregiudizio: *V. Preconcetto.*

Prelato: Antistes; praesul. - Antistes Urbanus (*Prelato domestico di Sua Santità*); *vel:* Antistes domus Pontificis Maximi; adlectus inter antistites domus Pontif. (*Morcelli*).

— *Prelato Chierico di Camera: V. Camera Apostolica.*

— *Prelato di fiocchetto:* Antistes (praesul) lemnisco ornatus; Antistes, *vel* praesul lemniscatus. - Adjectivum « lemniscatus, a, um » seu lemnisco ornatus, legitur apud Ciceronem, Rosc. Am., c. 35; « lemniscus » autem significat = *nappa, fiocchetto ornamentale.*

Prelatura: Antistitis (*vel* Praesulis) dignitas, honos, honor, munus.

Premessa: Propositio (*Cic. et a.* = *premessa; enunziazione di ciò che si vuol in seguito esporre*). - Propositio est, per quam locus is breviter exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet ratiocinationis (Cf. *Cic., Iuvent.* I, 37). - Syllogismi propositio maior, minor, conclusio (*premessa maggiore, minore e conclusione del sillogismo*).

Preoccupazione: Sollicitudo, inis, f.; praemolestia, ae, f. (*Cic., Tusc.* IV, 30 = *molestia anticipata per un male temuto*).

— Sollicitum esse alicujus rei, de aliqua re, in aliqua re, circa aliquid, pro aliquo, propter aliquid, aliqua re (*Cic. et a.*); in sollicitudine esse de aliqua re, *vel* alicujus rei (*Cic.* = *essere in preoccupazione*); incredibili sum sollicitudine de... (*Cic.*); sollicitudinis aliquid habeo (*Cic.*); dices meipsum mihi sollicitudinem struere (*Cic.* = *crearsi delle preoccupazioni da sè*).

Presagire: Prospicere (*prevedere*); portendere (*preannunziare*); ego prospicio; id portendit; ex quo portendi licet ... = *io prevedo; ciò presagisce; da ciò si può presagire;* aliquid animo praesagire; animus praesagit mihi aliquid (*Liv.*); quasi animo aliquid praesagiret (*Cic.*); praesentire futura (*Cic.*); nihil in posterum praesentio (*Cic.*); praesagire, *vel* praesentire procellam (*Cic.*).

Presame: Coagulum, i, n. (*Varr., R. R.* II, 11 et al.) = *presame per coagolare il latte e fare il formaggio. - V. Ricotta.*

Prescrizione: I. Praescriptum; praeceptum; jussum, praescriptio (*Cic. et a.*) = *legge, comando.*

II. Usucapio, onis, *vel* usus capio, onis, f. (*Cic. et a.*). « Usucapio est adeptio dominii per continuationem possessionis anni, vel biennii; rerum mobilium anni, immobilium biennii » (*Ulp., Fragm. tit. 19*).

— Usucapio, is, cepi etc. (*Cic. et a.* = *acquistare per prescrizione*). « Nihil mortales a Diis immortalibus usucapere possunt » (*Cic., Har. Resp.* 14). - « Hereditas usucapta est » (*Cic., Att.* I, 5).

— A nonnullis ponitur hac eadem significatione: praescriptio, onis,

f. Hac tamen voce haec significantur: *a*) inscriptio, titulus (*Cic.*); *b*) praeceptum, lex (*Cic.*); *c*) praefinitio (*Cic.* = *limitazione*); *d*) titulus, causa (*Cic.* = *titolo, pretesto*) - Solummodo apud serioris latinitatis scriptores (*Paul., Dig.* XVIII, 1, 76; *Modestin., ibidem* 44, tit. 3) haec vox usucapionem significat, vel usucapionis titulum. Haec autem vox « praescriptio » aptius clariusque tum usurpari potest, cum de ea re rationeque agitur, quam nos « *prescrizione estintiva* » dicimus.

Presentazione di M. V.: Festum Mariae Virginis ad templum deductae (*Morcelli: Festa della Presentazione di M. V.*) - Festum Mariae Sanctae quod hoc die in templum ... deducta et a parentibus devota est (*Idem*) - Festum Mariae Virginis Deo a parentibus devotae.

Preservativo: I. (*Adjectivum*) Praemuniens; ad praecavendum aptus; aliqua re praemuniens (*preservativo per mezzo di...*); contra aliquid praemuniens (*preservativo contro...*).

II. (*Nomen*) Tutamentum (*Liv.*); tutamen (*Virg.*); munimen (*Idem*) *v. gr.* munimen ad imbres (*Idem*); antidotum, i, n., *vel* antidotus, i, f.; antidotum adversus aliquid (*Phaedr.-Quint.-Suet.*); antidotis praemuniri (*Suet.*); se praemunire aliqua re; medicamento se praemunire (*prendere un preservativo*); praecavere aliquid (*Cic. et a.*), praecavere ab aliqua re (*Liv.*).

III. *Preservativo venereo:* Pessarium, ii, n. (*Theod. Priscian.* III, 5); pessum, i, n. (*quod Celsus graecis litteris scribit:* V, 21); pessulum, i, n. (*Cael. Aurel., Acut.* III, 18) = *pessario, ossia supposta in forma di cono, che s'introduce nelle parti genitali fem., sia come medicamento, sia come preservativo.*

— *V. Condom.*

Presidenza: Praesidis munus (*ufficio del Presidente*); Praesidis sedes (*sede del Presidente*).

Pressione del sangue: *V. Ipertonia.*

Prestatore di lavoro: *V. Datore di lavoro.*

Prestigio: I. Auctoritas; auctoritas nominis; dignitas; auctoritas et gratia; v. g. auctoritate et gratia florere, valere apud aliquem ... = *godere prestigio e favore presso di uno.*

II. Praestigiae, arum = *falsa apparenza, sotterfugio, inganno;* verborum praestigiae (*Cic.*), *vel* verborum captiones (*frasi appariscenti e ingannevoli*) - Praestigias agere, *vel* praestigiarum ludos agere (*far giochi di prestigio*).

Preventivo: Praemuniens; ad praecavendum aptus (*adjectivum*). - An-

tidotum, i, n; *vel* antidotus, i, f. (*un preventivo, antidoto*). Antidotum adversus aliquid (*Phaedr.-Quint.-Suet.*). Antidotis praemuniri (*Suet.*) - Sumptuum aestimatio (*calcolo preventivo delle spese*). - Sumptus in antecessum aestimare (*fare il preventivo*). - In publicae custodiae loco cautionis causa aliquem detinere (*tenere uno in carcere preventivo*); dare aliquem in custodiam cautionis causa (*mettere al carcere preventivo*). - *V. Preservativo.*

Prevenzione: *V. Preconcetto.*

Principessa: Princeps; princeps femina (*Plin.*); principis conjux, *vel* filia; mulier regio genere orta, *vel* nobili genere orta.

Principiante: *V. Aspirante.*

Privilegiato: Privilegio donatus; jure praecipuo donatus; beneficio donatus; immunitate donatus; immunis.

— « Privilegiarius, a, um », adjectivum est serioris latinitatis (*Ulp., Dig.*).

— *V. Altare privilegiato.*

Pro e Contra: In utramque partem; v. g. in utramque partem disputare (*Cic., Fam.* XI, 27 = *disputare pro e contra*); *vel* disputare de omni re in contrarias partes (*Cic., De Orat.* I, 34).

Problema: Quaestio; causa; causa disceptanda, *vel* disceptata (*problema in discussione*); disceptatio (*questione, disputa*).

— E graeco fonte: problema, atis, n. (*Suet., Epigram.* 4 - *Senec. Controv.* I, 3, 8) = *questione, problema.*

Proboscide: Elephanti manus (*Cic.*). - *Graece:* Proboscis, idis, f. (*Varr.-Plin. et a.* - *προβοσκίς*).

Processione: Pompa (*Cic. et a.*); pompam ducere (*Liv.* = *fare una processione*).

— A Morcellio (*Lex. epigr.*) ponitur etiam: Processus, us, m. Haec vox, hac significatione usurpata, legitur in antiq. nummis. Apud *Cic.* vero et alios latinitatis scriptores optimos significat *progresso, avanzamento, incremento, promozione.*

— « Pompa procedit extra pomoerium, clero populoque adprecante, uti segetes bene eveniant » (*Morcelli: Processione delle Rogazioni*).

— « Sacrosanctum Corpus D. N. Iesu Christi sollemni pompa vicatim circumfertur » (*Idem: Processione del Corpus Domini*).

Processo - Processare: Causa; causa judicialis (*Cic.*); judicium (*giudizio ed anche processo giudiziario*); lis, *vel* lis judicialis; actio, *vel* actio judicialis (*azione giudiziaria*).

— Judicium dare, reddere (*concedere o fare iniziare un processo o giudizio*); judicium reddere in aliquem (*Caes.*). - Judicium dif-

ferre, proferre (*Cic.* = *differire, rimandare un processo*); judicii prolatio (*Cic.* = *dilazione di un processo*). - Judicium vincere de aliqua re, *vel* alicujus rei (*Cic.* = *vincere una causa*). - Aliquem in judicium adducere, deducere, vocare (*Cic.*); in judicium venire (*Cic.*); ad judicium vocari de aliqua re (*Cic.*).

— Litem intendere alicui (*Cic.*); litem inferre alicui (*Senec.*) = *intentare un processo contro uno;* inferre in aliquem litem capitis (*Cic.* = *intentare un processo criminale, capitale*). - Litem obtinere aut amittere (*Cic.* = *perdere o vincere un processo*); litem dare secundum aliquem (*Val. Max.* = *decidere il processo in favore di uno*); litem habere cum aliquo (*Cic.*); aliquem in litem impingere (*spingere uno in un processo*); lite implicari (*essere coinvolto in un processo*).

— Causam defendere (*Cic.*), causam dicere (*Cic.*) = *parlare a difesa in un processo;* causam tenere, obtinere (*Cic.*) *vel* perdere (*Cic.*) = *vincere, o perdere una causa.*

— Judicialis causae sumptus; litis impendia; impensae in judicialem causam factae, *vel* habitae (*spese del processo*).

Profanare: Alicujus loci (*vel* alicujus rei) sanctitatem violare.

Professionale: Ad aliquam artem pertinens; ad aliquod munus, *vel* ministerium attinens; v. g.: Consociatio (sodalicium, societas, sodalitas) ad aliquam artem, *vel* ad aliquod munus pertinens (*associazione professionale*); sodalicia (coetus etc.) artificum, opificum, pictorum, fabrorum etc... (*associazione professionale di...*); munera cuiusque propria, *vel* sua (*compiti professionali*); vitae genus ad artes (ad ministeria) pertinens (*vita professionale*).

— *Esperienza professionale:* Proprii muneris prudentia; *vel* crediti sibi muneris prudentia et usus.

— *Scuole Professionali:* Ludi ad varia suscipienda munera instructi; ludi variis artibus exercendis.

— *Istruzione professionale:* Institutio ad varia suscipienda munera apta; institutio variis artibus exercendis.

Professione: Ars; munus; ministerium. - Ars nobilis, ingenua (*professione nobile, elevata*). - Ars sordida, quaestuosa (*professione umile, per guadagnar la vita*) - Dignitates; magistratus (*professioni alte, magistratura*). - Artem factitare (*Cic.*), exercere (*Hor.*) = *esercitare una professione;* medicinam exercere (*Cic.*), medicinam facere (*Phaedr.*) = *esercitare la professione di medico* - Munere fungi; munus obire (*esercitare una professione*).

— Professio, onis, f. (*dichiarazione ufficiale della professione che*

uno esercita, ed anche la professione stessa o il mestiere dichiarato); v. g. professio grammaticae (*Suet.*), professiones (*Quint. = ufficio d'insegnante*).

— *V. Impiego.*

Professione religiosa: Sacra vota nuncupare; sollemnibus nuncupatis votis se obligare; sollemnibus nuncupatis votis se sacro sodalicio addicere; ex sollemni votorum formula sacrum inire, *vel* ingredi sodalicium; sollemnibus Deo votis se adstringere, obligare, devincire; se devovere Deo; se Deo mancupare, *vel* mancipare (*fare la professione religiosa*).

— Religiosae vitae professio. - Cf. professio bonae voluntatis (*Planc. in Cic.*), professio grammaticae (*Suet.*), professio flagitii (*Tac. = del mestiere di meretrice*), professio bene dicendi (*Cic.*); professiones (*Quint. = ufficio d'insegnante*).

Professionista: *V. Impiegato e Funzionario.*

— Qui artem exercet; qui artem profitetur; aliquo munere fungens.

Professo: Professus sodalis (*Morcelli: Religioso professo*); sodalis sacra vota professus; sodalis religiosam vitam professus; sodalis religiosa vota professus.

— In Societate Iesu sodalis professus sacerdos (*Idem: Prete Gesuita professo*).

— *Monaca professa. - V. Monaca.*

Professore – Professorale: Doctor; praeceptor (*insegnante*), e. g. philosophiae praeceptor (*Nep.*), vivendi atque dicendi praeceptor (*Cic.*), praeceptor domesticus (*Quint.*); doctor decurialis (*professore di qualche collegio o sodalizio*); professor; v. g. historiae naturalis professor (*Vallauri*). Professor, hac significatione, habetur apud Celsum, Suetonium, Quintilianum et alios; e. g. eloquentiae professor (*Suet.*), sapientiae professor (*Cels.*), professor (*Quint. et a. = retore, insegnante di retorica*).

— Theologiae tradendae munere fungens (*Morcelli*); Doctor Theologus alumnis sacri ordinis instituendis (*Idem: Professore di Teologia*); Doctor Sacrarum Litterarum (*Idem: Professore di S. Scrittura*); Doctor decurialis Lycei Leoniani sacrae historiae tradendae (*Idem: Prof. di storia eccl. alla Sapienza di Roma*); Doctor decurialis philosophiae morum tradendae (*Prof. di filosofia morale*); Doctores Lycei magni, *vel* Decuria doctorum Lycei magni (*Idem: Il corpo insegnante dell'Università*).

— Professorius, a, um (*Tac. = professorale*), v. g. « professoria lingua » (*Tac., Ann.* XIII, 14) = *da professore, da retore*. - Professore

dignus, a, um - Ut professorem addecet - Ut praeceptorem decet, *vel* addecet.

Profeta – **Profetizzare** – **Profezia**: Vates; fatidicus (*Cic.*); fatiloquus, a, um (*Liv.*); vaticinator (*Ovid.*); faticanus, a, um, *vel* faticinus, a, um (*Ovid.*); fatidicus, a, um (*Cic.-Varr.-Virg.*). - *Graece:* propheta, ae, m. (προφήτης).

— Vaticinari; futura praedicere, praenuntiare, praecinere (*Cic. et a.*) = *profetizzare.*

— Vaticinatio (*Cic.*); rerum futurarum praedictio; fatum (*Cic.*); oraculum (*Cic.*); vaticinium (*Plin.*); fatidicorum et vatum effata (*Cic., De Leg.* II, 80); sacrorum fata vatum, *vel* sacrorum effata vatum (*profezie sacre*).

Profilassi: Morborum cautiones (Cf. *Cic.:* incommodorum cautiones). - Morborum cautiones in antecessum adhibere (*usare cure profilattiche*).

— *Graece:* Prophylassis, is, f. (προφυλάσσειν = *difendere*).

Profilattico: Ad morborum cautiones pertinens; ad morborum cautiones in antecessum adhibendas attinens, *vel* pertinens.

Profittatore: *V. Speculatore.*

Prognosi: Praenotio (*Cic.*) = *conoscenza anticipata* - Praejudicium (*Cic. et a.*) = *giudizio anticipato, sentenza anticipata;* dum « praejudicata opinio » (*Cic.*) significat *prevenzione, pregiudizio* - Praesagium (*predizione, segni che predicono*), v. g. malorum (*Tac.*), mortis praesagia (*Suet.*).

— Morbi cursus praejudicium (*prognosi di una malattia*); *vel:* praejudicatus morbi cursus; praejudicatus morbi exitus.

Programma: Consilium; propositum; ratio; forma; v. g. consilium capessere (*Liv.* = *intraprendere un programma*); consilia capessendae rei publicae (*Cic.*), *vel* administrandae rei publicae (*programma politico*); studiorum ratio, disciplinarum ratio (*programma degli studii*); formam futuri principatus describere (*Tac.*), *vel* proponere, *vel* statuere (*programma per la futura amministrazione dello Stato*); libellus (*programma scritto*); v. g. ludorum libellus (*programma o manifesto degli spettacoli*).

Progresso: Progressus, processus, profectus, progressio (*Cic. et a.*). - Proficere in aliqua re, *vel* progressum facere in aliqua re (*Nep.*) - Nullum, parvum, magnum processum habere, *vel* efficere in aliqua re (*Cic.*). « Tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur » (*Cic., Brut.* 78) - Progressionem facere ad virtutem (*Cic.*); progredi in virtute, in amicitia... (*Cic.*).

— Progrediens aetas; progrediens saeculum; progrediens humanitas (*progresso dei tempi, civiltà progredita*).

— Progredienti populorum vitae (*vel* culturae) non officere neque adversari (*non opporsi al progresso dei popoli*).

— Quaecumque horum temporum ingenium peperit, omnia promiscue repudiare (*ripudiare il progresso moderno*).

Proiettile: Missile, is, n; telum, i, n; plumbea glans, andis (*di fucile*); globus ferreus (*di cannone*) - *V. Bomba e Bombardare; Mitraglia, Mitragliare.*

Proiettore: *V. Riflettore.*

Proletariato: Proletaria plebs; operaria plebs; aeraria plebs; minuta plebs.

Promotore: Auctor; auspex; concitator; v. g. concitator seditionis (*Cic.*), turbae et tumultus (*Liv.*); concitor, v. g. vulgi, belli (*Liv.*); instimulator, v. g. seditionis (*Cic.*); fautor, v. g. laudis (*Cic.*), et fautrix (*Cic.*); machinator, v. g. belli (*Liv.*); omnium scelerum improbissimus machinator (*Cic.*); molitor, v. g. caedis (*Tac.*), et molitrix (*Suet.*); suasor, v. g. deditionis (*Cic.*), legis (*Liv.*).

— Auspex munificentissimus, auctor atque adjutor templi aedificandi (*Morcelli*): *promotore munificentissimo e sovvenitore della fabbrica della chiesa.*

— Quaesitor de honoribus caelestium (*Idem: Promotore della Fede per le santificazioni*).

Propaganda: Rem proponere, illustrare, suadere - Rem longe lateque vulgare, divulgare - Rem quam latissime diffundere ac divulgare (*far propaganda*).

— Non autem hac significatione usurpari potest vocabulum « propagatio », quod quidem significat *propagazione, prolungamento;* v. g. propagatio finium imperii (*Cic.*); temporis, vitae (*Cic.*); nominis (*Cic. = della famiglia*).

— Ephebeum Urbanianum christiano nomini propagando (*Morcelli-Vallauri: Collegio di propaganda fide*) - Urbanus VIII ne idonei viri deessent, qui ad nomen christianum propagandum in barbarorum regiones mitterentur, domum alumnis ... aperuit (*Morcelli*). - Quo die Collegium alumnorum christiano nomini propagando sacra sollemnia inchoat Infanti Deo a tribus sapientibus adorato ... (*Idem*).

— Sacrum Consilium christiano nomini propagando (*Morcelli: Sacra Congregazione di propaganda fide*) - Gregorius XV Consilium e Collegio Cardinalium instituit, quorum judicio viri spectatae

virtutis ob christianum nomen propagandum in barbarorum regiones legarentur (*Idem*).

— Praefectus Sacri Consilii christiano nomini propagando (*Idem: Prefetto della S. Congregazione di propaganda fide*). - Ab actis Sacri Consilii christiano nomini propagando (*Segretario della S. Congregazione di propaganda fide*).

Propedeutica: Praevia alicujus disciplinae institutio; v. g. philosophiae, theologiae.

Proporzione – Proporzionato – Simmetria: Apta partium compositio, *vel* apta membrorum compositio (*Cic.*) = *simmetria delle parti;* concinnitas (*Cic.*) = *armonia del periodo;* commensus, us, m., *vel* commensus proportionis (*Vitruv.* = *simmetria*); congruentia et aequalitas (*Plin. I.*) - *Graece:* symmetria, ae, f. (*Vitruv.*); eurhythmia, ae, f. (*Idem* - *συμμετρία - εὐρυθμία*).

— « Symmetria est ex ipsius operis membris conveniens consensus, ex partibusque separatis, ad universae figurae speciem, ratae partis responsus: ut in hominis corpore, e cubito, pede, palmo, digito, ceterisque partibus symmetros est eurhythmiae qualitas; sic est in operum perfectionibus » (*Vitruv.* I, 2).

— « Reliqua membra suos habent commensus proportionis ... Similiter aedium membra convenientissimum debent habere commensuum responsum » (*Vitruv.* III, 1).

— A nonnullis hoc loco ponitur: proportio, onis, f. Hac tamen voce significatur potius « comparatio et respectus unius rei ad aliam » (*Forcellini*) = *analogia delle parti.* « Sed vinculorum id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se atque ex his, quae adstringit, quam maxime unum efficit. Id optime assequitur quae graece *ἀναλογία,* latine (audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur) comparatio, proportiove dici potest » (*Cic., Univ. 4 in fin.*).

— *In proporzione di ...* « Persuadent mathematici terram ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere » (*Cic.* = *I matematici (gli astronomi) dimostrano con persuasione che la terra in proporzione di tutto l'universo è come un punto*).

— Pro rata parte (*Caes.*), secundum ratam partem (*Vitruv.*), pro rata portione (*Cic.-Plin.*) = *a ciascuno in proporzione;* pro ratione laboris et operae (*Cic.* = *in proporzione del lavoro fatto*); pro suis cujusque viribus (*Cic.* = *a proporzione delle forze di ciascuno*); oratio captui auditorum accommodata (*Quint.* = *discorso proporzionato all'intelligenza degli ascoltatori*).

— *Proporzionato:* Aptus, idoneus; accommodatus; conveniens; appositus (*acconcio, adatto*); concinnus (*simmetrico, proporzionato, elegante*); v. g. concinna oratio, sententia (*Cic.*).

— « Quo modo in corpore diversa inter se membra conveniunt, unde illud exsistit temperamentum habitudinis, quam symmetriam recte dixeris, eodem modo naturam in civitate praecepisse ut geminae illae classes congruant inter se concorditer, sibique convenienter ad aequilibritatem respondeant » (*Acta Leonis* 1891: *L. Enc.* « *Rerum Nov.* », p. 109 = *proporzionato equilibrio delle classi sociali*).

— *V. Armonia.*

Proposto: (*o Prevosto, titolo di parroco*): Curiae Praepositus. - *V. Parrocchia, Parroco.*

Propriamente – **Proprio:** *V. Precisamente, proprio.*

Proprietà: I. *Ciò che è proprio a ciascuno:* Natura, ratio, vis, res alicujus, *vel* alicujus rei propria; quidquid est proprium; proprietas; v. g. singularum rerum singulae proprietates (*Cic.* = *proprietà caratteristiche di ogni cosa*); terrae proprietas caelique (*Liv.*); unguenti proprietas (*Plin.*); animalium proprietates (*Plin.*); proprietas verborum (*Quintil.*).

II. *Le proprietà, i possessi:* Opes; bona; possessiones; divitiae; patrimonium; substantiae (*le proprietà*). Opibus, *vel* divitiis abundare, affluere (*aver molte ricchezze*).

— *Diritto di proprietà:* Ius possidendi; jus mancipii; jus dominii (*diritto di proprietà ed anche diritto di dominio, di signoria*); jus potiundi; jus proprietatis; rerum dominium, vel moventium, vel solidarum (*Acta Leonis* 1891, vol. XI, p. 100, *Litt. Enc.* « *Rerum novarum* » = *proprietà dei beni mobili e immobili*) - Ius dominii delendum (Cf. *Acta Leonis* 1901, p. 6, *Enc.* « *Graves de communi* »). - Hoc loco notandum est vocabulum « proprietatem » apud Suetonium et juris consultos ejusmodi etiam habere significationem; v. g. « De proprietate jumenti cum quaereretur, ita decrevit ... » (*Suet., Galb.* 7). Proprietas autem duplex distinguitur: *plena,* si ei ususfructus conjunctus sit; *nuda,* si ab ea abscessit (*Papinian., Dig.* VII, 4, 4).

— Mancipio dare (*dare in proprietà*); usu mancipioque dare, *vel* deferre (*dare in uso e proprietà*); in mancipio usuque esse (*essere in proprietà e uso*); jure mancipii recepto (*ricuperato il diritto di proprietà*); aliquid mancipio accipere (*ricevere in proprietà*); in mancipium cedere (*passare in proprietà*); emancipatio (*Plin.* = *ces-*

sione dei beni - *Quint.* = *emancipazione dalla potestà paterna*); emancipare (*emancipare un figlio, ed anche cedere i beni immobili*), v. g. emancipare filium (*Liv.*), emancipare praedia paterna (*Quint.*), emancipare totum agrum (*Suet.*).

— *Funzione sociale della proprietà:* Sociale proprietatis munus; proprietatis munus in universorum utilitatem. - « Omnium rerum, quas ad communem hominum usum natura genuit, est servanda communitas, ut, quae descripta sunt legibus et jure civili, haec ita teneantur, ut sit constitutum legibus ipsis ... Quare et his utendum est, et semper aliquid ad communem utilitatem afferendum » (*Cic.*, *De off.* I, 16). Quo in loco videtur Tullius aliquid attingere de eo doctrinae capite, quod nos sociale proprietatis munus dicimus: *funzione sociale della proprietà.*

Proselitismo – Proselito: Studium ad suam religionem alios convertendi (*proselitismo religioso*); studium alios perducendi in suas partes (*politico*); studium alios ad suam disciplinam conciliandi (*filosofico*).

— Assecla, fautor, discipulus (*proselito*). - *Graece:* proselytus (*Tertull.* - προσήλυτος).

Prosodia: « Lex et ratio acuendi, vel deprimendi, aut circumflectendi syllabas » (*Forcellini*). - Versificandi leges. - Verbum « versifico » legitur apud *Quintilianum*, IX, 4.

— *Graece:* prosodia, ae, f. (*Varr. apud Gell.* - προσῳδία).

Prosopopea: « Personarum ficta inductio » (*Cic.*, *De Or.* III, c. 53, 205); fictio personae (*Quintil.*).

— E graeco fonte: prosopopoeia (*Quintil.* - προσωποποιία).

Prostata: Urethrae glandula, ae, f.; mictualis viae glandula. - Vox graeca « urethra, ae, f. » (οὐρήθρα) legitur apud Coelium Aurelianum medicum (III saec. p. Ch.), itemque latina locutio « mictualis via » (= *uretra*).

— Prostata, ae, f. (*ter. med.*).

Prostatite: Urethrae glandulae inflammatio; *vel* urethrae glandulae inflatio.

Protagonista: Primas partes agens, *vel* primas agens (*Cic.*, *Brut.* 90).

Protasi: Protasis, is, f. (*Gell. et a.* - v. gr. πρότασις = *prima parte del periodo, o premessa del sillogismo*).

Protesi: Prosthesis, *vel* prothesis, is, f. (*v. gr.* πρόσθεσις, πρόθεσις = *aggiunta*). — *In grammatica* (*Diomed. et a.*) *è l'aggiunta di una lettera o sillaba, e. g. Mavortis pro Martis; in chirurgia indica la sostituzione artificiale di un organo o parte di esso.* - Prothesis

dentaria (*protesi dentaria*). Adjectivum « dentarius, a, um » usurpatur ab Apulejo, Herb. 4 et 8.

Protesta – Protestare: I. Testari (*assicurare*); adfirmare, confirmare, profiteri (*asserire*).

II. Intercedere alicui, legi (*Cic.*); intercessionem facere, remittere (*Liv.*); intercedere ne ...; non intercedere quominus (*Liv.*) = *opporre il veto ad una legge, protestare, o non protestare contro una legge.*

— Interpellare aliquem (*Cic. et a.*) = *interrompere con obbiezioni;* interpellare aliquem in suo jure (*Cic.*); interpellare aliquem ne ... quominus (*Liv.*) = *opporsi ad uno... impedire che...*

— Reclamare (*gridar contro, opporsi, disapprovare*). Reclamare alicui (*Cic.*); reclamare alicui rei (*Cic.*); reclamare ne ... (*Cic.*). - Ab universo senatu reclamatum est ... - Una voce omnes judices, ne is juraret, reclamasse (*Cic.*).

III. Expostulare; expostulationem facere (*Cic. et a.* = *far rimostranza, lagnarsi di una cosa disapprovando e chiedendo riparazione*).

— Expostulare aliquid, v. g. injuriam, acta, leges ...; expostulare de aliqua re cum aliquo (*Cic.*); expostulationes facere de aliqua re cum aliquo (*Cic.*); expostulare et queri (*Cic. cum inf.*); expostulare cur (*Tac.*).

— Teterrimum facinus conquerimur et deploramus, illatamque expostulamus injuriam ... (*Acta Leonis* 1881, p. 330). - Decreta gestaque improbamus et apostolica auctoritate reicimus (*Acta Leonis*). - Universo orbi catholico sacrilegum facinus querendo indignandoque denuntiamus (*Acta Leonis* 1889, p. 131). - Vim Pontifici illatam conquerimur ... et sanctissima Apostolicae Sedis jura repetimus (*Acta Leonis*). - Legem de Civitate et Ecclesia dissociandis in luce orbis terrarum reicere ac damnare (*Ibidem*). - Injustam legem ac violata Apostolicae Sedis jura sollemniter expostulamus (*Ibidem*). - Universo christiano nomini hujus rei indignitatem denuntiamus (*Ibid.*). - De injusta lege expostulationes facere (*Ibid.*).

— *Protestare una cambiale - V. Cambiale.*

Protestante – Protestantesimo: Novatores (*Acta Leonis* = *i protestanti*). Haeretici novatores - Novatorum religio (*il protestantesimo*); falsa Novatorum religio.

Protettorato: Patroni dignitas; patroni munus; patroni auctoritas, potestas. - Patroni auctoritas (ac potestas) in regionem (*protettorato politico in una regione*). - Regio alicui patrono subjecta (*un protetto-*

rato in senso oggettivo); regio in alicujus patroni potestatem redacta; regio alicujus patrocinio subjecta.

Protettore – Protettrice – Protezione ecc.: I. Defensor, v. g. necis, periculi, juris et libertatis (*Cic.*); fieri defensorem alicujus; constituere alicui defensorem (*Cic.*).

— Patronus; praestes; custos; praeses; v. g. Deus, *vel* Dea praeses loci; fautor; propugnator; adjutor; auspex; sospitator; tutor; vindex.

— Non autem « protector », quae vox est serioris latinitatis, ac significat *guardia del corpo, pretoriano.*

— Depulsor pestilitatis (*Morcelli: Protettore contro la peste*); custos urbis (*Id.*); parens et patronus municipii (*Id.*); litterarum fautor et exornator (*Id.*); tutor artium bonarum (*Id.*); Aloisius caelestis patronus studiosae juventutis (*Id.*); Blasius vindex artium salutarium (*Id.: S. Biagio protettore dei medici*); Apostoli tutelares, propugnatores Urbis (*Id.*); communibus suffragiis patronum civitatis aliquem adsciscere (*Id.*); Purpuratum Patrem, *vel* Patrem Cardinalem patronum sibi adsciscere (*Card. protettore*).

— Defenstrix (*Cic., Fragm.*); patrona; praeses; adjutrix; auspex; custos; sospitatrix; praestes (*protettrice*); v. g. praestes studiorum (*Morcelli*) = *protettrice degli studii, degli studenti.* - Non autem « protectrix », quae vox est infimae latinitatis.

II. Tutela; patrocinium; praesidium; defensio; clientela; fides (*protezione, tutela*). - Non autem « protectio », quae vox est cadentis latinitatis - In alicujus fidem, tutelam, clientelam se recipere, conferre, permittere (*Cic. et a.*); in alicujus fide et tutela esse; in suam fidem, tutelam, clientelam recipere aliquem (*Cic. et a.*).

Protezionismo: I. Nimius in aliquem favor; nimium erga aliquem studium ac gratia; nimia in aliquem gratia. - Effrenum, effrenatum, iniquum erga aliquem studium ac gratia (*protezionismo eccessivo, sregolato, ingiusto*). - Alicui nimia gratia (effrenato favore, iniquo studio) favere, studere, indulgere (*peccare di protezionismo* ecc.). - Cf. Favor in aliquem (*Liv.*); studium ac favor in aliquem (*Idem*).

— *V. Favoritismo.*

II. Publicum suarum mercium patrocinium (*protezionismo commerciale dello Stato*); publica suarum mercium tutela.

Protezionista: Nimius alicujus fautor; iniquus alicujus fautor; nimius et effrenatus alicujus fautor (*chi pecca di favoritismo*).

Proto: Primus officinae librariae opifex; primus typographicae officinae opifex; primarius officinae typographicae artifex, opifex, operarius.

Protocollo – Protocollare: Tabulae; tabulae publicae (*protocollo pub-*

blico). - In tabulas referre. - In publicas tabulas referre. - In tabulis describere. - In publicis tabulis describere. - In acta referre (*protocollare*).

— *V. Registro, Registrare.*

— *V. Capo del Protocollo.*

Protomartire: Archimartyr, protomartyr (*Morcelli*).

Protomedico: Archiater; archiatros (*Morcelli*).

Protonotario: Protonotarius; protonotarius apostolicus; in protonotariorum collegium adlectus (*Morcelli*).

Protoplasma: Protoplasma, atis, n. (*Fort.*); πρῶτος = *primo* - πλάσμα = *formazione*.

Prototipo - **Archetipo**: Exemplum; exemplar; prototypus (*Mar.Vict.*); archetypum (*Plin.* = *archetipo*). - Archetypus, a, um (*Martial.*); seu primigenius, primigenus, primarius (*adjectivum*).

Proverbiale: In proverbii consuetudinem venit (*Cic., De Off.* II, 15); proverbii locum obtinet (*Cic., Tusc.* IV, 16); proverbii loco dici solet (*Cic., Philip.* XIII, 12); contritum vetustate proverbium est (*Cic., De Off.* III, 19); tritum sermone proverbium est (*Cic., De Off.* I, 10) = *È proverbiale... è divenuto proverbiale...*

Provvisorio - **Temporaneo**: Ad tempus; brevi tempore; v. g. brevi tempore, *vel* brevi statuto tempore, *vel* ad tempus perseverans; certo temporis spatio, *vel* per certum temporis spatium perseverans; stato tempore permanens (*provvisorio*). - Temporarius (*Sen.-Quint.*); temporalis (*Sen.-Quint.*) = *commisurato al tempo, temporaneo, temporale.* - Fluxus, caducus (*passeggiero, caduco*).

— Praeses ad tempus delectus, *vel* interim delectus (*Presidente provvisorio, o ad interim*).

— Non autem « temporaneus », vox cadentis latinitatis.

Psichiatra: Psychiater, psychiatrus, psychiatros, i, m. (ψυχή - ἰατρός = *medico della mente*). - Dementium medicus.

Psichico: Ad animum pertinens, *vel* attinens; animi; animorum. - *Graece:* Psychicus, a, um (ψυχικός).

— Animi status, *vel* condicio (*stato psichico, o psicologico*); animi, *vel* mentis infirmitas (*debolezza psichica*).

Psicologia - **Psicologo** - **Psicologico**: Humani animi pervestigatio, investigatio; de hominum animo doctrina, scientia, disciplina. - *Graece:* Psychologia, ae, f.

— Humani animi investigator; acerrimus humani animi investigator, *vel* inquisitor (*acutissimo psicologo*). - *Graece:* Psychologiae cultor, studiosus, peritus, peritissimus, professor, doctor.

— Ad humani animi investigationem pertinens, attinens. - *Graece:* Psychologicus, a, um (ψυχή = *anima* - λόγος = discorso).

Psicopatia - Psicosi: Mentis infirmitas; dementia; amentia. - *Graece:* Psychopathia; psychosis (ψυχή = *anima* - πάθος = *malattia*).

Psittacosi: Psittacosis, is, f. (ψιττακός = psittacus = *pappagallo*) = *pneumonite infettiva dei pappagalli, che viene trasmessa anche all'uomo.*

Psoriasi: *V. Rogna.*

Pugno: I. Pugnus, i, m. - Pugnum facere (*Cic.* = *serrare il pugno*) - Colaphus, i, m. (*Quint.* = *percossa data col pugno*) - Pugillus, i, m. (*Cat.-Plin.* = *quanto si stringe in un pugno, manciata*). - Colaphum alicui ducere (*Quint.* = *dare un pugno*); alicui colaphos infringere (*Ter.* = *dar pugni*).

— Aliquem pugnis caedere, contundere, incursare (*Plaut.* = *prendere uno a pugni*); obtusus sum pugnis pessime (*Plaut.* = *son tutto contuso dai pugni*) - Ludere, contendere, certare pugnis (*fare ai pugni*) - Pugilatus, us, m. (*Cic. et a.* = *lotta ai pugni*).

II. *Scriver di proprio pugno:* Utar meo chirographo (*Cic., Att.* II, 20); epistulae erant tua manu (*Cic., Att.* VII, 2); mea manu scriptae litterae (*Cic., Fam.* III, 6).

Pulpito: Suggestus, us, m. *vel* suggestum, i, n. (*Cic. et a.*) = *pergamo, pulpito,* seu locus eminens, ex quo verba fiunt ad populum.

— Pulpitum, i, n. (*Hor.-Sen.-Suet.*), tabulatum alte exstructum, unde aptius prospicitur, vel sermo fit ad populum, ad milites etc. (*palco, tribuna, cattedra*).

— Non autem, ut a nonnullis ponitur (*Vallauri*), pluteus, *vel* pluteum. Quod quidem vocabulum significat *parapetto, balaustra, riparo militare in forma di galleria* (*Caes.-Liv.-Veget.*).

Pulsazione: *V. Polso.*

Punch: *V. Ponce.*

Pupilla: (*amare come la...*) Aliquem in oculis ferre, *vel* gestare (*Cic., Phil.* VI, 4 - *Q. Fr.*, III, 1, 3 - *Har.* 23 *et a.*); aliquem in deliciis habere (*Cic.*); esse in oculis alicujus, *vel* esse in oculis alicui (*Cic.*); v. g. « esse in oculis multitudinis (*Cic., Tusc.* II, 26); publicanis in oculis sumus (*Cic., Att.* VI, 2).

— Non autem, ut nonnulli ponunt, « habere aliquem in oculis » (*Plaut.*), v. g. « hujus oculos in oculis habeas tuis » (*Idem, Pseud.* III, 2, 66 = *tener d'occhio uno*); neque « habere aliquem in manibus » (*Cic., Fam.* I, 9 = *tenerlo in palma di mano*).

Purezza - Purità - Puro: Munditia, ae, *vel* mundities, ei, f. (*Cic. et*

a.) = *purezza, mondezza, nettezza, delicatezza.* « Adhibenda est... munditia non odiosa neque exquisita nimis » (*Cic., Off.* I, 36) - Munde, munditer (*Plaut.*).

— Incorrupta sermonis integritas (*Cic., Brut.* 35 = *purezza di lingua*) - Sermonis munditia et elegantia (*Cic.* = *purezza ed eleganza della lingua*), *vel* sermo purus, pura oratio (*Cic.*); oratione limatus (*Cic.* = *puro nel favellare*); « puro quasi quodam et candido genere dicendi » (*Cic., Orat.* 16 = *con uno stile puro, naturale, schietto*) - Non autem « sermonis puritas ».

— Aër purus (*Cic.*); purus atque mitis aër (*Plin.*); purus fons (*Ovid.*) illimis fons (*Ovid.*); illimis veritatis fons; animus purus et integer (*Cic.*); purum argentum (*Plin.*); puriter (*nettamente*), v. g. « puriter lavit dentes » (*Catul.*).

— Animi integritas; innocentia animi; morum innocentia et integritas; morum sanctitas; castimonia; castitas; animi candor (*Ovid.*); integerrimi animi candor: animus purus et incorruptus; animus purus et integer (*purezza dell'anima, dei costumi*).

— Non autem « animi puritas », ut nonnulli ponunt (*Morcelli*). Puritas enim (*vel* purities) vox est serioris latinitatis (*Pallad.*), et plerumque accipitur pro munditia (*nettezza*).

Purga – Purgante: Alvi purgatio (*Cic., Nat. Deor.* III, 22 *et Fam.* XVI, 10); purgatorium medicamentum. - Adjectivum purgatorius, a, um est apud Symmach. VI, ep. 65 (64) et apud Macrob., Somn. Scip. I, 8. - Medicamentum purgatorium sorbere, *vel* alvum purgare, repurgare, abluere (*prendere un purgante, purgarsi*). - *Graece:* medicamentum catharticum (*Cels.* II, 12, sed locus dubius est).

— *Chiesa Purgante:* Ecclesia Expians (*per distinguerla dalla* Ecclesia Militans *e dalla* Ecclesia Triumphans); *vel:* Animae piaculari igne expiandae; animae piaculari igni addictae; defuncti admissa expiantes; pii manes, quos piacularis (purgatorius) ignis sideribus inserendos emundat.

Purgatorio: Flamma expiatrix (*Morcelli*); purificantes ignes (verbum « purificare » usurpatur a Suetonio); ignis piis manibus expiandis; piacularis ignis, *vel* piacularis flamma (« piacularis » hac significatione usurpatur a Varr. et Liv.).

— A Morcellio usurpatur etiam adjectivum « purgatorius, a, um » (v. g. purgatorius ignis). Haec tamen vox est cadentis latinitatis (*Macrob.-Simm.*).

— Animae piaculari igne expiandae; animae piaculari igni expiationis

causa addictae; defuncti admissa expiantes; pii manes, quos piacularis ignis sideribus inserendos emundat (*le anime sante del Purgatorio*).

Purificatoio: Linteolum detergens; sacrum linteolum detergens, *vel* abstergens (*pannolino liturgico per astergere il calice o le dita*). - Interdum ad rem significandam locutio adhiberi potest « sacrum linteolum » *vel* « sacrum linteum »; v. g. calicem sacro linteo detergere, *vel* abstergere (*detergere il calice col purificatoio*).

Purificazione (*festa della*): Festum Mariae puerperae perlitantis (*Morcelli*) - Festum Mariae se purificanti sacrum. - Verbum « purifico, as... » apud Suetonium (*Aug.* 94) significat *purificare o espiare con rito religioso.*

Purismo – **Purista**: Puri incorruptique sermonis studium diligentissimum; incorruptae (alicujus linguae) integritatis studium (*purismo*); nimium puri incorruptique sermonis studium (*purismo eccessivo, pedante*).

— Puri incorruptique sermonis studiosissimus (*purista*).

Q

Quaderno: Chartarum fasciculus (*carte unite insieme*); *vel* paginarum, pagellarum, paginularum fasciculus - Commentariolus, *vel* commentariolum (*quaderno di appunti, note* ecc.).

— A nonnullis ponitur: « Scapus chartarum » ex loco Plinii (XIII, 12, 23): « Siccantur sole plagulae, atque inter se junguntur, numquam plures scapo, quam vicenae ». « Scapus » tamen significat *tronco, fusto, rotolo;* quapropter « scapus chartarum » indicat *rotolo di carte* (plagulae), *che ordinariamente erano venti* (vicenae). Etenim olim plagulae, seu chartae in volumen convolvebantur.

Quadrante: Tetrans, antis, m. (*Vitruv.* = *la quarta parte*); v. g. « Circino dividuntur circinationes eorum tetrantibus in partes quatuor » (*Idem*, X, 11).

— Horologii frons; *vel* horarum index (*quadrante dell'orologio*); horologii discus (Cf. *Vitruv.* IX, 9).

— In ancipiti historiae cursu (*sul quadrante della storia*).

Quadrato – **Quadratura**: I. Quadratus, a, um; e. g. turris quadrata (*Lucr.*), basis quadrata (*Varr.*), saxum quadratum (*Liv.*), pes quadratus (*Quint.* = *piede quadrato*), statura quadrata (*Suet.* = *statura media e tarchiata*), corpus quadratum (*Cels.*), quadrata littera

(*Petron., Satyr.* 29 = *lettera maiuscola*), quadrata oratio (*Quint.*, II, 5 = *ben disposta ed armonica*).

— Quadratum agmen (*esercito disposto in quadrato*); v. g. quadrato agmine incedere (*Sallust.*); quadratum acies consistat in agmen (*Tibul.*).

— Quadratus numerus (*numero al quadrato*), apud mathematicos est numerus, « qui ex ductu unius numeri in se nascitur, ut quattuor, quae fiunt ex multiplicatione binarii » (*Forcellini*).

— Quadratum, i, n. (*Cic. et a.* = *un quadrato, un rettangolo*); v. g. « Pusionem quemdam Socrates interrogat de dimensione quadrati » (*Cic., Tusc.* I, 24).

— Quadrum, i, n. (*Cic. et a.*) idem est ac quadratum; v. g. « Perticae dolantur in quadrum » (*Colum.* = *pertiche squadrate con l'ascia*); sententias in quadrum redigere (*disporre in ordine armonico*); v. g. « Quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias » (*Cic., Orat.* 61 - cf. *ibid.*, 70).

— Quadra, ae, f. (*un quadrato*); v. g. deni in quadram pedes (*Quint.*, I, 10, 43); locus gradibus in quadram formatus est (*Fest.*). - Significat etiam *figura quadrata* (*Vitruv.*), *mensa* (*Varr.-Iuvenal.*), *pezzo di pane, di focaccia... in forma quadrata* (*Horat. et a.*).

— Pes quadratus (*Quint.* = *piede quadrato*); passus quadratus; mille passus quadrati; milia passuum in quadratum ducta, *vel* in quadrum ducta (*passo quadrato, miglio quadrato*); decem milia passuum in quadratum ducta, *vel* in quadrum (*quindici km. quadrati*); decem passus in quadrum, *vel* in quadratum (*quindici metri quadrati*). - *V. Metro - Chilometro - Ettometro - Decametro - Decimetro - Centimetro - Millimetro.*

II. Quadratio, onis f. (*quadratura; figura quadrata*); v. g. « Agatur linea rotundationis, quae quadrationis angulos tangat » (*Vitruv.* IV, 3).

— Quadratura, ae, f. vox est serae latinitatis, eaque significatur « ratio definiendae circularis superficiei ad quadrati dimensionem » (*Forcellini* = *quadratura del circolo*). « Non quod demonstrari nequeant, ut universitas maris, quae demonstrabilis non est, et ut circuli quadratura » (*Apul., Dogm. Plat.* 3).

Quadrimotore: *V. Areoplano.*

Qualcosa: Quidquam; quidpiam (*alcunchè, un poco*); v. g. quidpiam nocere (*Cic.*).

— Aliquid; quiddam (*qualche cosa*); v. g. quiddam humano majus (*qualche cosa di sovrumano*); quiddam, *vel* aliquid natura majus

(*qualche cosa di soprannaturale*); quiddam divinum (*Cic.* = *qualcosa di divino*).

Quale: Quotus reliquus, a, um (*quale altro, quanto poco altro*); qui, quae, quod, reliquus, a, um (*quale altro...*); v. g. Quota reliqua spes esse potest? - Quae reliqua spes est?

— Proh dolor! (*quale dolore!*); proh hominum ignorantiam (*quale ignoranza!*); proh morum improbitatem (*quale malvagità!*).

Qualunquismo – **Qualunquisti**: Civium pars e communi homine nuncupata (*Qualunquismo*); *vel:* Civilis factio e communi homine nuncupata. - Civium ordo e communi homine nuncupatus (*fronte dell'uomo qualunque*); *vel:* Civium consociatio e communi homine nuncupata.

— Civium pars e « quovis homine » nuncupata; factio e « quovis homine » nuncupata etc. (*Qualunquismo*). - Hae postremae locutiones, quamvis clarius pateant, minus tamen latinitatem sapiunt quam primae; ac verba potius reddunt quam rem ipsam.

— Sectatores factionis e communi homine nuncupatae (*Qualunquisti*); *vel:* Sodales consociationis e communi homine nuncupatae. - Vox « sodalis » apud optimos latinitatis scriptores significat = *compagno, socio, membro di un'associazione a scopo buono, o cattivo, ed anche a scopi politici, elettorali...* (*Cic. et a.*).

Quarantena: I. Quadraginta dies; quadraginta dierum intervallum, *vel* spatium (*in senso stretto*).

II. Tempus valetudini probandae praefinitum; tempus valetudini spectandae praestitum. - Aliquem in custodiae loco detinere valetudinis spectandae (probandae) causa (*trattenere uno in quarantena*). - Aliquid in dubium revocare (*Cic.*); valde de perlato nuntio dubitare (*mettere in quarantena una notizia*).

Quarant'ore: *V. Esposizione.*

Quaresima: Quadragesima (*Morcelli*) - Haec tamen vox cadentis est latinitatis, atque hac significatione usurpatur a Hieronymo (*Ep.* 41, 3): « Nos unam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum jejunamus ».

— Quadragenarii jejunii dies; quadragenarii jejunii tempus (*quaresima*). Quadragenarii jejunii tempore (*durante la quaresima*). Adjectivum « quadragenarius, a, um » adhibetur a Seneca, Ep. 25 « quadragenarius pupillus » (*di quarant'anni*); apud alios autem (*Vitruv.* VIII, 7 - *Cat., R. R.* 105) mensuram significat ad numerum quadraginta pertinentem.

Quaresimale – **Quaresimalista**: Quadragenarius, a, um (*Morcelli*) -

Hoc adjectivum apud Senecam (*Ep.* 25) significat *di 40 anni;* apud Catonem vero, Vitruvium et alios significat quidquid numerum quadraginta habet, sive annos, sive dies, sive cujusvis generis mensuras (Cf. *Forcellini*).

— Hoc die jejunium quadragenarium occipit (*Morcelli: comincia il digiuno quaresimale*).

— Sacrae orationes, *vel* conciones quadragenario tempore habitae (*prediche quaresimali*) - Orator per jejunium quadragenarium (*Vallauri: quaresimalista*). Sacras conciones habuit ad populum per jejunium quadragenarium (*Idem*). - Aptius fortasse dicitur: Quadragenarii temporis oratores (*quaresimalisti*); sacrae quadragenarii temporis orationes (*prediche quaresimali*).

Quartana: Febris quartis diebus recurrens (*Gell.*); quartana, ae, f., *vel* febris quartana (*Cic. et a.*); quartanam febrim *vel* febrem habere (*Cic.*); quartana febris accedit, decedit, intermittit (*Cels.* = *la febbre quartana assale, cresce, diminuisce, s'interrompe*).

Quartiere: *Quartiere d'abitazione, V. Appartamento.*

— *Quartiere generale, V. Generale.*

— *Rione di una città:* Urbis regio (*Tac.-Suet.-Plin.*) - Vicus (*Cic. et a.*); quae tamen vox, cum de urbe agitur, significat *rione;* cum vero de rure, *villaggio, borgo.*

— *Ove alloggiano i soldati:* Stativa, orum, n, pl. (*Liv.*); aestiva (*quartieri d'estate*); hiberna, *vel* hibernacula (*d'inverno*); militum contubernium (*Sal.-Tac.* = *quartiere o abitazione di soldati in generale*). - Copias in hiberna mittere, dimittere, deducere, distribuere, dividere (*Caes. et a.*); in hibernis esse, collocari; in hiberna concedere, se recipere etc.

— Exercitus pro vita rogat (*Cic.* = *chiede quartiere*); vitam dare, concedere (*Cic.* = *dar quartiere ai vinti*); ad internecionem omnes caesi fuerunt (*Liv.* = *non si diede quartiere ai vinti*).

Quattro Tempora: Quattuor anni tempestatum jejunium (*Vallauri*).

— Iejunium aestivi temporis; jejunium autumnalis temporis, *vel* jejunia temporis autumni; jejunium hiberni temporis; jejunia verni temporis (*Morcelli: quattro tempora d'estate, d'autunno* ecc.) - Quattuor anni tempestatum abstinentia; indictiva quattuor temporum abstinentia; jejunium quaternarium; stati per quattuor tempora jejunio dies (*digiuno e astinenza delle quattro tempora*). - Abstinentia significat *a*) *l'astenersi da ogni cosa viziosa, disinteresse, integrità di vita* (*Cic. et a.*); *b*) *il conservare la giusta misura nel mangiare e bere* (*Cels.*): *il digiuno* (*Tac.*); abstinentia alicujus

rei (*Sen.*), ab aliqua re (*Cels.*) - Quaternarius, a, um (*Plin. = del numero quattro*) - Indictivus, a, um (*Varr. et a. = indetto*).

— In lexico Vallauriano ponuntur etiam hac significatione verba « esuriales feriae »; Plautus tamen (*Capt.* III, 1, 8) esuriales ferias eos vocat dies, quibus ad coenam invitatur a nemine.

Quietanza: Acceptilatio, onis, f. (*Dig.*), apud juris consultos est testimonium acceptae pecuniae (*quietanza fatta con sole parole*); acceptilationis litterae (*quietanza scritta*).

— E graeco fonte: apocha, ae, f. (*Ulp.*, *Dig.*), est scriptum, quo creditor pecuniam se accepisse testatur (*quietanza, ricevuta*); apocha solutae pecuniae (*Scaevola, Dig.*); apocham conscribere, *vel* acceptum aliquod testari, *vel* aliquid acceptum referre (*fare una quietanza o ricevuta*) - Apochae autem respondet « antapocha » (*Cod. Iustinian.*), vox item e graeco fonte derivata; hoc est scriptum, quo debitor se pecuniam debitam creditori solvisse testatur (ἀποχή - ἀνταποχή).

Quinquennale: Quinquennalis, e (*Cic. et a.*), qui fit quinto quoque anno; *vel* qui quinque annos durat (*Liv.*). - Quinquennalicius, a, um, (*Inscript. Antiq.*), ad quinquennalem numerum pertinens.

— *Piano quinquennale:* Quinquennalicium inceptum; consilium efficiendi aliquid per quinquennium; quinquennium ad aliquid perficiendum statutum, *vel* decretum; rerum in quinquennium gerendarum rationem (formam) edicere, describere (*fare, stabilire un piano quinquennale*).

Quintale - Tonnellata: Tria centumpondia (= 1 *quintale*). Centumpondium (*Plaut. et a.*) genus erat mensurae centum librarum.

— Trecentae librae, *vel* pondo (300 *libbre* = 100 *kg. circa*).

II. Tria millepondia (3000 *libbre* = 1000 *Kg. circa* = 10 *quintali* = *una tonnellata*). - Millepondium (1000 *libbre*).

— Tria milia librarum; tria milia pondo (*una tonnellata*).

Quintessenza: Subtilissimus succus, *vel* sucus, i, m. (*Plin.*); alicujus rei sucus et robur; sucus orationis (*Cic. = la sostanza del discorso*); praecipua vis, virtus, ratio alicujus rei; praecipuum alicujus rei elementum.

Quirinale: Quirinalis collis (*Cic.*) - Regia Quirinalis Aula (*Reggia o Corte del Quirinale*).

Quito: Quitum, i, n. (*Lat. di Curia: la cap. dell'Equatore*).

R

Rabarbaro: Radix Pontica (*Cels.* V, 23 *in fine*); rhacoma, ae, f. *vel* rhecoma, ae, f. (*Plin.* XXVII, 12, 105); rà, *vel* rha (*indecl.* - *Ammian.*); rha barbarum, *vel* rhabarbarum.

Rabdomante: Rhabdomantiae peritus; rhabdomantia peritus; radiaesthesiae (radiaesthesia) peritus. *V. Rabdomanzia, Radioestesia*).

— Arcanae virtutis virgula occultam reperire aquam (*fare il rabdomante, esercitare la rabdomanzia*); *vel* arcana virtute virgulae occultos latices reperire; arcana virtute virgulae aquam terrae latebris occultam reperire; aliquid, terrae latebris occultum, arcanae virtutis virgula reperire (*esercitare la rabdomanzia in generale*).

Rabdomanzia: Rhabdomantia, ae, f. (*ῥάβδος = bacchetta - μαντεία = divinazione*).

— *V. Radiestesia e Rabdomante.*

Racchetta: Manubriatum reticulum, *vel* manubriatus reticulus.

— A nonnullis (*Vallauri et a.*) ponitur « reticulum » sine adjectivo; idque ex loco Ovidii (*Art. amat* III, 361) « Reticuloque pilae leves fundantur aperto », in quo poëta varios lusus puellis aptos describit, inter quos illum, quo multae pilae in reticulum, hoc est in reticulatum sacculum conjectae, primum effundutur acervatim, deinde vero ita singulae tolluntur, ut, dum una manu capitur, ceterae minime moveantur. Attamen, ut recte in Forcelliano lexico animadvertitur, « nihil huc facit ludus pilae, virorum proprius, quo reticulis manubriatis (*racchette*) pila datur ac remittitur » - Oportet igitur adjectivum « manubriatus, a, um » (*Pallad.-Ammian.*) reticulo adiicere, ut res apte significetur (*reticella col manico per giocare a palla = racchetta*).

— *V. Tennis.*

Raccoglimento interiore: Meditatio; contemplatio; alienatus ab externis rebus animus; attentus animus (*Cic.*); attentissima cogitatio (*Cic.*); animus intentus, intentissimus ad, in aliquid (*Cic.*), *vel* alicui rei (*Liv.-Sall.*).

— Recessus; secessus (*Cic. et a. = luogo di raccoglimento e il raccoglimento stesso*) - Mihi solitudo et recessus provincia est (*Cic.*). - In animis hominum tanti sunt recessus (*Cic. = angoli di raccoglimento nell'anima*) - In secessu, quam in fronte beatior (*Val. Max. = più felice nell'interno dell'animo, che sul volto*).

Raccolta - Collezione: Collectio; v. g. collectio membrorum (*Cic.*),

amicorum circulus, *vel* collectio (*Sen.* = *raccolta, gruppo, o crocchio di amici*); vox tamen « collectio » hoc Senecae loco (*Ep.* LXXIV, 25) incerta est.

— Collectus, us, m., v. g. aquae, lapidum (*Lucr.*), omnium haereseon (*Acta Pii X: Enc.* « *Pascendi* » = *il modernismo raccolta di tutte le eresie*).

— Collatio, onis, f. (*raccogliere insieme, raccolta, contributo, sussidio, ed anche paragone, similitudine, analogia*), v. g. collatio signorum (*Cic.* = *raccolta delle insegne nel combattimento*), collatio stipis (*Liv.*), collatio rationis (*Cic.-Sen.* = *rapporto di relazione, o analogia*), incultae barbariae (*Justin.* = *confronto, paragone*).

— Corrogata pecunia, vasa, auxilia (*Liv. et a.* = *raccolta di...*); res collaticia, *vel* collecticia, *vel* collectiva (*Sen. et a.* = *raccolta di...*), e. g. collaticia instrumenta (*Sen.*), stipe (*Apul.*), collectivus humor (*Sen.*), collecticius exercitus (*Cic.*).

— Acervatio, coacervatio (*accumulamento*), e. g. acervatio saporum (*Plin.; contra:* cibus simplex), coacervatio ac frequentatio argumentorum (*Cic.*).

— Congregatio, v. g. hominum (*Cic.*); conquisitio, v. g. librorum, pecuniarum (*Tac.*); perceptio, v. g. frugum, *vel* fructuum (*raccolta delle messi, dei frutti*).

— Dicta collectanea (*Suet., Caes.* 56 = *raccolta di sentenze*); scripta collectanea (*raccolta di scritti*).

— Breviarium (*Sen. et a.* = *compendio*) - « Peragere breviarium totius culturae » (*Plin.* XVIII, 26, 62).

— Summarium (*Sen. Ep.,* 39 = *raccolta, compendio, sunto*). - *Graece:* epitoma, ae, *vel* epitome, es, f. (*Cic.* - ἐπιτομή).

— Non autem hac significatione « compendium » (= *risparmio, frase compendiosa e sintetica, scorciatoia*); v. g. viae compendium (*Plin.* = *scorciatoia*), ligni compendium (*Plin.* = *risparmio di legno*), operae compendium (*Idem* = *risparmio di lavoro*); compendium facere (*Plaut.* = *risparmiare*) - Legitur autem apud Quintilianum (I, 1): « Brevia docendi monstrare compendia »; et apud Plautum (*Mil.* III, 1, 186): « verba conferre ad compendium » - *V. Compendio.*

— *Collezione numismatica: V. Numismatica.*

— *Chiamare a raccolta:* Receptui canere (*chiamare i soldati dalla battaglia*), *vel* signa receptui dare (*Caes.*) - Ad contionem advocare milites (*Caes.*); contione advocata (*Sall., Catil.* 57) = *chiamare a raccolta i soldati per conferire con loro, eccitarli a battaglia* ecc.

Rachitide – **Rachitico**: Vertebrarum spinae infirmitas; corpus detortum (*Cic.*); vertebrarum spina detorta. - Rhachitis, idis, f. (ῥαχῖτις).

— Vertebrarum infirmitate laborans; spinae infirmitate laborans (spina, ae, f. = *spina dorsale* apud Varronem et Celsum); rhachitide laborans; rhachiticus, a, um (*t. med.*).

Radicale – **Radicalismo**: I. Capitalis, v. g. capitale odium (*Cic.*); innatus, ingenitus, v. g. vitium innatum, ingenitum, gravissimum. - Remedium quod radicitus, *vel* stirpitus, *vel* penitus evellit morbum; curatio, quae radicitus, *vel* stirpitus, *vel* penitus evellit morbum ejusque causas (*rimedio, cura radicale*).

II. Quî rem publicam radicitus commutare cupit, *vel* nititur (*radicale in politica*) - Factio eorum, qui rem publicam radicitus commutare nituntur (*radicalismo politico*) - Radicales, quos vocant; radicales qui audiunt = *i radicali*.

Radicare – **Radicarsi** – **Radicato**: Radices agere (*Cic. et al.* = *radicarsi*); « radices agere in aliquid » si haec vox motum indicat; « radices agere in aliqua re » si motum non indicat. Verbi gratia: « Robora suas (radices) in profundum agunt » (*Plin.* XVI, 31, 55); « Pluma erat, inque cutem radices egerat imas » (*Ovid.*, *Met.* II, 583); « Aliae radices angustius diffundunt, ut cupressi; aliae latius, ut platani, usque eo ut Theophrastus scribat Athenis in Lyceo, cum etiam tunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse » (*Varr.*, *R. R.* I, 37); «christianae religionis praecepta alte in animis hominum radices agunt » (*Card. Galli in A. Ap. Sed.*).

— Radices adfigere terrae (*Virg.*, *Ge.* II, 318); habere radices, v. g. « radices habet altiores » (*Brut. ad Attic. et ep. Cic. ad Brutum* I, 17); in radices exire (*mettere o fare le radici*); haerere, inhaerere, inhaerescere, insidere, v. g. in animis, in mente, *vel* animis, menti (*radicarsi nell'animo, ...*); coalescere, confirmari, v. g. eius auctoritas coalescit, confirmatur (*Tac.*), coalita libertate (*Tac.*), in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa (*Sall.*).

— Penitus defixus, *vel* penitus insitus (*radicato*); inveteratus (*fig.*); v. g. inveterata amicitia (*Cic.*), prudentia (*Liv.*), invidia (*Cic.*), licentia (*Nep.*), inveteratus error (*Cic.*); insitus menti cognitionis amor (*Cic.*), insitum militibus vincere (*Cic.*), huic populo ita fuerat libertas insita ... (*Cic.*), lex est ratio summa insita in natura (*Cic.*); defixus in animis (*Cic.*), defixus in cogitatione (*Cic.*).

— Altissimis defixus radicibus (*Cic.* = *profondamente radicato*);

v. g. « virtus est una altissimis defixa radicibus, quae numquam ulla vi labefactari potest » (*Cic., Phil.* IV, 5).

Radiestesia: Radiaesthesia, ae, f. (*Acta Ap. Sedis* 1942, p. 148). - *V. Rabdomanzia.*

Radio: I. Radium, ii, n. (*minerale*).

II. Radiophonicum inventum; marconianum inventum; radiophonica ars; *vel* disciplina (*la Radio, l'invenzione della Radio; l'arte e la scienza della Radio*).

— Radiophonicum instrumentum; scrinium radiophonicum; capsella radiophonica (*un apparecchio radio*); *vel* radiophonium, ii, n.; *vel* scrinium undisonum, scriniolum undisonum; *vel* (*V. Genovesi S. J.*, « *In funere Gulielmi Marconi* ») « docilis capsella modorum ».

— Radiophonicae undae, *vel* radioelectricae undae (*le onde della radio*); *vel* aetheriae (electridis) undae, *vel* (*V. Genovesi S. J., ibidem*) « vocales undae, canorae undae ».

— Statio radiophonica (*Stazione Radio*); nuntius radiophonicus, *vel* nuntium radiophonicum (*radiomessaggio*).

— Radiophonica diurnorum actorum communicatio, *vel* enuntiatio; radiophonicum diurnorum actorum nuntium (*giornale radio*); *vel* radiophonicum nuntium.

— Nuntium per aetherias undas missum; *vel* nuntium per radiophonicas undas missum; *vel* nuntium per marconianum inventum transmissum; *vel* radiogramma, atis, n., marconigramma, atis, n. (*radiogramma, marconigramma*).

— *V. Antenna e Valvola della Radio.*

— *V. vol. I, pag. 77, 95, 107.*

— Ita Acastes Bresciani rem elegantibus describit versibus:

« Arte hominum elecitum, antennaque per aethera fulmen
« cum tremitu emissum, bractea quo trepidat,
« vicinae quando percussa est murmure vocis,
« filis se expediens, mobilis unda, volat;
« tranansque immensum, pervadens omnia, caelum,
« terrarum ictu oculi perficit orbis iter.
« Cumque urbes multae credant sua carmina caelo,
« vibrantesque undae cum totidem volitent,
« haud tamen hae coeunt, nec fortior unda minorem
« sorbet, nec fractam saxa repercutiunt.
« Illam non imbres, non miscet saeva procella,
« at servat tremitus quaelibet unda suos.
« Haec, occulta tibi, primum capiunda. Neque ingens

« hic labor, at satis est tendere fila cupri.
« Namque cupri cupidas, quas vis, captabis et illas
« in capsam poteris cogère daedaleam;
« flexis quae eiusdem filis aptata metalli,
« ardeat occulto lumine lampadibus.
« Multiplicis taedae hae virtute electridis ustae,
« ut fervent atomis, non semel amplificant
« omnisonaeque tubae vertendos denique tradunt
« undantes tremitus. Bractea tum similis,
« non aliter vibrans, progignit prorsus eosdem,
« qui procul hinc tremitus iam genuere, sonos ».

(*Radiotelephonia, carmen in locrensi certamine... magna laude ornatum, p.* 1-2).

Radio Diffusione Sonora: Radiophonica vocis propagatio; radiophonica vocis diffusio; radiophonica sonorum propagatio. - Vox « propagatio » legitur apud Ciceronem, Livium et al.; vocabulum autem «diffusio » legitur apud Senecam (*De vita beata,* IV, 5). — *V. vol. I, pag.* 95.

Radiogramma: *V. Radio II.*

Radiomessaggio: *V. Radio II.*

Raffinare: Expolire; purgare, perficere; v. g. dolor expolit, auget, perficit animos (*il dolore raffina e perfeziona gli animi*); purgare aurum, argentum; expolire carmen; expolire aliquem doctrinis omnibus (*Cic.*).

Raffineria: Officina alicui rei purgandae; v. g. officina saccharo purgando (*raffineria di zucchero*); officina purgando auro, argento etc. (*raffineria per l'oro, argento ecc.*).

Raffreddore: *V. Infreddatura.*

Ragade: Rhagades, um, f. pl.; *vel* rhagadia, orum, n. pl. (*Cels.-Plin.-t. med.*). Vox est ex graeco fonte: *ῥαγάς = screpolatura.* - « Myrteum oleum attrita sanat, et furfures, et rhagadas » (*Plin.* XXIII, 4, 44). « Caprifici cinis ex melle rhagadia sedat » (*Id.*, XXIII, 7, 23).

Raggiera: *V. Aureola.*

Ragionevole: *V. Intellettuale, Attendibile.*

Ragionevolmente: Rationabiliter (*Senec., Ep.* 109, 11); ratione; ratione adhibita.

Ragioniere: *V. Computista.*

Rapporto: Relatio (*Cic. et a. = esposizione, narrazione, rapporto di un magistrato al Senato*), v. g. rerum gestarum, dictorum, causarum (*Quint.*); relatus, us, m. (*Tac.-Sen. = l'atto del riferire, espo-*

sizione, rapporto o relazione ufficiale fatta in Senato); narratio, renuntiatio, expositio, v. g. rerum gestarum - *V. Relazione.*

— *Rapporto-Denunzia:* Litterae (*rapporto scritto*); *vel* libellus; v. g. libellum dare alicui (*Plin. et a.* = *fare rapporto, inoltrare denunzia*); denuntiatio (*denunzia*); e. g. accusatorum denuntiationes (*Suet., Aug.* 66); deferre aliquid ad aliquem, enuntiare aliquid alicui, *vel* cum inf. (*Liv.* = *denunziare, far rapporto, riferire*); deferre aliquem ad Senatum (*Suet.* = *denunziare, accusare uno al Senato*).

— Se conferre ad aliquem (*andare a rapporto*), *vel* se sistere alicui ad colloquendum, *vel* ad colloquendum cum aliquo se conferre - Sermonem conferre cum aliquo (*Cic.*), *vel* sermonem conferre inter se de aliqua re (*Val. Max.*) = *tener rapporto, conferire con...*

— Contrahere cum aliquo (*Cic., De Off.* I, c. 2) = *aver rapporti con uno;* contrahere amicitiam (*Cic.*), *vel* familiariter vivere cum aliquo (*Cic.*), *vel* familiariter, familiarissime uti cum aliquo (*Nep.*) = *aver rapporti di amicizia.*

— *In rapporto a...:* Quod attinet ad...; quod pertinet ad...; v. g. ad Senatum quod attinet; quam ad rem quod attinet; ad gerendum bellum quod pertinet...

— *Rapporti di parentela o di amicizia: V. Relazione.*

— *Rapporti diplomatici: V. Relazioni diplomatiche.*

Rappresaglia: Vis vi repulsa; vim vi repellere; paria paribus respondere (*Cic.*); par pro pari referre (*Ter.*); pari par respondere (*Plaut.*) = *far rappresaglia, render la pariglia.*

— A nonnullis hoc loco ponitur: clarigatio, onis, f. Haec tamen vox significat *a*) vel actum repetendi ab hostibus res suas illatique damni compensationem (*diritto a riparazione per danni*); *b*) vel jus puniendi (*diritto di rappresaglia*), ac mulctandi ob illatas injurias, vel ob violatum foedus (*taglia imposta*) - « Veliterni jussi trans Tiberim, habitare ut ejus qui cis Tiberim deprehensus esset, usque ad mille pondo clarigatio esset; nec prius, quam aere persoluto, is qui cepisset, extra vincula captum haberet » (*Liv.* VIII, 14) - Eamdem significationem habet verbum « clarigare » - Ius clarigandi (*diritto di rappresaglia, d'imporre taglie*).

Rappresentare: Fabulam dare, agere, peragère (*Cic. et a.* = *rappresentare un'azione drammatica*). - Quid sibi vult (*Cic.* = *che cosa rappresenta, significa ciò*); nec satis intellexi quid sibi lex... quid verba ista vellent (*Cic.*).

— *Rappresentare uno: V. Personificare.*

Rassegna: Recensio, onis, f. (*Cic.*), seu actus recensendi; recensus, us, m. (*Liv. et a.* = *rassegna, ricognizione*); v. g. recensum populi agere (*Liv.*). - Relatio, onis, f. (*esposizione, rapporto, narrazione*); v. g. relatio rerum gestarum, dictorum, causarum etc.

— *Passare in rassegna: V. Rivista.*

Ratifica – Autenticazione: Publica auctoritas; auctoritas publice data; publica fides; publice adjecta fides; publica confirmatio; confirmatio publice data; publica recognitio ac probatio; obsignatio ex auctoritate habita. - Vox « obsignatio » hac fere significatione usurpatur a Gellio (XIV, 2).

Ratificare – Autenticare: Ratum habere, ducere (*Cic.-Liv.* = *ratificare, approvare*); ratum facere (*Cic.* = *autenticare, confermare*); aliquid mihi ratum est (*Cic.*).

— Confirmare; auctoritate sua confirmare (*confermare, legalizzare, aggiunger forza, valore*), recognoscere (*rivedere, ritoccare, autenticare, vidimare*), v. g. leges recognoscere (*Cic.*), decretum populi recognoscere (*Cic.*), codicem recognoscere (*Cic.*).

— Obsignare, subsignare (*Cic. et a.* = *autenticare con sigillo, con firma, vidimare*), *vel* subscripto nomine ratum habere aliquid.

Raveggiolo: Caseus molliculus (*Plaut., Poen.* I, 1, 154) = *formaggio fresco, schiacciato e burroso. - V. Ricotta.*

Ravioli – Agnellotti: Lixulae, arum f. pl. (*Varr.*). - Lixulae dicebantur vocabulo Sabino circuli ex farina, caseo et aqua incondite facti; quod quidem satis apte rem significare videtur, quam nos *ravióli, vel agnellotti* vulgato nomine dicimus (Cf. *Forcellini*).

— A nonnullis (*Vallauri-Luciano*) minus recte hoc loco vox ponitur: Pastilli, orum, m. pl. - Cf. quae ad vocem *maccheroni* scripsimus.

— « Rabiolae, arum » vox est infimae latinitatis.

Razionale: *V. Intellettuale.*

Razionalmente: *V. Ragionevolmente.*

Razionalismo – Razionalista: Doctrina, qua humana ratio omnium rerum quasi domina ac dux habetur - Humanae rationis principatus (*Acta Leonis* 1888, p. 224). Rationalismus, i, m. (*Ibidem*); « rationalismus » qui dicitur.

— « Ratio humana obedientiam divinae aeternaeque rationi debitam recusans, suique se juris esse decernens, ipsa sibi sola efficitur summum principium et fons et judex veritatis » (*Ibidem*).

— Qui humanae rationi praefidentes, ea solummodo utuntur magistra ac duce (*razionalisti*) - Rationalismi fautores, sectatores (*Ibidem*), rationalistae (*Ibidem*).

Reale – Realistico: In rerum natura positus; in natura positus (*Cic.* = *reale*); verus; sincerus; solidus; germanus; genuinus (*sincero, genuino, vero, realistico*). - Ex ipsa rerum natura judicans (*realista nel giudicare*); judicium integrum, mens integra (*giudizio, pensiero realistico e imparziale*); ex re ipsa, non ex opinatione propria judicare (*giudicare in modo realistico*); re, non cogitatione (*Cic.* = *in modo realistico, non teorico*). - Ea autem in opinione existimare, non in natura posita, dementis est (*Cic.* = *È una follia pensare che queste cose siano soltanto concetti soggettivi e non cose reali*).

Realismo: Nuda rerum imitatio (*realismo in arte*). - *V. Verismo.*

— In politicis rebus ad res ipsas spectare, non ad fictas opiniones, *vel* ad praejudicatas opinationes (*realismo in politica*); in oeconomicis rebus ad res ipsas, ut sunt, non ad praejudicatas rationes (ad fictas opinationes) spectare (*realismo economico; mirare al realismo in economia*).

Reazionario: Regredientis humanitatis studiosus (*contra:* Progredientis humanitatis studiosus); veteris cogitandi agendique rationis studiosus, *vel* fautor (*reazionario nel modo di pensare e di agire*). - « Humanitas » significat etiam = *civiltà, cultura.*

Reazione – Reagire: Obnixus animus; obnixa voluntas; obsistens animus, *vel* voluntas; obnitens animus, *vel* voluntas; obnitendi voluntas (*reazione, volontà di reazione*).

— Vis vi repulsa (*reazione in atto*); contraria vis.

— A nonnullis ponitur: repulsus, us, m. Haec tamen vox significat *ripercussione, rifrazione, riverbero* - Scopulorum repulsus (*Cic.*) - « Adsiduo crebroque repulsu rejectae (effigies) reddunt speculorum ex aequore visum » (*Lucret.* IV, 104).

— Obniti alicui (*Cic.*); reniti alicui (*Plin.*); niti contra (*Tac.*); repugnare, adversari alicui (*Cic.*); resistere, obsistere alicui; officere alicui (*reagire*) - Fortiter, acriter repugnare, obsistere (*fare una forte reazione*) - Nullo obsistente, repugnante, recusante (*senza incontrare reazione*).

— *Reazione in senso culturale, sociale...:* Regredientis humanitatis studium (*contra:* Progredientis humanitatis studium); regressus ad veteres cogitandi agendique rationes.

Recidiva – Recidivo – Recidività: Adjectivum « recidivus, a, um » usurpatur a Celso (III, 4) et a Plinio (XXX, 11, 30) cum agitur de febribus.

— Repetitum delictum, *vel* facinus; iteratum delictum *vel* facinus; saepius iteratum delictum, peccatum, facinus (*recidiva nel peccato*).

— Iterum iterumque eadem in re delinquere; saepius in idem crimen relabi (*essere recidivo*).

— *V. Ricaduta nella malattia.*

Reclamare – Appellare: Appellare aliquem ab aliquo de aliqua re (*Cic. et a. = fare appello ad un'autorità*).

— Provocare ad aliquem ab aliquo de aliqua re (*Cic. et a. = reclamare ad un giudice superiore*).

— Repetere aliquid; vindicare aliquid sibi, *vel* ad se (*reclamare qualche cosa come dovuta*) - Sanctissima jura vindicare, repetere, tueri (*Acta Leonis = difendere e reclamare diritti sacrosanti*).

— Reclamare, *vel* reclamitare alicui, orationi, sententiae alicujus etc. (*opporsi ad alta voce, disapprovare, contraddire*).

— *V. Protestare, Protesta.*

Réclame: (*V. Franc.*) Laus; laudatio; laudis praeconia, *vel* laudum praeconia (*Ovid.*); nuntium laudativum; divulgatio laudis; laudis praedicatio; laudis ostentatio; notitiae divulgatio; laudis propagatio; laudis amplificatio; laudis praeconium (*Cic. et a. = divulgazione e lode*). - Adjectivum « laudativus, a, um » legitur apud Quintilianum; vox « divulgatio » apud Tertullianum.

— *Fare della réclame:* Aliquid dilaudando vulgare, pervulgare; aliquid laudando extollere (*Cic.*); aliquid laudibus efferre, *vel* extollere (*Sall. et a.*); aliquem in caelum laudibus extollere (*Cic.*); aliquem ad caelum extollere (*Cic.*); praedicare laudes alicujus (*Nep.*); alicujus laudes jactare, ostentare (*réclame esagerata, sfacciata*); laudum praeconia peragere (Cf. *Ovid., Pont.* IV, 8, 45); alicui praeconium tribuere (Cf. *Cic., Fam.* V, 12).

— *Inserire réclame su giornali o riviste:* Laudativum alicujus rei nuntium in actis diurnis, *vel* in commentariis ponere; laudativam alicujus rei notitiam actis diurnis (commentariis) credere, concredere; alicujus libri nuntium ac laudes in actis diurnis (in commentariis) ponere; alicujus libri nuperrime editi nuntium per acta diurna dilaudando dare.

Reclute: *V. Coscritti; Aspirante.*

Redentoristi: Sodales Redemptoriani.

Redivivo: Reviviscens (*Cic. et a.*); haec vox, ex verbo reviviscere orta, et propria et translata significatione usurpatur - Recidivus (*che ritorna, che riappare*); v. g. febris (*Cels.*); Pergama (*Virg. = che è riedificata*).

Reggente (*della Penitenzieria*): *V. Penitenzieria.*

Reggente (*della Cancelleria*): *V. Cancelleria.*

Reggenza: Curatio; procuratio; administratio (*in senso generico*); v. g. regni.

— Supremum consilium regno regundo (*Consiglio di Reggenza*); *vel* supremum regno administrando consilium.

Reggimento: Legio, onis, f. (*Morcelli*). - *V. Compagnia.*

Regio Placet: *V. Exequatur.*

Registro - Registrare: Album; v. g. album praetoris, album senatorium (*Tac.*), album judicum (*Sen.*), album citharoedorum (*Suet.*). - In album referre (*Liv.*); in albo describere; referre in acta; in tabulas publicas, *vel* in actorum codicem referre (*mettere al registro, registrare, inserire fra gli atti o documenti pubblici*). - *V. Ruolo.*

— Acta, orum, n. pl.; actorum codex; publicae tabulae (*libro o registro degli atti pubblici*).

— Commentarius, *vel* Commentarium (*registro di memorie, di notizie, di cronaca*); v. g. rerum urbanarum commentarium (*Sulp. in Cic.*); commentarii Senatus (*Tac.*).

— Codex accepti et expensi (*Cic. et a. = registro di cassa*) - Habere hoc nomen (*una somma*) in codice accepti et expensi relatum (*Cic.*).

— Ratio; v. g. ratio carceris (*Cic.*); rationes imperii (*Suet.*) = *ruolo, statistica.* - Rationarium (*statistica*), v. g. imperii (*Suet., Aug.* 28).

— Adversaria, orum, n. pl. (*Cic. et a. = registro di appunti, taccuino, agenda*).

— Index, icis, *vel* liber index (*catalogo, indice, sommario, frontespizio, indicatore*); v. g. index philosophorum (*Sen.*); index poëtarum (*Quint.*); legis index (*Cic.: titolo, frontespizio*); index orationis P. Scipionis (*Liv.*); stultitiae index (*Cic.*).

— E graeco fonte: elenchus, i. m. (*Plin.-Suet.* - ἔλεγχος).

— A nonnullis ponitur: regestum, i, *vel* regesta, orum (*Colum. et a. = cumulo di terra a modo di argine*). Hac tamen significatione vox est serioris latinitatis (*Vopisc.-Prudent. = registro*).

— « Nomen ejus in tabulas publicas atque inter urbis primores referatur » (*Morcelli: Sia posto il suo nome nei registri pubblici fra i nobili cittadini*).

Regolare: I. (*Adjectivum*). Ex artis legibus, *vel* praeceptis factus (*Vallauri*); rectus; justus; legitimus; concinnus; concinnus et elegans (*armonico*); bene dispositus; recte dispositus; *vel* descriptus; bene, *vel* recte compositus - Motus certus et aequabilis (*movimento regolare*); justum iter (*Cic. = marcia regolare di un giorno*); justum imperium (*Caes.*), vel legitimum imperium (*comando regolare, governo regolare, legittimo*); justus exercitus (*Liv. = esercito

regolare, conforme ai bisogni); justus reditus (*Tac.* = *corrispondente ai bisogni*); status ac certus reditus (*reddito regolare, fisso*).

II. Sodalis religiosus (*Morcelli: sacerdote o laico regolare*) - Religiosus alicujus ordinis sodalis.

III. (*Verbum*): Ordinare, v. g. res publicas, bibliothecam, orationis partes (*Cic.*); dirigere, v. g. vitam ad certam rationis normam (*Cic.*), omnia ad rationem civitatis (*Cic.*); moderari aliquid, *vel* alicui; temperare aliquid, *vel* alicui, v. g. sibi (*Caes.*), linguae (*Liv.*), rem publicam legibus (*Cic.*); dispensare (*distribuire regolarmente*), v. g. res domesticas (*Cic.*), annum intercalariis mensibus (*Liv.*); componere, conformare, accommodare aliquid alicui, *vel* ad aliquid; in ordinem redigere; ad normam conferre, redigere; bene, recte disponere, componere; concinnare (*dare la debita forma*).

— Omnia arbitrio suo regere (*regolare tutto a suo talento*); rationes familiares componere (*regolare i conti di famiglia*); aliquid ex re et tempore constituere (*regolare qualche cosa secondo le circostanze e i tempi*); tempori, *vel* temporibus servire (*Cic.* = *regolarsi secondo i tempi*); se gerere (*regolarsi*), v. g. ita se gessit ut...; horologium ordinare diligenter (*regolare l'orologio*); horologia conveniunt (*Senec.* = *gli orologi sono regolati*).

Regresso: Regressus, us, m. (*Cic. et a.* = *il tornare indietro; ritirata militare*). - Haec vox usurpatur sive propria sive translata significatione. « Progressus et regressus » (*Cic.*). « Dare regressum alicui » (*Ovid.* = *concedere il ritorno*). « Regressus ab ira » (*Liv.*). « Nullo ad paenitendum regressu » (*Tac.*). - « Ad probrosam ethnicorum vitam majores cotidie regressus fiunt ». (*Acta Leonis*).

— Deterior condicio; mutatio in pejus; detrimentum (*peggioramento, detrimento*). - Deteriorem fieri; pejorem fieri (*fare dei regressi o peggioramenti*).

Reincarico: Munus iterum creditum, *vel* concreditum, *vel* demandatum; iteratio muneris.

Reintegrativo: Redintegraturus, a, um (*che reintegrerà*); ad redintegrandum aptus; ad rem in pristinum (*vel* in integrum) restituendam idoneus.

Relativamente: Comparate (*Cic.-Contra:* simpliciter = *assolutamente*); v. g.: « Cum quaeritur quale quid sit, aut simpliciter quaeritur, aut comparate: simpliciter, expetenda ne sit gloria; comparate, praeponenda ne sit divitiis gloria » (*Cic., Top.* 22).

— Ad aliquid quod pertinet (*relativamente a...*); v. g. ad filium quod pertinet; ad patrem quod attinet (*relativamente al figlio... al padre*).

— Ratione habita alicujus rei (*relativamente ad una cosa*). - Pro nostrorum temporum condicionibus (*relativamente alle condizioni presenti*). - Pro sua cujusque facultate; pro suis cuiusque viribus (*relativamente ai propri mezzi, alle proprie forze*). - Quod scribis ... (*relativamente a quanto scrivi*).

Relatività: *V. Relazione - Corrispondenza - Correlatività.*

Relativo: *V. Assoluto.*

Relazione: Ratio; commercium, v. g. epistularum, linguae, sermonis commercium (*Liv. et a.*); nexus; vinculum; necessitudo (*relazione di amicizia, o di parentela*); usus; usus et consuetudo; officiorum conjunctio, *vel* amicitiae conjunctio, *vel* amicitia et conjunctio (*relazione di amicizia*); cum aliquo mihi est domesticus usus, *vel* summus usus; nullus mihi cum aliquo est usus; amicitiam cum aliquo jungere, facere, inire, contrahere, gerere (*Cic.*), *vel* esse in amicitia cum aliquo (*Nep.*) = *contrarre amicizia, o essere in relazioni di amicizia, di familiarità con uno;* amicitiam dimittere (*Cic.* = *rompere la relazione di amicizia*).

— Cum aliquo res rationesque jungere; rem contrahere, *vel* negotium contrahere cum aliquo; *vel* negotium habere, *vel* negotium esse cum aliquo (*aver relazione di affari*).

— Ne usurpetur autem hac significatione vocabulum « relatio » (*esposizione, rapporto, narrazione*), v. g. rerum gestarum, dictorum, causarum relatio. Ad omnes vero hujus vocabuli significationes quod attinet, vide quae scripsimus ad vocem *Canonizzazione*.

— *Relazioni diplomatiche:* Publicae rationes; publicae amicitiae rationes; publica officiorum vincula; publicae necessitudines - Publicae amicitiae rationes alicui intercedunt cum aliquo, *vel* alicui sunt cum aliquo; publicae rationes intercedunt inter ..., publicis amicitiae rationibus, *vel* nexibus, *vel* vinculis inter se contineri, *vel* conjungi.

— *In relazione a ...: V. Relativamente a ...*

Reliquiario: Reliquiarum theca; sacrarum reliquiarum theca. - *Graece:* Lipsanotheca, ae, f. (τὰ λείψανα = *reliquie;* θήκη = *teca*).

Reliquie: Exuviae (*spoglie*); reliquiae (*ciò che resta*); relliquiae; reliquiae caelitum beatissimorum (*Morcelli*). - *Graece:* Lipsana, orum, n. pl. (τὰ λείψανα).

Remora: Repagula, orum, n. pl. (*sbarra, chiavistello, remora*). - Repagula juris, pudoris et officii perfringere (*Cic., Verr.* VII, 15).

— Echeneis, is, f. (*Plin. et a.* = *piccolo pesce*).

Rendita: Reditus (*reddito in generale*); proventus, *vel* fructus (*reddito della terra*) v. g. praedii proventus; foenus (*interesse del denaro*); sumptus (*rendita come spesa*); census (*patrimonio*); merces (*fitto di una casa, di un podere, paga del lavoro*), v. g. agri merces, agelli mercedula, mercedulae praediorum (*Cic.*).

Reparto: Pars (*parte di un tutto*); loculus, loculamentum (*reparto di uno scrigno, di una scaffalatura o simile*).

Réporter: Notitiarum auceps, upis, m. - Vox « auceps » (*uccellatore, ricercatore zelantissimo*) a Cicerone translata etiam significatione usurpatur. - Ephemeridum notitiarum auceps (*réporter di giornali*).

Repubblica: Populare rei publicae regimen; Civitas popularis (*Acta Leonis*); res publica libera; *vel* res publica popularis; *vel* imperium populare (*in opposizione alla monarchia*).

— « Res publica » autem, *vel* « respublica » significat *la cosa pubblica, lo Stato* - Respublica regia (*Cic.* = *regno*), *vel* regius dominatus; imperium regium; regnum.

Requisire: Imperare aliquid alicui; v. g. frumentum sibi (*Cic.*); pecunias privatis; naves civitatibus (*Nep.*); arma, vehicula etc. - Exigere aliquid ab aliquo (*Cic. et a.*).

Responsabile – Responsabilità: Auctorem esse alicujus rei ... auctorem esse ad ... auctorem esse ut ... auctorem esse (*cum inf.*) ... (*esser responsabile di* ...).

— Suscepti officii ratio (rationes); in se recepti periculi ratio (rationes); periculum in se receptum (*responsabilità*) - Aliquid in se recipere; alicujus rei rationem in se recipere; periculum in se recipere; alicujus periculi auctorem fieri (*prendersi la responsabilità*). - Alicujus rei eventus in caput alicujus recidit (*la responsabilità ricade su* ...). - Recepti in se periculi magnitudo; *vel* magna suscepti officii ratio; *vel* magnae suscepti officii rationes (*la grande responsabilità assuntasi*) - In ejus caput culpa recidit, vel errorum ..., vel offensionis malique exempli (*Acta Leonis* = *sopra di lui cade la responsabilità sia degli errori, sia dello scandalo e cattivo esempio*). - Meo, tuo, suo periculo (*Cic. et a.* = *a mio, tuo, suo rischio o responsabilità*).

— *V. Garanzia, Garantire, Garante.*

Restauro – Restaurare: *V. Riparazione.*

Resurrezione: Reditus ad vitam (*Vallauri*); mortui ad vitam revocatio (*Idem*). - *Graece:* anastasis, is, *vel* anastaseos (*Lactant.* ἀνάστασις).

— Non autem « resurrectio, onis », vox serioris latinitatis (*Tertull.*).

— Sollemnia ob memoriam anastaseos D. N. (*Morcelli: Pasqua di resurrezione*). - Quorum corpora in cenotaphio communi potioris vitae tempus expectant (*Idem: aspettano la resurrezione*). - Sacrum sollemne ob praeludium anastaseos D. N. (*Idem: Messa solenne alla vigilia della resurrezione di N. S.*).

Reticolato: Reticulatus, a, um (*Varr.-Vitruv.-Plin.* = *fatto a rete*); opus reticulatum, structura reticulata (*Vitruv.*), reticulata fenestra (*Varr.* = *munita di rete*). - Rete ferreum (*rete di ferro*). - Ager, *vel* campus reticulato opere cinctus (*recinto reticolato, campo reticolato*).

Retroattivo: In antecessum valens *vel* vigens; in antecessem quoque vigens. - Lex in antecessum quoque viget (*la legge ha valore retroattivo*); efficere ut lex in antecessum quoque valeat (*dar valore retroattivo a una legge*).

Retrobottega: Interior tabernae pars; interior taberna; interior tabernae cella.

Retrogrado: Retrogradus, a, um (*Sen.-Plin.* = *in senso letterale; che va indietro; detto specialmente del moto degli astri*). - Retrogradior, eris ... (*Plin.* = *andare indietro*).

— *In senso figurato: V. Misoneista.*

— *Esser retrogrado:* Progredienti hominum culturae officere, *vel* adversari; quaecumque nostrorum temporum ingenium peperit, omnia promiscue repudiare.

Retroguardia: *V. Guardia, in fine.*

Retroterra: Interiores regionis terrae; interior regionis pars; terrae retro stantes. - Urbs ac retro stantes regiones, *vel* terrae (*la città e il suo retroterra*).

Retrovia: Retro stantes viae; retro positae viae; retro posita itinera. - Exercitibus commeatus liberos ac tutos reddere (*render libere e sicure le retrovie dell'esercito*); satis liberi commeatus erant (*Liv.* = *si poteva assai liberamente andare e venire*); intercludere hostes commeatu (*Caes.* = *chiudere le retrovie al nemico, cioè impedirgli le comunicazioni*).

Reuma - Reumatismo: Nonnulli hunc morbum « fluxionem » (fluxio, onis, f.) latine reddunt, cum Plinius scribat: « Contra fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant » (XXII, 18, 21). Hoc tamen loco hisque verbis Plinius agit potius de fluxione seu destillatione humoris noxii ex alvo, vel ex alia corporis parte. - Rectius igitur scripseris « morbum articulorum », *vel* « morbum articularem »,

vel « vitium articularium », *vel* « dolores articulares » (*Cat.-Plin. et a.*).

— E graeco fonte a nonnullis proponitur: rheuma, atis, n., *vel* rheumatismus, i, m. Quae tamen vocabula usurpantur a Plinio et ab aliis Latinitatis scriptoribus eadem significatione ac fluxio, onis (*flussione o distillazione di catarro dal ventre, dagli occhi ecc.*). — Idem significat apud Plinium adjectivum « rheumaticus, a, um », seu fluxione-laborans (*catarroso*). - V. *Artrite - Artritico.*

Revolver: *V. Pistola.*

Ribasso – Ribassare: Remissio (*abbassamento, diminuzione, riposo, sollievo*); v. g. febris, vocis, poenae, morbi, animorum (*Cic.*). - Demissio (*abbassamento, avvilimento*); v. g. storearum (*Caes.* = *delle stuoie*), animi (*Cic.*). - Imminutio, deminutio (*diminuzione*); deductio (*difalco, diminuzione ecc.*); dectractio (*detrazione, diminuzione*); minutio (*diminuzione*).

— Pretii minutio, imminutio, deminutio (*ribasso nel prezzo*); annonae vilitas (*ribasso nei prezzi delle derrate alimentari*); pretia praediorum jacent (*i prezzi dei poderi sono in ribasso*); animi demissio (*ribasso nel coraggio, avvilimento*); pretium minuere (*ribassare il prezzo*); vim, virtutem, dignitatem, auctoritatem suam minuere (*essere in ribasso in senso morale ecc.*).

— Aliquid deducere, *vel* detrahere de aliqua re (*fare il ribasso su qualche cosa*). - Quinas centesimas partes deducere *vel* detrahere de aliqua re; denas centesimas partes deducere, *vel* detrahere de... (*fare il ribasso del 5, del 10 per cento*).

— « Annona haud multum laxaverat » (*Liv.* XXVI, 20, 11 = *i viveri non erano molto ribassati*).

Ricaduta: *V. Recidiva-Recidivo.*

Ricaduta nella malattia: Novae temptationes morbi (*Cic., Att.* X, 17, 2). - In febrim, *vel* in morbum iterum incidere. - Aestu febrique iterum jactari. — Recidivae febres (*Plin.* XXX, 11, 30 - *Cels.* III, 4).

Ricamo; *V. Merletto.*

Ricetta medica; Medici praescriptum; praescriptio medica, *vel* medicinalis (*Cels.*), *vel* medicamentaria (*Plin.*). - *Graece:* Jatrica praescriptio.

Ricevimento: Receptio, onis, f. (*il ricevere*); v. g. frumenti receptio (*Sall.*). - Receptionis declaratio, significatio, testimonium (*accusa di ricevimento*).

— Admissio, onis, f. (*udienza*). - Sollemnis civium, amicorum, con-

legarum, sodalium admissio (*solenne ricevimento di cittadini, di amici, di colleghi..., presso di uno, di una famiglia ecc.*). - Liberalissime (honorificentissime) coram excipere cives, amicos, conlegas, sodales ... (*dare un ricevimento splendido a ...*).

Ricevuta: *V. Quietanza.*

Ricino: Ricinus, i, m. (*Plin.*). - Ricini oleum, *vel* ricini sucus (*olio di ricino*).

Riconoscere: Internoscere aliquem ab aliquo (*distinguere*); agnoscere, v. g. aliquem filium, regem etc. (*riconoscere come tale*); cognoscere (*riconoscere esaminando*), v. g. causam, totam rem, signum et manum (*il sigillo e il carattere o scrittura*); recognoscere (*esaminare, rivedere, autenticare*) v. g. rem, legem, consilium alicujus; libellos recognoscere et emendare; decretum populi romani recognoscere ac probare (*del Senato*); intellegere, animadvertere (*intendere*); fateri, confiteri (*confessare*), v. g. crimen, aes alienum, nomen (*riconoscere, o confessare il proprio delitto, il proprio debito, le proprie obbligazioni pecuniarie*).

Ricotta: Caseus secundarius (*Vallauri*) = *Latticino ricavato dal siero del formaggio, quindi cacio di 2° ordine o grado.* - Hanc tamen vocem apud nullos invenio veteris latinitatis scriptores.

— Metae lactantes (*Martial.*) = *forme di ricotta.* « Rustica lactantes nec misit fiscina metas » (*Martial.* I, 44) = *forme di ricotta poste in rustici cestini di vimini, come si usa anche oggi nei cascinali del Lazio.* - Voces « lactans, antis » et « lactantia, ium » (*Cels. et a.*) significant quidquid ex lacte fit (*i latticini*).

— A nonnullis (*Luciano, Mariano*) non recte hoc loco ponitur: « coagulum, i, n. ». Quae tamen vox indicat vel *presame per fare il formaggio* (*Varr. R. R.* II, 11); vel ipsum lac coagulatum (*Plin.* XXVIII, 10, 45) = *latte coagulato, raveggiolo.*

Ricovero: Perfugium, v. g. hiemis (*Cic.* = *per l'inverno*), perfugium et praesidium salutis (*Cic.*); refugium, v. g. refugium populorum erat Senatus (*Cic.*); receptus, v. g. ad Caesaris gratiam atque amicitiam (*Caes.*); receptaculum, v. g. militum, oratorum (*Cic.*), classibus nostris (*Cic.*), fugientibus (*Liv.*), fugae (*Liv.*); asylum, v. g. in illud asylum confugere (*Cic.*); latibulum, latebra (*nascondiglio*).

— Aliquem moenibus tectisque recipere (*dar ricovero ad uno*); se in portum philosophiae recipere (*Cic.*).

— Adversus aëronavium incursiones perfugium, *vel* refugium, *vel* receptaculum (*ricovero antiaereo*). - Adversus hostiles e caelo incursiones perfugium, refugium, receptaculum, latibulum.

— Domus mendicantium pupillarum (*Morcelli: ricovero per orfanelle povere*). - Aedes hospitales senibus egenis (*Idem: ricovero per vecchi indigenti*) - Hospitium egentium (*ricovero di mendicità*).

Ricreativo: *V. Sport - Sportivo.*

Ricredersi: De sententia desistere (*Cic., Tusc.* II, 12); de sententia dejectum esse (*Cic., Ibid.* II, 5 — *venir convinto dell'errore*); e sententia recedere; errorem deponere; consilium, *vel* sententiam mutare.

— Resipiscere (*Liv. et a.* = *ravvedersi, metter senno*).

Ridire: (*trovar da ridire*) succensere alicui aliquid; redarguere aliquem; obloqui alicui (*Cic.*); refutare, confutare aliquid.

Rientrare in sè: Se recollegere (*rientrare in sè per riflettere, prender animo* ecc.) - Secum animo reputare, *vel* secum animo recogitare; diligenter perpendere, animadvertere (*riflettere attentamente*).

Riepilogare: Breviter aliquid perstringere (*Cic., Verr.* 4, 105); presse dicere (*Cic.*); pressius describere (*Plin.*); summatim perscribere (*Cic.*); summatim exponere aliquid (*Suet.*); summatim attingere (*Idem*); capitulatim scribere, dicere; paucis aliquid absolvere; in pauca aliquid conferre.

— *V. Compendiare, Compendio, Sintesi, Sintetizzare.*

Riffa: (*di riffa, o di raffa*) Arroganter; superbe; insolenter; per omne fas et nefas (*Liv.*); contra fas (*Cic.*); contra fas ac jus (*Cic.*); contra jus fasque (*Sall.*).

Riflettore: Lampas lucem reverberans - Potentissima lampas lucis fasces projciens - Potentissima lampas, electride acta, caeli spatia perscrutans (*riflettore elettrico*).

Riforma – Riformatore: Correctio; emendatio; restitutio; instauratio; reformatio. - Correctio veteris Academiae (*Cic.*); correctio disciplinae, morum (*Suet.*); morum reformatio (*Sen., Ep.* 58, 26); instauratio sacrorum (*Liv.*) - Sacra in melius restituta; religio in pristinum restituta; christianae disciplinae correctio, emendatio, instauratio, reformatio (*riforma religiosa*).

— Corrector (*Cic.*); emendator (*Cic.*); instaurator (*Cic.*); reformator (*Plin.*); reductor (*Plin.*) = *riformatore* - Corrector atque emendator nostrae civitatis (*Cic.*). « Ipsarum litterarum jam senescentium reductor ac reformator » (*Plin., Ep.* VIII, 12).

— Mores civitatis corrigere in melius (*Cic.*); consuetudinem vitiosam et corruptam emendare (*Cic.*); depravatos mores reformare (*Plin.*).

Rifornimento – Rifornire: Iterum (*vel* rursus, rursum) instruere aliqua re (*rifornire*). - Se iterum instruere aliqua re (*rifornirsi*). -

Supplere (*rifornire ciò che è venuto a mancare, o è incompleto*); v. g. bibliothecam supplere (*Cic.*); legiones supplere (*Liv.* = *aggiungendo i soldati venuti meno*).

— Res in supplementum; merces in supplementum (*rifornimento di cose o di merci*); rerum supplementa (*rifornimento di ciò che è venuto a mancare*).

— Lumini instillare oleum (*Cic.* = *rifornire d'olio la lampada*); *vel:* rursus oleo ornare lampada, lampadas (*rifornire la lampada, o le lampade d'olio*). - Rei frumentariae consulere, *vel* prospicere (*curare l'approvvigionamento del grano*). - Rerum omnium commeatum comparare, instruere, providere; necessaria populi usibus comparare omnia (*curare l'approvvigionamento generale*).

Rifrazione - Rifrangere: Radiorum duplicatio (*Sen.*) « Radii solis a terra resiliunt, et in se recurrunt: horum duplicatio proxima quaeque a terris calefacit » (*Sen., Queast. Nat.* IV, 8) - Radios refringere; radii refringuntur (*Plin.*); radios replicare (*Sen.*).

— Interdum hac significatione usurpari potest verbum « reverberare » (*risospingere, ripercuotere, rifrangere*); e. g.: « Sic veneficiis corpus induruit, ut saxa reverberaret » (*Senec., Controv.* I, 3). « Fortunae iram reverberare » (*Id., Clem.* II, 5) - « Reverberare radios » locutio est cadentis latinitatis (*Apul.*).

— Repercussus, us, m. (*riverbero*); v. g. solis repercussus (*Sen.*) - Repercussio, onis, f., v. g. vicinorum siderum repercussio (*Sen.: riflesso o riverbero*) - Repulsus, us, m., v. g. effigies crebro repulsu rejectae (*Lucr.*) - Repercutere (*rifrangere, riverberare*), v. g. lumen aquae sole repercussum (*Virg.*) - Referre, reddere, v. g. lucem, imaginem (*riflettere, riverberare*).

Rifriggere: Iterum frigere (*in senso letterale*).

— Eadem semper verba decantare (*ripetere sempre le stesse cose*); pervulgata praecepta decantare (*Cic., Orat.* 18 = *rifriggere i soliti insegnamenti*); iisdem verbis (sententiis, praeceptis) aliquem obtundere (*tormentare con le solite cose fritte e rifritte*); communia ac contrita verba (*parole fritte e rifritte*); communia ac contrita praecepta (*Cic.*).

Riguardo: Respectus, us, m. (*Cic. et a.* = *il guardare indietro; considerazione; conto; stima; riguardo; ed anche rifugio e scampo*); v. g. nullo ad Deum respectu; *vel* nullo Dei respectu (*senza riguardo a Dio*); respectum ad Senatum et ad bonos non habere (*Cic., Phil.* V, 18); veteris respectus amici (*Martial.*); sine respectu non majestatis modo, sed etiam humanitatis (*Liv.*); sine sui re-

spectu (*Senec., Benef.* VI, 13 = *senza riguardo al suo interesse*); ad Senatum respectus (*Cic.* = *rifugio presso il Senato*).

— Obsequium; observantia, reverentia; ratio; causa; cura et diligentia; consideratio; v. g. aliquem summa observantia colere (*Cic.* = *trattare uno con molto riguardo e ossequio*); maxima debetur puero reverentia (*Iuvenal.*); alicujus rei ratione habita (*avuto riguardo alla tal cosa*); mea, tua, sua causa (*per riguardo a me ...*); multis de causis; aliis de causis (*per molti riguardi, per altri riguardi*); non uno nomine (*non per un solo riguardo*); curam hahabere alicujus rei, de aliqua re; curare ut...; sibi consulere, prospicere (*aver riguardo a se stesso*); nihil pensi habere de ...; nihil alicui pensi est de ... (*Cic. et a.*) = *Non tenere alcun conto di ... Egli non ha alcun riguardo di...*

Riguardo a...: *V. Rapporto in fine.*

Rilegare – Rilegatura: I. Religare; colligare; compingere (*rilegare, connettere, unire*). - Librum filo religare, compingere; librum membrana (corio, linteo tegumento) munire (*rilegare un libro in cartapecora, in pelle, in tela*); librum membrana, corio, linteo, pergamena tegere, contegere; librum assimulata pergamena tegere, contegere (*rilegare in finta pergamena*).

II. Librorum tegumentum, *vel* tegimentum; librorum religatio ac tegumentum (*rilegature dei libri*).

— Liber membrana, corio, linteo tectus, contectus, munitus (*libro rilegato in cartapecora, in pelle, in tela*).

— *V. Brochure.*

Rima: Vocum similis exitus (*Quintil.* = *rima, o assonanza*); versuum clausulae inter se consonantes; sententiarum clausulae inter se consonantes (*Idem*); consonantia verba (Cf. *Quintil.* IX, 5); versus consonantes (*versi che fanno rima*). - Carmina (*rime in senso di composizioni poetiche*).

— *Risponder per le rime:* Par pari respondere (*Plaut.*); paria paribus respondere (*Cic.*); par pro pari referre (*Cic.*).

Rimario: Consonantium verborum index.

Rimborso – Rimborsare: Solutio rerum creditarum (*Cic.*); solutio justi crediti (*Liv.*); solutione impedita, fides concidit (*Cic., Manil.* 7); fides nulla esse potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum (*Cic., Offic.* II, 24).

— Debitum reddere; aere alieno se liberare (*Cic. et a.*); aes alienum solvere (*Sallust.*); pecuniam numerare; solvere; pecuniam solvere (*Cic.*); summa erat solvenda de meo (*Plin.*). - Aliquid alicui ab

aliquo solvere (*rimborsare per mezzo di un altro, facendo ad uno la girata di un proprio credito*); v. g.: Quintus frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio solvat (*Cic.*, *Att.* VII, 18).

Rimboscare: Locum arboribus serere, conserere; locum arbustare, v. g. « cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustare agros » (*Plin.* XVII, 23, 35, n. 22).

Rimorso: *V. Coscienza.*

Rimostranza: Monitio, admonitio (*Cic. et a.*); monita, orum, n. pl. (*Cic.*). - Monere, admonere aliquem de ... (*Cic. et a.: = fare rimostranze o ammonimenti*).

— Interpellatio; interpellare (*Cic. et a. = interrompere il discorso, fare obbiezioni, opposizione a parole e a fatti*); v. g. interpellare aliquem loquentem (*Liv.*); aliquem in suo jure (*Cic.*); operam alicujus.

— Querela (*rimostranza, lagnanza*); v. g. « Querelas apud aliquem habere de aliquo » (*Cic.*, *Q. Fr.* I, 2). - Justam querelam habere quod... (*Liv.*). - Querelas cohibere non possumus ob... (*Acta Leonis*). Querelas Nostras publice testamur de... (*Ibidem*) = *Fare pubbliche rimostranze, o proteste.*

— *V. Protesta, Protestare.*

Rincaro: Caritas (*contra:* vilitas); v. g. annonae caritas (*Cic.*), rei frumentariae caritas (*Cic.*); nummorum caritas (*Cic.*), omnium rerum caritas (*rincaro della vita*). - Alicujus rei pretium exardescit in immensum (*Suet.*, *Tib.* 34 = *rincaro enorme*). - Annonam excandefacere, incendere (*Varr.*, *R. R.* III, 2 = *fare rincarare i prezzi*) - Flagellare annonam (*incettare i viveri per rincararli*). « Praevalens manceps annonam flagellat » (Cf. *Plin.* XXXIII, 13, 57 = *appaltatore affarista e incettatore, che fa rincarare i prezzi*).

— *V. Caro-vita, Rincaro-vita.*

Ringhiera: *V. Balaustrata.*

Rinite: Narium inflammatio. - *Graece*: Rhinites, is, f. (*t. med.* ῥίν = naso) - Acri narium inflammatione (*vel* inflatione) laborare (*soffrire di rinite acuta*).

Rinofonia: Vox per nares edita (= *voce nasale*); vox quae per nares egeritur (*Quintil.*). - *Graece:* Rhinophonia, ae, f. (ῥίν = *naso* - φωνή = *suono*).

Rinologia – **Rinologo**: De naribus doctrina, disciplina, scientia, praecepta. - *Graece:* Rhinologia, ae, f. (ῥίν, ῥινός = *naso* - λογός = *discorso*). - Rhinologiae cultor, doctor, peritus, peritissimus (*rinologo*).

Rinoscopia: Narium inspectio. - *Graece:* Rhinoscopia, ae, f. (*ῥίν = naso - σκοπέω = osservo*).

Rione: *V. Quartiere.*

Rio de Janeiro: Rivus Januarius, *vel* Rivi Januarii urbs (*Capitale del Brasile*).

Riparazione: Refectio (*restauro*), v. g. refectio Capitolii (*Suet.*), refectio animi (*Plin.: ristoro*). - Reficere (*restaurare, rifare*).

— Restitutio (*restauro, ristabilimento nello stato di prima*); v. g. restitutio domus (*Suet.*); urbis in majus (*Suet.*); pristinae fortunae (*Suet.*); libertatis (*Val. Max.*). - Restituere in antiquum statum (*Cic.*), in pristinam dignitatem (*Cic.*), in integrum (*Cic.*).

— Restauratio (*Ulp., Dig.*). - Instauratio (*Cic. = rinnovamento*); v. g. ludorum (*Cic.*), sacrorum (*Liv.*).

— Compensatio (*compensazione*); incommoda commodorum compensatione lenire (*Cic.*).

— Satisfactio (*Caes. et a. = soddisfazione per un debito o per una colpa*).

— A nonnullis ponitur etiam « reparatio », quae vox est tamen serioris latinitatis (*Prudent.*).

— *V. Ammenda, Rappresaglia.*

Riposo festivo: Feriae, arum; feriatum tempus; dies feriatus.

— Requies per dies festos habita, *vel* habenda; requies operum laborumque per dies festos habenda, *vel* habita - « Hinc consequitur requies operum et laborum per festos dies necessaria. Id tamen nemo intellegat de majore quadam inertis otii usura, multoque minus de cessatione, qualem multi expetunt, fautrice vitiorum et ad effusiones pecuniarum adjutrice, sed omnino de requiete operum per religionem consecrata. Conjuncta cum religione quies sevocat hominem a laboribus negotiisque vitae cotidianae ut ad cogitanda revocet bona caelestia, tribuendumque cultum Numini aeterno justum ac debitum » (*Acta Leonis,* vol. XI, p. 127, *Enc. « Rerum novarum »*).

— *Santificazione della festa: V. Festa, e Santificare,* II.

Riservato: *V. Abbottonato.*

Risolare: Novas soleas suppingere (*Vallauri*). - Verbum « suppingere » usurpatur a Plauto et a. (*attaccare sotto*). - Novas soleas calceis suppingere (*risolare le scarpe*); *vel* novas fulmentas calceis suppingere. Cf. « fulmentas jubeam suppingi soccis » (*Plaut., Trin.* III, 2, 94).

— Novas soleas, *vel* novas fulmentas subcudere calceis; novas ful-

mentas clavis subcudere, *vel* novas soleas clavis subcudere (*risolare con i chiodini*). Cf. « fulmentas clavis aeneis subcudere » (*Lucil. apud Non.* III, 98). - Fulmenta, ae, f. (*Plaut. et a.* = *suola delle scarpe od altro sostegno* « fulcimentum »).

Risolatura: Nova solearum sartura; *vel* solearum refectio; *vel* calceorum solearum refectio.

Risorgimento: *V. Resurrezione, Riparazione.*

— Bellum Italiae in libertatem vindicandae; bellum pro libertate unitateque Italiae susceptum; *vel* bellum pro restituenda Italiae libertate unitateque (*guerra del risorgimento italiano*).

Rispecchiare: Imaginem referre, reddere. - *V. Rifrangere, Specchiare, Specchiarsi.*

Rispettivo: Hoc adjectivum redditur per verba « suus quisque, sua quisque etc. », *vel* « suus cujusque, sua cujusque etc. »; v. g. omnes suam quisque patriam diligunt. - Non autem: « respectivus, a, um », quae vox est barbarae latinitatis.

Rispetto a...: *V. Rapporto, in fine.*

Rispetto umano: Inanis pudor, *vel* inanis humani judicii pudor (*Acta Leonis*). - Praeposterus inanisque humani judicii pudor (*rispetto umano fuori di luogo*). - Nullo ad humana judicia respectu (*Acta Leonis* 1902, p. 79 = *senza rispetto umano*).

— Malus pudor (*Bettelli, Inscriptiones,* p. 35: « Iuventus propositi tenax, mali pudoris secura »).

— Praepostero quodam inanique pudore deterriti, id non audent, quod sentiunt, libere profiteri, multoque minus perficere (*Impauriti da un rispetto umano fuori di luogo, non osano professare liberamente le loro convinzioni, e molto meno metterle in pratica*).

Risponder per le rime: *V. Rima.*

Ristorante - Albergo: Caupona (*Cic. et a.* = *osteria*); cauponula (*Cic.* = *piccolo ristorante*); deversorium (*Cic.* = *alloggio, albergo*); deversoriolum (*Cic.* = *alberguccio*); deverticulum (*Liv.-Tac.* = *osteriola, alberguccio*); popina (*Cic.* = *taverna, bettola*).

— Ad cauponam divertere (*Cic.* = *andare all'osteria*); requiescam in in peropportuno deversorio (*mi fermerò all'albergo migliore*); in caupona deversari (*Cic.* = *essere alloggiati al ristorante*).

Ritaglio: Segmentum (*Ovid.*), v. g. laminae, panni; resegmen, inis, n. (*Plin.*), v. g. omnia persecuti usque ad resegmina unguium (*Plin.*).

— Subsiciva tempora (*Cic., Leg.* I, 3 = *ritaglio di tempo, tempo libero*); subsicivum tempus (*Plin.*); horae subsicivae; opera subsiciva (*Cic.* = *lavoro fatto a tempo avanzato o nei ritagli di tempo*). -

Philosophia non est res subsiciva, ordinaria est (*Sen.*) - Hoc adjectivum scribitur etiam « subsecivus, a, um ».

Ritmo – **Ritmica** – **Ritmico**: Numerus; numerus modusque (*ritmo, armonia*); v. g. numeris adstricta oratio; in numerum aera pulsare (*Lucr.*); in numerum ludere, brachia tollere (*Virg.*); extra numerum (*Cic. et a.* = *senza ritmo, senza misura*); in modum dicere, concinere (*Catull.*).- *Graece:* Rhythmus, i, m. (*Quintil.* - ῥυθμός).

— Modulatus, *vel* numerosus, a, um (*ritmico, armonico*); v. g. modulata verba (*Ov.*), modulatissimus cantus (*Flor.*); numerosa oratio (*Cic.*); modulate canere (*Idem*); apte numeroseque dicere (*Idem*); oratio numerose cadit (*Cic.* = *in cadenza ritmica*). - *Graece:* Rhythmicus, a, um (*Cic., de Orat.* III, 49).

— Numerorum modorumque ratio (*la ritmica*).

Ritoccare: *V. Ritrattare.*

Ritornello: Versus intercalarius, *vel* intercalaris. - Cantilenam eamdem canere (*Ter., Phorm.* 495).

Ritratto – **Ritrattista** – **Ritrattare**: Effigies; imago; simulacrum - Effigies iconica; simulacrum iconicum (*ritratto ripreso al vivo, al naturale*). Adjectivum « iconicus, a, um », quamvis e graeco fonte ductum usurpatur hac significatione a Suetonio: « simulacrum iconicum » (*Suet., Cal.* 22).

— Pictor iconicorum (*Morcelli*); pictor imaginum (*Idem: pittore ritrattista*).

— Aliquem coloribus reddere; alicujus speciem, formam, imaginem coloribus reddere, *vel* describere; alicujus imaginem (simulacrum), *vel* penicillo, *vel* scalpro, *vel* caelo, *vel* textorio opere reddere (*fare un ritratto in pittura, in scultura, in cesello, in arazzo*). - Phidias sui similem speciem inclusit in clipeo Minervae (*Cic., Tusc.* I, c. 15).

— Retractare librum (*Sen.*), orationem (*Plin.*) = *ritrattare, rimaneggiare, ritoccare.* - Retractare dicta (*Virg.*), largitiones (*Trajan. in Plin. ep.*) = *ritrattare, disdire.* - Revocare promissum suum (*Sen.* = *disdire la promessa*). - Retexere (*Cic. et a.* = *ritoccare, correggere ed anche disdire*).

— *V. Dipingere.*

— *V. Fotografia.*

Rituale: Liber ritualis (Cf. *Cic., Divin.* I, 33); sacrorum rituum liber. - Rituale Romanum (*Lat. Eccles.* = *Rituale Romano*).

Rivelare: Patefacere; aperire; prodere; pandere; detegere; retegere; reserare; manifestare; evulgare; enuntiare.

— Revelare (*svelare*); v. g. revelare frontem (*Tac.*); revelare sacra (*Ovid.*).

— Divinitus tradere, revelare, manifestare, patefacere (*rivelare da parte di Dio*); divinitus patefactae veritates (*verità rivelate da Dio*).

Rivelazione divina: Divinitus patefactum arcanum (*Vallauri*); res divino afflatu patefacta, cognita (*Idem*); veritas divinitus tradita; praecepta divinitus tradita; veritates Deo aperiente acceptae (*verità rivelate*) - « Revelatio » vox est cadentis latinitatis (*Arnob.-Tertul.*).

Rivendicazione – Rivendicare: Vindicatio (*Plin. et a. = l'atto di rivendicare*); v. g. vindicatio bonorum.

— Vindiciae, arum (*Cit. et a. = pretesa di un diritto, e la cosa stessa rivendicata*); v. g. injustis vindiciis ac sacramentis petere aliquid (*Cic.*); dare vindicias a libertate in servitutem (*Cic.*); dare vindicias secundum libertatem (*Liv.*).

— Vindicta (*liberazione dalla servitù, o dalla vita presente, considerata come gravosa; la verga stessa con cui l'*assertor libertatis *toccava lo schiavo, che veniva posto in libertà; vendetta, castigo, punizione*); v. g. vindicta libertatis (*Liv.*); vindicta invisae hujus vitae (*Liv.*); severae legis vindicta (*Ovid.*). Hac postrema significatione haec vox adhibetur etiam a Tacito, Phaedro et aliis.

— Ultio (*Tac. et a. = vendetta, punizione*).

— Vindicare aliquid sibi, *vel* ad se; repetere aliquid (*Cic. et a.*) v. g. sanctissima jura repetere, vindicare (*rivendicare, esigere*).

Riverberare – Riverbero: *V. Rifrazione - Rifrangere.*

Rivista: I. Exercitum lustrare (*Cic., Att.* V, 20) = *passare in rivista l'esercito*). - Recognitio equitum (*Suet.*); equites romanos recognoscere (*Suet. = passare in rivista*); exercitum recognoscendo lustrare (*passare davanti all'esercito per fare la rivista*).

— Recensere milites, exercitum, legiones (*Liv. et a. = passare in rassegna, esaminare attentamente riguardo al numero, alle condizioni, qualità ecc.*).

II. *V. Periodico.*

Rivoltella: *V. Pistola.*

Rivoluzione – Rivoluzionario: I. Rerum perturbatio; rerum conversio; rerum eversio; rerum perturbatio ac conversio; temporum perturbatio; civium seditio; civilis perturbatio; popularis tumultus; rerum publicarum eversio; reipublicae perturbatio, conversio, dissolutio; rerum omnium dissolutio (*rivoluzione catastrofica*).

— Motus conversionesque rei publicae (*Cic., Sest.* 46, 99); evertere societatem hominum et communitatem (*Cic., De Off.* III, 5 =

sovvertire l'umana società); in maximis turbinibus ac fluctibus rei publicae (*Cic., Pis.* 9, 20 = *nei turbinosi sconvolgimenti politici*).

II. Rerum novarum cupidus; rerum evertendarum cupidus; rerum commutandarum cupidus (*rivoluzionario*); seditiosus (*sedizioso*). - Publicis commutandis rebus studere; publicis evertendis rebus studere; rerum novarum molitorem esse (*essere rivoluzionario*).

— « Sublato Dei metu legumque divinarum verecundia, despecta principum auctoritate, permissa probataque seditionum libidine, projectis ad licentiam cupiditatibus popularibus, nullo nisi poenarum freno, necessario secutura est rerum omnium commutatio et eversio » (*Acta Leonis* 1884, p. 61).

Robinetto: *V. Rubinetto, Chiavetta.*

Rocca di Papa: Algidum, i, n. - *V. vol. I, pag.* 248.

Rocchetto - Roccetto: I. Orbiculus, i. m.; rotula, ae, f.; orbiculus filis involutus; refertus filis orbiculus (*rocchetto di filo*).

II. (*Indumento ecclesiastico*): In lexico Vallauriano ponitur: linea tunica; lineum amiculum; supparum, i, n.; supparus, i, m. - Attamen, ut res clare distincteque intellegatur, novum inductum est vocabulum nempe « superpelliceum » *vel* « superpellicium » (*Ducange: Latino Eccles.*).

Rogazioni: Arvalis lustratio, *vel* arvorum lustratio. - Supplicationes ut segetes bene eveniant. - Pompa ducitur supplicationesque fiunt uti segetes bene eveniant (*si fanno le Rogazioni*).

— « Supplicationes in triduum sollemnes uti Deus Optimus Max. fruges, frumenta, vineta virgultaque grandire beneque evenire sinat ». - « Supplicationes trium dierum ad caeli intemperiem averruncandam » (*Morcelli: Rogazioni minori*).

— « Marco Evang. Mart. hoc die pompa sollemnis in Vatic. ducitur et supplicatio est uti segetes bene eveniant ». - « VIII kal. Maias Marco Evang. hoc die pompa procedit extra pomoerium klero populoque Deum adprecante uti segetes bene eveniant » (*Morcelli: Rogazioni maggiori*).

— In lexico Vallauriano, recte quidem hoc loco ponitur: « ambarvalis lustratio ». Ambarvalis enim lustratio, quae apud veteres Romanos habebatur antequam ambarvalis hostia caederetur, ritus erat nostris hisce supplicationibus valde similis (Cf. *Forcellini*).

— Minus apte in eodem lexico vox ponitur: « robigalia, *vel* rubigalia, ium, n. pl. » - Id enim significat diem festum, a Numa anno regni sui XI institutum, in honorem Robigi, ut hic deus rubiginem

a segete averteret. Haec sacra ove et cane fiebant, quorum exta cum thure et vino offerebantur. Res erat igitur omnino alia. Videtur tamen Constantini M. Imp. tempore in hujus ritus locum ab Ecclesia Catholica haec arvalis lustratio fuisse suffecta (Cf. *Forcellini*).

Rogito: Tabellae, arum, f. pl. (*Cic. et a.*); e. g. tabellae emptionis (*Sen. Rhet. = documento di compra*); tabellae dotis (*Suet., Claud.* 29); tabellae obsignatae (*Cic., Tusc.* V, 11 = *documenti in regola*).

Rogna: Scabies, ei, f. (*Cic., Cels. et a.*); dulcedo, inis, f. Ita etiam interdum vocatur, quia pruriginem scalpendo quamdam dulcedinem experimur (Cf. *Cic., Leg.* I, 17). - *Graece:* psora, ae (*Plin. et a.*). - Adiectivum: scabiosus, a, um *vel* scaber, bra, um; *graece* autem: psoricus, a, um; ut v. g. psoricum medicamentum (*Cels. - Plin.*). - Ex graeca voce *ψώρα*

Romania – Romeni: Dacia, ae, f. (*l'antica Dacia corrisponde all'incirca all'odierna Romania*); Romania, ae, f. (*Venant., Carm.* VI, 4, 7; *Possid.; Oros. et a. = il mondo Romano in genere, regioni occupate dei Romani*). - Daci, orum (*i Daci*); Romeni, orum (*uso di Curia*). - Bucarestinum i n. (*capitale*).

Romanità: Romanorum instituta ac mores; Romanorum cogitandi agendique ratio. - Romanitas, atis, f. (*Tertull., De Pall.* 4).

— *Romanità in senso cattolico:* Romana ac catholica cogitandi agendique ratio. - Catholicae romanitatis instituta ac mores; catholicae romanitatis studium (*attaccamento alla romanità*); catholicae romanitatis sensus (*sentimenti di romanità*).

Romanticismo – Romantico: Rerum novarum studium in litteris, antiquorum exemplis posthabitis. - Rerum novarum studiosus in litteris, antiquorum exemplis posthabitis. - « Romanticismus » qui dicitur; « romanticus » qui audit; « romanticus » ut vulgato nomine ajunt; « romanticismus », quem vocant.

— *V. Sensibile, Sensibilità, Sentimentalismo.*

Romanzesco: Fabulosus (*Plin.*); commenticius (*Cic.*); fictus et commenticius.

Romanzo – Romanziere: Fabula amatoria (*romanzo*); fabella amatoria (*romanzetto*); turpis fabula amatoria (*romanzaccio*).

— Fabulae amatoriae scriptor, *vel* fabularum amatoriarum scriptor, *vel* fabularum de re amatoria scriptor (*romanziere*). - Adjectivum « amatorius, a, um » hac significatione usurpatur a Cic.; v. g. « Anacreontis tota poësis amatoria est » (*Tusc.* IV, 33).

— Milesia fabula (*Vallauri*); milesia fabula soluta oratione conscripta

(*Idem: romanzo in prosa*); milesia fabula poëticis numeris astricta (*Idem: romanzo in versi, o romanza*); milesiarum fabularum scriptor (*Idem: romanziere*) - Adjectivum « milesius, a, um » (ad Miletum urbem pertinens) hac significatione usurpatur ab Ovidio; v. g. « milesia carmina » seu amatoria ac lasciva.

— A nonnullis ponitur: fabula romanica - Adjectivum tamen « romanicus, a, um » (*Cato, R. R.* 135 = *di Roma*) non ejusmodi significatione usurpatur.

Rosa: *All'acqua di rose: V. Rose.*

— *V. Latore della Rosa d'oro.*

Rosa dei venti: Descriptio ventorum; ventorum diagramma, atis, n.; ventorum diagraphe, es, f. (*come figura*). - *V. Disegno.*

Rosario: Mariale Rosarium (*Acta Leonis* = *il rosario*); marialis corona (*Ibidem: corona del rosario*); *vel* precatoria corona; corolla precatoria (*coroncina del rosario*); precatoriae coronae globulos precando meditandoque volvere (*recitare il s. rosario*).

— Honestissimas petitiones pulcherrimasque laudes rite nectere in coronam (*Acta Leonis* 1894, p. 311 = *dire il rosario*).

— « ... Sacri Rosarii formulam ita composuit, ut et salutis nostrae mysteria ordine recolerentur, et huic meditandi officio mysticum innecteretur sertum ex angelica salutatione contextum, interjecta oratione ad Deum et Patrem D. N. I. C. » (*Acta Leonis*, 1883, p. 285, 286).

— (Festum) Mariae exoratae, quod ope ejus hostes nominis christiani devicti sunt (*Morcelli: Festa della B. V. del Rosario*); *vel* festum Mariae Virginis a Rosario.

Rose: (*All'acqua di rose*). « An tu me in viola putabas aut in rosa dicere? » (*Cic., Tusc.* V, c. 26 = *Credevi tu che io parlassi all'acqua di rose?*).

— Rosae sucus (*Cels.*); *vel* aqua rosata (*acqua di rose*). Adjectivum « rosatus, a, um » est tamen serioris latinitatis.

Rosolia: *V. Morbillo.*

Rosticceria - **Rosticciere**: Assorum taberna. - Assorum venditor. - Assum, i, n. et assa, orum (*Cic. et a.* = *carne arrostita*). *Contra:* elixus, a, um, et elixa, orum (*carne bollita*).

Rota (Sacra): Sacrum Consilium litibus judicandis (*Morcelli*); XII viri Sacri Consilii litibus judicandis (*Idem: uditori della Sacra Rota*); XII viri litibus judicandis et decuria advocatorum (*Idem: gli uditori di Rota e gli avvocati Rotali*); senior Sacri Consilii XII virorum litibus judicandis (*Idem: Decano della S. Rota*).

— Sacra Romana Rota; Auditores Sacrae Romanae Rotae; Advocatus Sacrae Romanae Rotae; Decanus Sacrae Romanae Rotae (*Lat. Eccles.*).

Rotabile – **Carrozzabile**: Vehiculis pervius, a, um; rotabilis, e. - Vox tamen « rotabilis » serioris est latinitatis; et apud Ammianum XIII, 4 significat = *girevole;* in antiquis vero inscriptionibus = *carrozzabile, che può essere percorso da veicoli.*

Rotaia: *V. Ferrovia.*

Rotativa: (*macchina tipografica rotativa*). Rotabile typographeum. - Vox tamen « rotabilis » serioris est latinitatis; et apud Ammianum XIII, 4 significat = *girevole, che può volgersi in giro.*

— Res clarius, sed pluribus vocibus ita reddi potest: Typographeum rotabilibus (rotantibus) litterarum formis instructum; *vel* machina typographica rotantibus (rotabilibus) litterarum formis praedita; *vel* prelum (praelum) rotabilibus litterarum formis instructum (*sorta di macchina tipografica, in cui i caratteri sono composti non in quadri piani, ma in forme o lastre cilindriche, che girando velocemente davanti ad una bobina di carta, essa pure moventesi, possono stampare in un'ora circa 60.000 fogli. Serve specialmente per la stampa dei giornali*).

— *V. vol. I, pag.* 104.

Rotativo: Volubilis (*Cic. et a. = mobile, girevole*); versabilis (*Sen. et a. = girevole, mobile ed anche incostante*); versatilis (*Liv.-Sen. et a. = che si volge, che si lascia volgere, ed anche che si adatta alle varie circostanze*); versabundus (*Lucr. = aggirantesi continuamente*).

— Rotabilis. - Haec tamen vox serioris est latinitatis; et apud Ammianum XIII, 4 significat = *girevole;* in antiquis vero inscriptionibus = *carrozzabile.*

— *Graece:* Cyclicus, a, um (*Horat. = circolare, ciclico*) - κυκλικός.

— In orbem (*Liv. et a. = in ordine circolare, circolarmente, rotativamente*).

Rotolo di carta: Chartarum scapus; plagularum scapus (Cf. *Plin.* XIII, 12, 23) = *rotolo o rullo di carta come si usa presso le cartiere e le tipografie; vel* chartae scapus; chartae glomus; chartarum glomus. - *V. Quaderno.*

Rubinetto – **Chiavetta**: Epistomium, ii, n. - Haec vox, e graeco fonte derivata, significat apud Vitruvium, Senecam et alios instrumentum, quo, prout hoc aut illo modo versatur, aliquid clauditur, vel aperitur - « Nisi aquam argentea epistomia effuderunt » (*Senec.*,

Ep. 80). - Mamilla, ae, f. (*Varr.-Plin. et a.* = *becchuccio o cannello, che versa acqua, ordinariamente in forma di mammella*).

Rubrica: Notatio, onis, f. - Rubrica, ae, f. (*Quintil.-Paul. Dig. et a.* = *titoli ed intestazioni delle leggi, che si scrivevano in rosso, da « rubrica », terra rossa usata a questo scopo; così si chiamavano anche i titoli e intestazioni dei libri in genere*).

Ruggine: *V. Ossido.*

Rullo di carta: *V. Rotolo di carta.*

Ruolo: Album; v. g. album judicum, album senatorum, album decurionum, album citharoedorum etc. ... - *V. Registro.*

— *Togliere dal ruolo - Mettere nel ruolo ecc.:* Aliquem albo judicum eradere (*Suet.*); aliquem albo senatorio eradere (*Tac.*). - Decuriones in albo scribere (*Ulp., Dig.*); nomen suum in albo profitentium citharoedorum adscribere (*Suet.*). [Adscribere, *vel* ascribere alicui, alicui rei (*Cic.*); in aliquid, v. g. in civitatem, in talem numerum (*Cic.*); ad aliquid, v. g. ad tuum numerum (*Cic.* = *nel numero dei tuoi*); in aliqua re, e. g. adscriptum esse in foederatis civitatibus, *vel* foederatis civitatibus (*Cic.*)]. - Mittere aliquem in album (*Senec.*); aliquem referre in album (*Liv.*); esse in albo (*Plin.*).

— *V. Registro.*

— Adlectus inter selectos judices (*Morcelli*); nomina decurionum in albo describere (*Idem*); populi aevitates, soboles, familias censere (*Idem: formare il ruolo o censimento della popolazione secondo l'età, la famiglia* etc.); « Censores populi aevitates, soboles, familias, pecuniasque censento » (*Cic., Leg.* III, 3).

Rurale: Rusticus, a, um; non autem « ruralis », quae vox est cadentis latinitatis (*Macrob.*).

— *Cassa Rurale, V. Cassa.*

Russia: Russia, ae, f., Russiae, arum (*uso di Curia*). - Russi, orum (*Morcelli: i Russi*); Russicus, a, um (*Idem: della Russia*); v. g. « Legatione Russica apud Catharinam Aug. Pio VI Pont. Max. functus » (*Idem: essendo Nunzio di Pio VI in Russia presso Caterina II*). - Ab aliis ponitur: Moscovia (*Vallauri*), Sarmatia (*Calonghi*); sed hae voces haud clare Russiam indicant.

S

Sabato: Saturni dies; sabbatum, i, n.; sabbata, orum, n. pl. (*Senec.-Juvenal.-Petron.*).
— Praeludium anastaseos D. N. (*Morcelli: sabato santo*) - Sacrum sollemne ob praeludium anastaseos D. N. (*Idem: Messa del sabato santo*).

Sabotare – **Sabotaggio**: – **Sabotatore**: (*Dal francese « saboter » fare zoccoli, lavorar male, come in italiano acciabattare; in seguito la parola ha preso il senso di distruggere, guastare gli strumenti del lavoro e il loro prodotto per rappresaglia, per motivi politici ecc. ...* Cf. *A. Panzini, Dizionario moderno*): Occulte pessumdare; occulte diruere; occulte diripere; occulte doloseque corrumpere, pervertere, perturbare, evertere (= *sabotare*).
— Occulta alicujus rei vastatio, eversio (*sabotaggio*); occulta ac dolosa vastatio, eversio...
— Occultus vastator, eversor (*sabotatore*); occulta vastatrix (*sabotatrice*). - Occultus ac dolosus vastator, eversor; occulta ac dolosa vastatrix (*sabotatore, sabotatrice*).

Saccente – **Saputello**: Sciolus, i, m. (*Arnob.*) - A nonnullis ponitur: Ardelio, onis, m. (*Martial.*); qua tamen voce is significatur, qui omnia se scire praedicans, et omnibus negotiis se immiscens, nihil bene perficit (*Forcellini: sfaccendone presuntuoso*).
— Inanem, *vel* vacuam sapientiam jactans; inanis, *vel* vacuae doctrinae jactator. - *V. Saputello.*

Sacerdote novello: Sacerdos novensilis (*Morcelli*); a sacerdotio recens, *vel* sacerdotio recens, *vel* in sacerdotio recens; recens sacerdotio auctus, *vel* initiatus.

Sacrestano: Aedituumus, aeditimus, aedituus (*Morcelli*); quae voces inveniuntur apud Plautum, Varronem, Ciceronem et alios, ac significant templi custodem.
— Aedituare, *vel* aedituari (*Inscript.*); *vel* aeditumari, *vel* aeditimari (*Gell.-Non.*) = *Esser sacrestano o custode di un tempio.*

Sacrestia: Sacrarium, ii, n.; qua quidem voce apud Cic. et alios latinitatis scriptores optimos significatur locus ubi res sacrae reponuntur; atque etiam *oratorio, cappella, tempio;* itemque *luogo arcano, segreto,* v. g. « sacrarium libidinum tuarum » (*Cic.*); interius animi sacrarium. - Petrianum sacrarium (*sacrestia di S. Pietro*).

Sacrificio: I. Sacrificium; sacrum; sacrificatio; immolatio; litatio; pia-

culum (*mezzo di espiazione e placazione della Divinità; sacrificio espiatorio; punizione dovuta al delitto; ed anche il delitto stesso o peccato*); piamen (*Ov.*); piamentum (*Senec.-Plin.*) = *sacrificio espiatorio o mezzo di espiazione, di placazione;* hostia piacularis; sacrum piaculare (*sacrificio espiatorio*) - Non autem « oblatio », quae vox cadentis est latinitatis.

— *V. Olocausto.*

II. Labor; v. g. nullo labore (*senza alcun sacrificio*), multo labore (*con molto sacrificio*); incommodum, damnum, jactura (*incomodo, danno, perdita*).

— Devotio; quae vox significat actum devovendi se Deo; *vel* actum devovendi se causa sacra susceptum; alia etiam significat, quae ad rem non pertinent - Devovendi se studium (*spirito di sacrificio*); sese abnegandi devovendique studium (*Acta Leonis* = *spirito di abnegazione e di sacrificio*).

— Gratificari aliquid alicui (*sacrificare qualche cosa ad uno; fargli cosa gradita anche con proprio sacrificio*); v. g. gratificari populo aliena et sua (*Cic.*); decus et libertatem alicui gratificari (*Sall.*); jus suum gratificari alicui (*Cic., Fragm.*) - Gratificari alicui de aliqua re; v. g. « qui de eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt » (*Cic., Fin.* V, 15).

— Condonare aliquid alicui (*far sacrificio di qualche cosa per uno*); v. g. condonare se vitamque suam reipublicae (*Sall., Jug.* 81 = *far sacrificio di sè e della propria vita...*).

— Remittere aliquid alicui; v. g. inimicitias suas reipublicae remittere (*Liv.*); memoriam simultatum patriae remittere (*Liv.*); inducant animum sua omnia dissidia saluti societatis humanae remittere (*Acta Leonis*) = *Far sacrificio delle proprie discordie per il bene della società.*

Sacrista: Praefectus sacrarii Pontificis Maximi (*Sacrista del S. Padre*). - *V. Sacrestano.*

Sadismo: (*pervertimento sessuale, che consiste nel seviziare la donna; la parola deriva dal romanziere francese, Marchese de Sade, 1740-1814, affetto da questa depravazione morbosa*) Sadiana libido; sadianus furor; sadianus libidinis furor.

Sala: *V. Aula.*

Salame: *V. Mortadella.*

Salasso – Salassare: Sanguinis detractio (*Quintil.*). - Sanguinem alicui detrahere (*salassare*); sanguinem alicui detrahere ex...

Salmista: Psaltes, ae, m. (*Acta Leonis*) - Haec vox usurpatur a Quin-

tiliano (I, 10), apud quem eum significat, qui musicum instrumentum pulsat, ac voce canit.

Salsamenteria: Taberna salsamentaria, suaria, salsaria, botularia.

Salsamentiere: Negocians, *vel* negotians, *vel* negotiator, *vel* mercator salsamentarius, suarius, salsarius, botularius. *V. Pizzicagnolo.*
— Salarius, ii, m. (*Martial.* IV, 87).

Salsiccia – Salsicciaio: *V. Mortadella.*

Saltare agli occhi: *V. Occhio.*

Saluto militare: Salutationem more militari facere; *vel* manu ad frontem elata, salutationem more militari facere (*Fare il saluto militare*). Armis demissis salutationem more militari facere (Cf. *Auct. B. Afr.* 85, 6).

Salvacondotto: *V. Passaporto.*

Salvatore: Servator (*Cic.*), sospitator (*Apul.*); Deus Iesus Servator generis humani (*Morcelli*); Iesus Deus sospitator generis humani (*Idem*); sospitator mortalium Deus Filius ad caelestia rediens (*Idem*); generis humani servator (*Vallauri: di G. Cristo*).
— Salutis auctor; salutis effector; liberator (is qui liberat); libertatis auctor, vindex (qui aliquem in libertatem vindicat).
— Soter, eris, m.; quae vox graeca etiam a Cicerone interdum usurpatur.
— A nonnullis ponitur: salvator, oris. Quae tamen vox, ut jure meritoque Forcellinius animadvertit, a probatis scriptoribus non usurpatur, quia nec « salvo, as » apud Romanos in usu erat. Cicero enim hanc vocem (*Verr.* IV, 63) latinam non esse significat, dum ait: « Itaque eum non solum patronum istius insulae, sed etiam sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum, ut *latino uno verbo exprimi non possit.* Is est nimirum soter, qui salutem dedit ». Ita pariter ceteri latinitatis scriptores optimi non « salvatorem » sed « servatorem » *vel* « conservatorem », *vel* « sospitatorem », *vel* « sotera » usurparunt. - Vox tamen « salvator », cadente latinitate, a Christianis usurpari coepit. Ad rem ita Augustinus: « Nec quaerant grammatici, quam sit latinum, sed Christiani, quam verum. Salus enim latinum nomen est; salvare et salvator non fuerunt haec latina, antequam veniret Salvator; quando ad latinos venit, et haec latina fecit » (*Serm.* 299, 6) - Attamen, ut supra diximus, vocabulum « salvator » a probatis latinitatis scriptoribus non usurpatur, neque in Encyclicis Litteris Leonianis.

Salvatrice: Servatrix (*Cic.*); conservatrix (*Cic.*) sospita, ae (*Cic.*), so-

spitatrix (*Apul.*); salutis auctor; libertatis vindex, *vel* auctor (*liberatrice, liberatore*).

Salvietta: Mappa, ae, f. (*Horat. et a.*), linteum, quo manuum atque oris sordes in mensa abstergimus.

— A nonnullis ponitur etiam: mantele, is, n. *vel* mantelium, ii, n. (*Varr.-Virg. et a.*). Quae tamen vox videtur potius significare *tovaglia, che serviva anche per pulirsi o asciugarsi le mani dopo la mensa;* « mantelia praebebat qui et coenam: mappas secum quisque afferebat. Mappâ manus tergebant: mantele mensam etiam tegebant » (*Forcellini*).

— Ab aliis ponitur: licinia, ae, f. - Haec tamen vox (*Plin.-Suet. et a.*) significat *frangia, orlo, balzana, lembo della veste.*

Sampietrini: Fabri Vaticani (*Morcelli*); collegium fabrum Vaticanorum (*Idem*); opifices petriani templi.

San Domingo: (*Repubblica di S. Domingo*) Dominiciana Respublica (*Lat. di Curia*). - Dominicopolis (*S. Domingo città*).

Sandwich: *V. Panino.*

San Giuseppe di Costarica: Josephopolis, is, f. (*capitale di Costarica*).

San Jacobo del Chile: Jacobopolis, is, f. (*capitale del Cile*).

San Marino: (*Repubblica*) Mariniana Respublica (*Lat. di Curia*). - Marinopolis (*S. Marino città*).

San Salvador: (*Repubblica*) Salvatoriana Respublica. - Soteropolis (*S. Salvador città - Lat. di Curia*).

Santificare: Sanctum efficere, reddere; ad sanctitatem adducere, perducere; aliquem sanctimonia donare, ornare, decorare (*rendere uno santo*).

— Non autem « sanctifico, as... », quae vox est cadentis latinitatis (*Tertull.*).

II. Dies festos sancte religioseque agere, *vel* celebrare; diei festi religionem colere (*Acta Leonis*) = *santificare le feste.* - Apud Ciceronem legitur; colere religionem (*Pro Font.* IX, 31 = *adempiere i doveri religiosi*); diem festum agere (*Verr.* II, 4, 67 = *celebrare una festa*).

III. *V. Canonizzare.*

Santificatore: Sanctitatis effector, dator, largitor; sanctitatis effectrix (*santificatrice*).

— Non autem « sanctificator », quod quidem vocabulum serioris latinitatis est.

Santificazione: Sanctitas; sanctimonia; sanctitudo - Non autem « sanctificatio », vox cadentis latinitatis (*Tertull.*).

— *V. Canonizzazione.*

— *Santificazione delle feste: V. Santificare* II.

Santo: I. (*Adjectivum*): Sanctus, sacer, divus, religiosus, sacrosanctus.

II. (*Nomen*): Sanctissimus vir; vir sanctus; vir sanctitate, *vel* sanctitudine praestans, ornatus, decoratus, insignis.

— Caeles; caelicola; caelestes; sancti caelites (*i santi del cielo*).

— In Lexico Epigr. Morcelliano (Vol. I, p. 407) animadvertitur vocem « divus, a, um » minus recte usurpari, cum de sanctis caelitibus agatur. Attamen si veteres Romani non modo Imperatores, sed eorum etiam filios « divos » appellarunt, cur nos eos, qui heredes et consortes divinae naturae sempiterna in caelis beatitate fruuntur, divos vocare non possumus? Ceteroquin veteres latinitatis scriptores adjectivum « sanctus, a, um » nomini alicujus proprio praeponere, vel adjicere numquam solebant. Non igitur latine dixeris « Sancto Laurentio », sed « Divo Laurentio », *vel* « Laurentio viro sanctissimo »; non « Sanctus Antonius », sed « Divus Antonius », *vel* « Antonius, vir sanctissimus » etc. - Iure tamen meritoque in eodem Lexico animadvertitur: « Neque probare eos possum, qui Rege aut Imperatore natos eo titulo honestari posse putaverunt, simul atque parentes eorum decessissent; multoque minus eos, qui, proavorum nostrorum memoria, Principes ipsos Pontificesque Maximos, quum in vita essent, divos appellaverunt » (*Ibidem*).

Santuario: Sacrarium; sacra aedes; templum; sacellum (*Cic. et a.* = *piccolo santuario*).

— A nonnullis ponitur etiam « sanctuarium » (*Morcelli*); vox est tamen cadentis latinitatis (*Ambr.*). - Haec vox apud Plinium XXIII, 8, 77 significat locum ubi commentarii secretiores Principis asservantur.

— In interiore animi sacrario (*A. L.* = *nel santuario della coscienza*).

Sapere di...: Sapere, *vel* resipere aliquid; v. g. vinum resipit picem (*Plin.*).

— Olere, *vel* redolere aliquid; v. g. crocum, sapientiam, antiquitatem...

— Spirare aliquid; v. g. amorem, caritatem, tragicum (*Liv.*).

— Nullo loco habere aliquem, *vel* aliquid; renuere aliquid; detrectare aliquem, *vel* aliquid (*non voler sapere di...*).

Sapone: Sapo, onis, m. (*Plin. et a.*) - *Graece:* smegma, atis, n. (*Plin. et a.* - *σμῆγμα*).

— A nonnullis ponitur etiam: lomentum, i, n.; quod est smegma ex farina fabacea ad rugas e cute tollendas aptum (*Martial.*).

— Odoratus sapo (*Vallauri: saponetta odorosa*).

— *Bolla di sapone:* Perlucida saponis bulla (*Cf. Ovid., Met.* X, 731); refulgens saponis vesicula. - Res ad nihilum venit, *vel* recidit (*Cic.* = *va a finire in una bolla di sapone*).

Saputello: Semidoctus (*Plaut.-Cic.*); eruditulus (*Catull.*); sciolus (*Arnob.*); litterio, onis (*Ammian.* = *letteratucolo, scribacchino*).

Sarcocele – Sarcoma: Sarcoles, is (*t. med. attribuito specialmente ai tumore dei testicoli - σάρξ = carne - κήλη = tumore*). - Sarcoma, atis, n. (*tumore maligno*).

Savoia: Sabaudia; Allobrogum regio, *vel* natio, *vel* civitas (*Savoia, regione, o popolo della Savoia*); Allobrox, ogis (*Hor. et a.*) et Allobroges, um (*Cic. et a.*) = *gli abitanti della Savoia.* - Sabaudicus, Allobrogicus (*Morcelli: di Savoia*) - Dux Allobrogum (*Idem: Duca di Savoia*) - Regales Principes Serenissimae Domus Sabaudicae (*Idem: Principi Reali della Casa Savoia*) - Augusta, *vel* Regia Domus Sabaudica (*Real casa di Savoia*); *vel* Augusta Domus Allobrogica (*Th. Vallaurii Inscript. p.* 208).

Savoiardo: I. Allobroges, um (*i Savoiardi*).
II. *V. Biscotti.*

Sbandamento – Sbandare – Sbandarsi: Disjunctio (*Cic.* = *lo sbandarsi, il dividersi*); dissipatio (*Cic.* = *il disperdersi, dissipamento*).

— Turbatio; perturbatio; conturbatio (*sbandamento morale*); animi turbatio, perturbatio, conturbatio; animorum perturbatio ac confusio; quanta rerum omnium perturbatio in re publica (*quanto sbandamento nelle cose dello Stato*).

— Labefactatio (*Quint.* VIII, 4, 14 = *vacillamento*); navis labans; navis labascens (*sbandamento di una nave*).

— Dissipare; fundere; disicere; distrahere; transversum agere aliquem (*disperdere; far sbandare; mandar fuori di strada*).

— Dilabi; diffugere; palari (v. g. per agros); vagari (*sbandarsi*).

— *Sbandarsi; uscir di strada:* E via excedere (*Cic.*); declinare de via (*Caes.*); tota via errare (*Ter.*); aberrare ab (ex); e recto itinere, *vel* ex recta via aberrare; deerrare (*fuorviarsi*); deerrare ab aliqua re, *vel* aliqua re; itinere deerrare; ex itinere deflectere (*Plin.*).

— Animo deficere, concidere, cadere (*sbandarsi, o smarrirsi d'animo*); animo perturbati, conturbati, vehementer perturbati (*sbandati in senso metaforico*).

— Navem labefacere, *vel* labefactare (*far sbandare una nave; farla barcollare*); navis labat, *vel* labascit (*una nave sbanda*).

Sbilancio: Inaequalis (*vel* inaequata) acceptorum et expensarum ratio;

inaequalis redituum expensarumque ratio; inaequata redituum sumptuumque ratio; redituum expensarumque inaequalitas.

— Rei familiaris lacuna (*Cic.* = *sbilancio famigliare*); affecta res familiaris (*Liv.* = *bilancio famigliare in cattive acque*); res familiaris graviter affecta (*grave sbilancio famigliare*).

Scabbia: *V. Rogna.*

Scacchi - Scacchiere: *V. Dama.*

Scafandro: Scaphandrum, i, n.; *vel* scaphandrium, i, n. (*parola greca indicante uno scafo o involucro protettivo per un uòmo. -σκάφος - ἀνήρ, ἀνδρός*).

Scaffale: Armarium (*Cic. et a.* = *per conservare cibi, gioielli, denaro, abiti, libri...*) - Armarium promptuarium (*Cato, R. R.* 11) = *armadio per conservare oggetti d'uso di qualsiasi genere, ed anche dispensa.* - Armarium parieti in bibliothecae speciem insertum (*Plin.*) - Ex armariis infinita volumina educere (*Vitr.*) - « Vitiosum est ubique quod nimium est. Quid habes cur ignoscas homini armaria e citro atque ebore captanti, corpora conquirenti aut ignotorum auctorum, aut improbatorum, et inter tot milia librorum oscitanti, cui voluminum suorum frontes maxime placent titulique? Apud desidiosissimos ergo videbis quidquid orationum historiarumque est, tecto tenus exstructa loculamenta» (*Senec., De tranquil. animi,* 9). Loculamenta (*Senec., ibidem*) = *palchetti degli scaffali, scaffalatura.*

— Pegma, atis, n. (*Cic. et a.* = *scansia per libri*). Quae tamen graeca vox etiam alia significat. *V. Ascensore.*

— Foruli, orum (*Suet.* = *armadi per libri*). « Libros Sibyllinos condidit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi » (*Suet., Aug.* 31); « Hic libros dabit et forulos ». (*Juvenal.* III, 219).

— A nonnullis hoc loco ponitur etiam: pluteus, i, m., *vel* pluteum, i, n.; quod tamen significat potius *parapetto, spalliera, ringhiera, tavolato.*

— Ab aliis ponitur: loculamenta, orum. Haec tamen vox, ut supra vidimus, significat potius *palchetti degli scaffali, scaffalatura.*

Scala a chiocciola: Scalae cochleatae; adjectivum « cochleatus, a, um » usurpatur a Cassiano et a Pomponio (*apud Non.*). - Scalae tortiles; adjectivum « tortilis, e » (*Virg.-Ovid.-Plin.*) = *ritorto, fatto a spirale.* - Scalae in cochleam retortae. - Scalae cochleatim instructae; vox « cochleatim » (*a chiocciola*) legitur apud Sidonium.

— Non autem, ut nonnulli ponunt: « scalae secretiore ambitu »; quod quidem significat *scala segreta.*

Scala a corda: Scalae funales. Adjectivum « funalis, e » adhibetur a Cic. et a.

Scala dei colori: Varii colorum gradus; colorum transitus (*Plin.* = *serie di colori graduati, sfumatura dei colori*).

Scala musicale: Sonorum gradus (m. pl.). - Dimidiati sonorum gradus (*scala semitonata*).

Scala sociale: Varii civitatis gradus; varii civitatis ordines; varii fortunae gradus; varii honorum, munerum officiorumque gradus.

Scalcinato: Opere tectorio exutus, *vel* tectorio exutus; v. g. murus opere tectorio exutus, *vel* murus erasus (*muro scalcinato, muro sgorbiato*).

— Pannosus; miser ac pannosus (*cencioso, miserabile*); v. g. homo miserrimus ac pannosus (*un pover uomo scalcinato*).

Scalco: Structor (*Martial.-Iuvenal.-Petron.*); is, qui mensam struit, cibos carpit etc. - Carptor (*Juvenal.*) idem significat.

— Praegustator (*Suet., Claud.* 44); qui apud Principes cibos praegustat, antequam ad mensam afferantur - Divi Augusti praegustator (*Morcelli*).

Scambievolmente: *V. Vicendevolmente.*

Scamosciare – Scamosciato: Corium subigere (*Cat.*), pelles subigere (*Plin.*) = *scamosciare o conciare pelle.* - Rupicaprae subacta pellis (*pelle scamosciata in senso proprio, cioè pelle di camoscio conciata*).

Scanalare – Scanalato – Scanalatura: In canaliculos redigere; striare (*Vitruv.*); v. g. « columnas autem striari viginti striis oportet (*Idem*, IV, 3); strias facere; in strias excavare; striis exornare.

— In canaliculos redactus; striatus; v. g. striata columna; striata concha (*Plin.*).

— Stria, ae f. (*Vitruv.*); striatura, ae, f. (*Idem*) = *scanalatura;* v. g. « dorica columna sui generis striaturae habebit perfectionem » (*Idem*, IV, 3).

Scandaglio – Scandagliare: Perpendiculum nauticum (*Vallauri*); catapirates, ae, m. (*Lucillus apud Isidorum, Orig.* XIX, 4), qua graeca voce funiculus cum appenso plumbo significatur, quo nautae profunda maris explorant (καταπειρατήρ).

— Perpendiculum, *vel* catapiraten nauticum jacere (*Vallauri: scandagliare le acque*). - Perpendiculo profunda maris explorare; nautico perpendiculo aquarum altitudinem explorare.

— Explorare, exquirere, pervestigare, investigare, indagare (*scandagliare in genere*).

Scandalizzare – Scandalo: Malo exemplo esse alicui; offensioni esse alicui, *vel* alicujus virtuti, moribus etc.; offendiculo esse alicui (*esser d'inciampo*), *vel* alicujus virtuti.

— Offendere aliquem aliqua re, v. g. pravis exemplis, suae vitae flagitiis aliquem offendere, *vel* alicui offensioni esse.

— Offendi aliqua re (*scandalizzarsi di una cosa*); v. g. alicujus flagitiosa vita offendi.

— Offendere in aliquo, *vel* in aliqua re (*trovar ragione di scandalo in uno o in una cosa*); v. g. in pravorum hominum moribus christianus populus offendit; in patrum pravitate filiorum animus offendit.

— In offensionem alicujus incurrere (*recare scandalo ad uno*); id aliquid habet offensionis (*ciò desta un po' scandalo*); in magna offensione esse apud aliquem (*dare grave scandalo*).

— Prava exempla; mala exempla; res pessimi exempli; res insignis infamiae; flagitium; prava facinora (*scandalo, azione scandalosa*).

— Flagitiosus (*scandaloso*); flagitiose (*scandalosamente*); magna cum bonorum omnium offensione (*con grave scandalo di tutti*).

— « Scandalum (*σκάνδαλον = inciampo*) scandalizare » (*σκανδαλίζω*) graeca vocabula sunt cadente latinitate usurpata (*Prudent.-Tertull*).

Scandinavia: Scandia, ae; Scandinavia, ae, f.

Scansafatiche: Laboris fugiens (Cf. *Caes., B. C.* I, 69, 3). - Deses, desidiosus, piger, ignavus, iners, segnis.

Scapolare della Madonna del Carmine: Insignia, *vel* insigne Mariae Carmelitidis. - Vox « scapulare, is, n. » *vel* « scapularium, ii, n. » (*Ducange*) infimae est latinitatis.

Scappatoia: Deverticulum (*sentiero secondario*); deverticula flexionesque quaerere (*Cic. = cercare scappatoie*); deverticula et anfractus (*Quint. = vie storte, scappatoie, raggiri di parole*); anfractus (*via tortuosa, raggiro*), v. g. anfractus juris, judiciorum.

Scaricabarili (*fare a*): Alter alteri eamdem rem (idem negotium, eamdem causam) concredit, demandat; alter alterum indicat, designat; alter alterum incusat; se mutuo incusare, designare, indicare (*secondo i varii significati*).

Scenografia – Scenografico – Scenografo: Scaenae, arum; scaenarum ratio; scaenarum adumbratio, *vel* descriptio. - Scaenographia, ae, f. (*Vitruv.* I, 2). Ab aliis tamen ibidem legitur: sciagraphia, *vel* sciographia.

— Ad scaenas attinens, pertinens; ad scaenographiam pertinens (*scenografico*).

— Pictor scaenarius (*Inscript. Murat.* 948, 4) = *scenografo.*

Schedario: Schedarum ordo; scidarum ordo (*schedario*). - Schedarum theca (*casellario delle schede*); *vel* scidarum theca; *vel* loculamenta schedarum, seu scidarum.

Schema – **Schematico**: Exemplar; adumbratio alicujus rei (*abbozzo*); alicujus rei lineamenta; alicujus rei praecipua lineamenta; alicujus adumbrata descriptio. - *V. Disegno.*

— Adumbratus, a, um (*abbozzato, schematico*).

— *Graece:* Schema, atis, n. et schema, ae, f. - Schematicus, a, um - Schematice. - Vox tamen graeca « schema » apud Plautum, Suetonium, Vitruvium significat *veste, atteggiamento, figura, disegno;* v. g. « geometrica schemata descripta » (*Vitruv.* VI, *Praef.* = *disegni geometrici*); « Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, quod ego huc processi cum servili schema » (*Plaut., Amph. Prol.* 116 = *Non vi meravigliate della mia foggia di vestire; sono venuto qua con questa veste da servo*). - Apud Quintilianum vero indicat *a*) *figura rettorica per cui si dà vivacità al discorso* (IV, 5, 4), *b*) *oppure è una metafora con cui si esprime altro da ciò che dicono le parole* (V, 10, 70; IX, 1, 14).

Scherma: Ars gladiatoria. - Gladiatorius ludus (*Cic., Catil.* II, 5 = *scuola di scherma*). - Gladiatorium certamen (*Id., Orat.* II, 78 = *gara di scherma*) - Spectaculum gladiatorium, *vel* gladiatorum (*spettacolo di scherma*). - Artis gladiatoriae peritus, peritissimus; *vel* artis gladiatoriae magister; *vel* lanista, ae, m. (*Cic. et a.*) = *maestro di scherma.* - Vitandi atque inferendi ictus subtilior ratio (*Senec.* = *teoria della scherma*). - Gladiatoriae artis dictata, *vel* leges (*norme della scherma*). - Gladiatoria arte ludere (*giocar di scherma*); *vel* gladiatoria arte concertare; armis ludere, concertare.

Schermo: I. Praesidium; tutela; defensio; munimen; munimentum; munimen ad imbres (*Virg.* = *schermo contro la pioggia*).

II. *Schermo cinematografico: V. Cinematografo.*

Schiavismo – **Schiavista**: Mancipiorum nundinatio, negotiatio, mercatura; servorum nundinatio; negotiatio, mercatura (*schiavismo* = *mercato di schiavi*). - Servorum mercaturam facere (*far mercato di schiavi*); « mercaturam facere » legitur apud Cic. - Negotiatio venaliciaria, *vel:* venaliciaria, ae, f. (*Ulp., Dig.* = *mercato di schiavi*); venaliciariam exercere (*Idem* = *esercitare lo schiavismo, o il mercato degli schiavi*).

— Servitia (*Cic.* = *nome collettivo, che significa l'insieme degli schiavi*); *vel* mancipia (*Cic.*); *vel* servilia corpora.

— Negotiator, *vel* mercator mancipiorum (*schiavista = mercante di schiavi*); *vel* servorum mercator, negotiator; *vel:* mercator venalicius; *vel:* venalicius, i, m. (*Cic. = mercante in generale, ma specialmente di schiavi*); *vel:* venaliciarius, ii, m. (*Ulp. Dig.*) = *mercante di schiavi.* - Mango, onis, m. (*Senec. Rhet. et a. = mercante fraudolento specialmente di schiavi*).

— « Meminerimus autem etiam adversus infimos justitiam esse servandam. Est autem infima condicio et fortuna servorum, quibus non male praecipiunt qui ita jubent uti ut mercenariis: operam exigendam, justa praebenda » (*Cic., Tusc.* I, 13 = *È bene ricordare che anche verso i più umili è doveroso usare giustizia. Ora la condizione e la sorte più umile è quella degli schiavi. Coloro pertanto che ritengono che si devono trattare come gli operai che lavorano a pagamento, danno un insegnamento giusto: bisogna cioè farli lavorare, ma bisogna anche dar loro un adeguato compenso*).

Schioppo – Schioppettata: *V. Fucile - Fucilata.*

Schisto – Schistoso: Schistos lapis (Cf. *Plin.* XXIX, 6, 38 et a.). - Fissilis (*Virg.-Plin. = schistoso, facile a scindersi*).

Sci - Schi - Ski - Sciare - Schiare: Oblonga solea; oblonga solea ad prolabendum per nives apta; oblonga solea prolabens.

— Oblongis soleis glacie insistentibus prolabi (*sciare*). - Oblongis prolabentibus soleis per nives citato cursu decurrere (*sciare velocemente*). - Oblongas soleas ad prolabendum per nives aptare pedibus (*mettersi gli sci*). - Post diuturnos per glaciem decursus oblongas demere soleas (*dopo un lungo pattinaggio togliersi gli sci*). - Iam antiquitus Daniae cives oblongis utuntur soleis ad prolabendum per altas nives gelu duratas (*fino dall'antichità i Danesi usano gli sci per correre sulle alte nevi indurite dal gelo*). - Qui oblongis soleis muniti per nives prolabuntur (*sciatori*). - Prolabentium per nives contentio, *vel* concertatio (*gara di sciatori*).

Scià di Persia: Persarum Imperator; Iranianae gentis Imperator (*Imperatore dell'Iran*); Persarum (Iranianae gentis) Rex Regum.

Sciarada: Aenigma, atis, n.; aenigma syllabicum; verborum ludus (*P. Perny*).

Sciarpa: *V. Collare.*

Sciatica: Ischias, adis, f. (*acc.* ischiada); quae vox graeca legitur apud Plinium XXVII, 5, 16 (*sciatica*); *vel* ischiadici dolores (*Id.* XXVI, 7, 27). - Ischiadicus, i. m. (*Idem,* XXV, 13, 106 = *chi soffre di sciatica*). - *V. Ischialgia.*

Scibile: Doctrinae universitas (*tutto lo scibile*); humanae omnes disciplinae (*tutto lo scibile umano*); cum divinarum humanarumque rerum, tum initiorum causarumque cujusque rei cognitio (*Cf. Cic., Tusc.* V. 3 = *tutto lo scibile umano*).

Scienza - Scientifico: Scientia (*Cic. et a.* = *conoscenza soggettiva*); quae vox vix invenitur in plur. num. Cognitio. Notitia. Ratio (*sistema o metodo scientifico*); v. g. alicujus rei ratio, alicujus disciplinae ratio.

— *Le scienze:* Artes, doctrinae, disciplinae, litterae, litterarum studia; humanae artes, ingenuae artes, liberales artes, artes elegantes atque honestae, optimae artes (*contra:* fabriles artes, artes quaestuosae, artes sordidae); doctrinae liberales atque ingenuae; liberales disciplinae; humanae artes ac disciplinae; ingenua studia atque artes; humanae divinaeque disciplinae (*scienze umane e divine*); altiora disciplinarum studia (*le scienze superiori*); doctrinarum progressio, *vel* humanarum disciplinarum progressio, progressus, profectus, processus (*progresso scientifico*); doctrinae quae experiundo attinguntur (*scienze sperimentali*).

— Scientiae pervestigatio (*Cic., De Or.* I, 3); doctrinarum pervestigatio; veri inquisitio atque investigatio (*Cic., De off.* I, 4) = *ricerca scientifica* - Disciplinae, *vel* artis praecepta, principia, elementa (*principii scientifici*); optima studia, bonarum artium studia, humanarum disciplinarum studia (*studi scientifici*); bonarum artium, *vel* liberalium artium doctrinarumque libri (*libri scientifici*); studiorum causa iter facere (*viaggio scientifico*); progressum facere in studiis (*Cic.* = *far progresso scientifico*); multum, magnum, parvum processum efficere, *vel* habere in studiis, in liberalibus disciplinis, in ingenuis artibus. - Adjumenta doctrinae (*Cic., Mur.* 30 = *sussidii scientifici*). - Rerum naturas persecare, aperire, dividere (*Cic., Acad.* IV, 39 = *analizzare, scoprire i segreti della natura*); naturae secreta rimari, scrutari, perscrutari, investigare, indagare, exquirere, tentare, experiri (*scrutare i segreti della natura, o i segreti della scienza*).

Scimitarra: Falcatus ensis, *vel* gladius (*Ovid.*); acinaces, is, m. (*Hor. Tac.* = *sciabola ricurva, usata dai Persiani e Medi*).

Scioperare: Opus intermittere (*Vallauri* = *scioperare*); aliquem ab opere revocare, abducere, avocare, deducere (*Idem: far scioperare*).

— Opere se solvere ex composito, *vel* ex condicto; otio se dedere voluntario; operas ex composito intermittere; operas ex condicto

deserere; operas ex condicto intermittere (*Acta Leonis, Acta Apostolicae Sedis* = *scioperare*). - « Longinquior, vel operosior labor atque opinatio curtae mercedis causam non raro dant artificibus quamobrem opere se solvant ex composito otioque dedant voluntario. Cui quidem incommodo usitato et gravi medendum publice, quia genus istud cessationis non heros dumtaxat, atque opifices ipsos afficit damno, sed mercaturis obest reique publicae utilitatibus: cumque haud procul esse a vi turbisque soleat, saepenumero tranquillitatem publicam in discrimen adducit. Qua in re illud magis efficax ac salubre, antevertere auctoritate legum, malumque ne erumpere possit prohibere, amotis mature caussis, unde dominorum atque operariorum conflictus videatur exstiturus » (*Acta Leonis*, vol. XI, *Litt. Enc.* « *Rerum Novarum* », p. 126).

— Cf. *Commissioni arbitrali.*

— Voces « exoperor, aris ... », « exoperatio » (*scioperare, sciopero*) infimae sunt latinitatis.

Sciopero: Cessatio, intermissio, desertio operis; intermissae ex composito (ex condicto) operae; voluntaria opificum cessatio; secessio opificum (*Acta Leonis*, vol. XI, p. 124, *et alibi*); crebrae ab opere cessationes (*Acta Ap. Sedis* 1914, p. 572: *scioperi frequenti*); operis desertio, cessatio, intermissio ex condicto, *vel* ex composito habita.

— Operistitium, ii, n. (*Questa parola, del latino così detto scientifico, è usata nei trattati di sociologia, teologia morale ecc, ma nôn ha riscontro negli scrittori latini*).

— Exoperatio, onis, f. (*sciopero*) et exoperor, aris ... (*scioperare*) voces sunt infimae latinitatis, ac significant = *cessare di lavorare.*

Sciovinismo: (*francesismo: chauvinisme*) Immodicus suae patriae amor. - *V. Nazismo.*

Scissiparità: Segmentaria procreatio, *vel* generatio (*riproduzione per segmentazione, che si osserva nelle cellule ed in alcuni animali e piante*); procreatio per segmenta.

Adjectivum « segmentarius, a, um » legitur in opere, quod inscribitur « Notae Tironis » p. 160, et quod Tironi liberto M. T. Ciceronis attributum fuit.

Sclerosi: (*indurimento patologico di un organo o tessuto organico*) Duritia, ae, f.; durities, ei, f. - *Graece:* Sclerosis, is, f. (*t. med.* - *σκληρός* = *duro*).

— *V. Arteriosclerosi.*

Sclerotica: (*membrana dura e sferica del globo dell'occhio*) Oculorum tunicae (*Cels. et Plin.*); oculorum tuniculae (*Plin.* XXVI, 12-76 et

XXIX, 6, 38). - *Graece:* sclerotica membrana, *vel* sclerotica membranula; sclerotica, ae, f. (σκληρός = *duro*).

Sclerotico: Durescens; durus. - *Graece:* scleroticus (*t. med.* - σκληρός = duro).

Scodellare: In scutellas distribuere, *vel* infundere, v. g. sorbitionem (Cf. *Cic.*, *Tusc.* III, c. 19).

— Aperte, palam, libere dicere (*scodellare, o spiattellare qualche cosa, che non sarebbe da manifestare rudemente*).

— Acta agere velle (*voler le cose già spiattellate, o scodellate*).

Scolabrodo: Iuris colum, i. n.

Scolamaccheroni – Scolapasta: Pastae tubulatae colum, i, n. - Pastae colum, i, n. etc. - *V. Pasta, Lasagne, Maccheroni, Spaghetti.*

Scoliaste: Interpres, explicator, explicatrix (*Cic.*) = *commentatore, chiosatore, commentatrice.*

— *Graece:* Scholiastes, ae, m. (σχολιαστὴς).

— Commentari (*commentare, chiosare, illustrare uno scritto*). Cf. « Carmina commentari » (*Suet.*, *Gr.* 2).

Scolopio: Sodalis Calasanctianus; sodalis a Scholis Piis (*M. Ricci, Varia Latinitas*).

Scommessa – Scommettere: Sponsio (*la scommessa*); pignus (*il prezzo o pegno della scommessa*); sponsionis pignus.

— Sponsionem facere cum aliquo ni... (*Cic.*); sponsionem facere cum aliquo quod...; v. g. « sponsionem facere cum lictore suo, ni furtis quaestum faceret » (*Cic.*, *Verr.* VII, 54); « cum sponsionem se facere paratum diceret, quod adolescens ille ... » (*Val. Max.* VI, 1, n. 10).

— Aliquem sponsione provocare; aliquem sponsione lacessere ni ... (*Cic.* = *invitare a scommettere*). - Aliquem sponsione vincere (*Cic.*, *Quint.* 27); sponsionem vincere (*Cic.*); sponsionis condemnari (*Cic. ibidem*).

— Pignore certare cum aliquo (*Virg.*, *Ecl.* III, 31); pignore contendere cum aliquo (*Catull.-Phaedr.*); aliquid in pignus dare; pignore cum quibusdam posito an posset ... (*Vall.-Max.*); pignus cum aliquo ponere de aliqua re (*Idem*, IV, 3, n. 3); posito pignore, vincere ... (*Ovid.*).

Scomunica: Sacrorum interdictio; interdictio sacrorum communium (*Morcelli*). Quae tamen locutiones aptiores videntur potius ad id significandum, quod *interdetto* vulgato nomine dicimus.

— Sacrorum communium privatio. - Ecclesiae communionis privatio. - Sacrorum communionis ademptio, *vel* privatio.

— Excommunicatio (*Lat. Eccles.*).

— *Assolvere dalla scomunica:* Aliquem sacris communibus reddere (*Morcelli*); aliquem in sacrorum communionem recipere (*Idem*); aliquem templi aditu prohibitum Deo reconciliare, *vel* conciliare (*Idem: assolvere uno scomunicato vitando*).

Scomunicare: Iubere a sacris abstinere; a sacris communibus amovere; a sacris communibus excludere; interdictione sacrorum punire; alicui sacra interdicere; sacris interdicere alicui; a sacris removere; a sacris communibus removere; interdicto a sacris communibus removere; a sacrorum communione secludere; sententia in omnes ducta ne quis sacra cum iis communia haberet; poena utrisque (clericis et profanis) proposita ut sacrorum communione carerent - Haec omnia in Lexico Morcelliano habentur; attamen nonnulla (ut facile cernere est) aptiora videntur ad illud significandum, quod vulgató sermone *interdetto* vocamus.

— Sacris communibus aliquem privare; Ecclesiae communione aliquem privare; sacrorum communione aliquem privare; sacrorum communionem adimere alicui, *vel* ab aliquo; a sacrorum communione (*vel* sacrorum communione) aliquem prohibere.

— « Excommunicare » vox est cadentis latinitatis (*S. Hieronym.*).

Scomunicato: A sacris exclusus; a sacris remotus; templi aditu prohibitus (*scomunicatio vitando*); hic sibi Pontificis Maximi decreto sacris interdictum sciat; poena indicta in eos, qui pacem violassent, ut a sacris exclusi haberentur. - Haec omnia in Lexico Morcelliano habentur.

— Sacris prohibitus, *vel* a sacris prohibitus; sacrorum communione carens; sacrorum communione (*vel* Ecclesiae communionis) expers; a sacrorum communione prohibitus, *vel* sacrorum communione prohibitus.

— *Scomunicato vitando:* Huic sacrificiis interdictum esto, ab eoque omnes decedunto, et aditum ejus sermonemque defugiunto (*Morcelli*).

— « Excommunicatus », « excommunicatus vitandus » voces sunt cadentis latinitatis (*Lat. Eccles.*).

Sconto - Defalco - Defalcare: Decessio (*defalco*); v. g. decessionem de summa facere (*Cic. = defalcare da una somma*); *vel* pecuniae summam minuere, imminuere; decessio capitis aut accessio (*Cic. = defalco o aumento del capitale*).

— Deductio (*sconto, defalco*); v. g. ex pecunia deductionem facere (*Cic.*); certis nominibus deductiones fieri solebant (*Cic. = defal-*

care qualche cosa da determinati crediti); sine deductione (*Senec. = senza sconto o defalco*).

Scopo: Propositum; finis; ratio; causa; caussa; meta (*propriamente colonnetta all'estremità del circo*); v. g. contingere metam (*Hor. = raggiungere lo scopo*); metam tenere (*Virg.*); properare ad metam (*Ov.*); ea de causa, ea ratione (*con questo scopo*).

— Non autem « scopus », vox barbara.

Scoppio: Fragor; crepitus; sonitus - Diruptio (*Senec. = frattura, scoppio, esplosione*). « Aër necessario vastum, in tam magnorum corporum diruptione, reddit sonum » (*Senec., Quaest. nat. II*, 15, 1).

Scoraggiamento: *V. Svenimento, Scoraggiamento, Smarrimento.*

Scoraggiarsi: *V. Svenirsi, Scoraggiarsi, Smarrirsi.*

Scorbuto: Stomacace, es, f. (*Plin.* XXV, 3, 6 - *στόμα et κακόν*).

— Vox « scorbutus » infimae est latinitatis.

Scorciatoia: Via compendiaria; via quasi compendiaria (*Cic.*); iter compendiarium; compendiaria, ae (*scil. via; Sen.*); compendiarium, ii (*scil. iter; Sen.*).

Scotto: Collecta, ae, f. (*quota di un pranzo*); v. g. collectam a conviva exigere (*Cic., De Or.* II, 57).

— Poenas luere; poenas peccati luere (*Cic. = pagare il fio*); noxam pecunia luere (*Liv.*).

Scribacchiare: Conscribillare (*Catull.* XXV, 11).

Scribacchino: *V. Saputello.*

Scrittore – Scrittrice: *V. Autore, Autrice.*

Scrittura: I. « Scriptio » est actio scribendi, *vel* res ipsa scripta (*lo scrivere o la composizione scritta*), v. g. philosophiae scriptiones (*Cic.*). - « Scriptum, i, n. » est linea ducta, vel descripta, v. g. lusus duodecim scriptorum (*Quint.*), ludere duodecim scriptis (*Cic. = gioco della dama fatta su un tavoliere diviso in 25 campi da 12 linee* o « scripta »). Item significat rem ipsam scriptam (*componimento scritto*), v. g. mandare scriptis (*Cic.*), de scripto legere (*Cic. = leggere uno scritto*), in scriptis relictum est (*Cic.*).

— « Scriptura » est item actus scribendi, *vel* res ipsa scripta; v. g. adsidua ac diligens scriptura (*Cic.*), mendum scripturae litura tollere (*Caecin. apud Cic., Fam.* VI, 7), diurna actorum scriptura (*Tac.*).

— Ratio scribendi, *vel* modus scribendi, *vel* scribendi genus, scripturae genus (*modo di scrivere, arte dello scrivere*); litterae, litteratura (*arte dello scrivere*); v. g. « litteratura, quae constat ex

notis litterarum et ex eo, in quo imprimuntur illae notae » (*Cic.*, *De Part. Orat.* 7, 96).

II. *Sacra Scrittura* - Sacrae litterae; divinae litterae; divina eloquia litteris mandata; divini libri; sacra volumina; sacrae scripturae; sacra scriptura; Biblia, orum, n. pl. (*Acta Leonis*).

— Divinorum librorum editionem adornare (*Morcelli: curare l'edizione delle SS. Scritture*); statae explicationes librorum divinorum incipiunt (*Idem: cominciano le lezioni di S. Scrittura*); sacrarum litterarum doctor (*Idem: professore di S. Scrittura*).

Scritturale – **Scrivano**: *V. Autore, Scrittore, Segretario.*

Scrofola – **Scrofoloso**: Struma, ae, f. (*Cels.-Plin.-Vitruv.*); v. g. « struma quoque est tumor, in quo subter concretae quaedam ex pure et sanguine quasi glandulae oriuntur, quae febres movent, nec umquam facile maturescunt » (*Cels.* V, 28, n. 7). - Strumae suppurant (*Plin.*); strumas comprimere (*Idem*); ad suppurationem ducere (*Idem*); sanare strumas (*Id.*). - « Hi medentur rei publicae, qui exsecant pestem aliquam, tamquam strumam civitatis » (*Cic.*, *Sext.* 65).

— Strumosus (*Iuvenal. et a.* = *scrofoloso*).

— Scrofulae, arum, f. pl. (*Veget.*, *Veterin.* II, 23).

Scroscio di pianto – **di pioggia**: *V. Dirottamente.*

Scrupolo – **Scrupoloso**: Scrupulus (*Cic. et a.*). Scrupulum alicui inicere (*Cic.*); mihi unus scrupulus etiam restat (*Ter.*); scrupulos ex animo evellere (*Cic.*); scrupulos eximere alicui (*Plin.*) — Adsidua scrupulorum molestia agitari; variis scrupulorum molestiis torqueri; conscientiae angore sollicitari; religione terreri; officiorum religione terreri (*essere scrupoloso*) - « Scrupulosus, a, um » significat *a*) *aspro, scabroso* (*Cic.*), atque etiam *b*) *scrupoloso, troppo esatto, pedante* (*Quint. et a.*); v. g. scrupulosa disputatio (*Quint.*), volumina (*Plin.*), cura (*Val. Max.*) - Religiose (*scrupolosamente, coscienziosamente*), *vel* diligentissime; scrupulose (*Quint. et a.* = *con la massima esattezza*).

Scrutatore: Indagator; investigator; scrutator; explorator (*Cic. et a.*).

— Diribitor (*Cic.*, *Pis.* 36 = *scrutatore nelle votazioni; chi faceva la separazione delle tavolette del voto*).

Scrutinio – **Scrutinare**: Diribitio (*Cic.*, *Planc.* c. 6). In nonnullis tamen codicibus legitur « diremptio » - Diribitio sententiarum, suffragiorum, tabellarum (*scrutinio, spoglio delle urne, aggiudicazione dei voti*). - Suffragiorum ratio.

— Diribere suffragia, sententias, tabellas (*Cic.-Val. Max. et a.* =

fare lo scrutinio). A nonnullis ponitur: « dirimere sententias, tabellas » (Cf. *Forcellini*). - Suffragia computare; suffragiorum rationem habere (*fare lo scrutinio dei voti*).

— « Scrutinium » (*inquisizione, ricerca*) vox est cadentis latinitatis (*Apul.*).

Scudo: I. Scutum (*quadrato*); clipeus (*ovale o rotondo*); parma (*rotondo*); pelta (*piccolo, in forma di mezzaluna*); cetra (*in forma di cetra*).

— Scutatus, clipeatus, parmatus, peltatus, cetratus (*armato di scudo*).

II. Scutatus nummus (*Morcelli: scudo moneta*).

Scuola: Ludus (*Cic.*); discendi ludus (*Cic.*); litterarum ludus (*Liv.*); litterarius ludus (*Sen.-Quintil.*) = *Scuola inferiore, scuola elementare.*

— Ludum aperire (*Cic.*); ludum habere (*Cic.*); ludum exercere (*Tac.*); in litterarium ludum itare (*Plin.*); ludi magister (*Cic.*); ludus militaris (*Liv.*); ludus gladiatorius (*Cic.*) = *Aprire una scuola; tenere una scuola; esercitare l'insegnamento; andare a scuola; maestro di scuola; scuola militare; scuola per gladiatori.*

— Schola (*Cic. et a.* = *scuola superiore e insegnamento superiore*); v. g. philosophorum scholae (*Cic.*), scholas Graecorum more habere (*Cic.*), scholam aperire (*Suet.*), scholam dimittere (*Suet.* = *lasciare l'insegnamento*).

— Studiorum domicilium; litterarum domicilia; ingenuarum artium domicilia (*sede della scuola, edificio scolastico*) - Studiorum domicilia, sive litterarum primordiis, sive gravioribus disciplinis tradendis (*scuole elementari e scuole superiori*) - Ludi litterarii pueris instituendis, domicilia majorum disciplinarum, Athenaea magna... (*Acta Leonis* = *Scuole elementari, medie, superiori*).

— *Scuola elementare: V. Elementare.*

Scusa – Scusare: Excusatio, v. g. peccati (*Cic.*), oculorum (*Cic.*), aetatis (*Caes.*) = *scusa, motivo, pretesto.*

— Purgatio (*Cic. et a.* = *giustificazione*); satisfactio (*Cic.*); praescriptio (*scusa, pretesto*), v. g. honesta praescriptio (*Caes.*); nomen (*pretesto*); titulus (*motivo*).

— Causari (*Liv. et a.* = *addurre scuse, ragioni...*); aliquid causari (*Liv.*); causari *cum infin.* (*Liv.*); causari quod (*Suet.*) - « Plura per ambages et calumnias causati sunt ut indigne factum tegere falsis nominibus conarentur » (*Acta Leonis* 1880, p. 119).

— Excusare aliquem alicui, *vel* apud aliquem; se excusare, *vel* purgare alicui, *vel* apud aliquem de aliqua re, *vel* in aliqua re.

Secchiolina dell'acqua santa: *V. Pila dell'acqua santa.*

Secondario – Secondo: Secundus (*Cic. et a. = secondo, seguente, secondario, favorevole, propizio*); v. g. secundus ab Romulo (*Liv.*); secundae partes (*Cic. = parti secondarie*); haud ulli virtute secundus (*Virg.*); vir nulli secundus (*Vell.*); secunda aqua (*Liv.*), secundo flumine (*Caes.*) = *secondo la corrente;* secundis auribus (*Liv.*) = *detto di chi ascolta favorevolmente.*

— Secundarius (*Cic. et a. = di secondo ordine o qualità*); - Secundarius panis (*Suet.*); secundarium minium (*Plin.*); secundarium, ii. n. (*Cic. = accessorio*) - Res parvi, *vel* minoris momenti, *vel* res secundae notae (*Plin. = cosa secondaria*).

— Secundas partes agere, *vel* sustinere in aliqua re (*Sen. = rappresentare una parte secondaria*); secundas partes alicui deferre (*Quint.*).

— « In poëtis non Homero soli locus est, sed..., vel secundis, vel infra secundos » (*Cic., Orat.* c. I).

— *Scuole secondarie: V. Scuole.*

Sedentario: Sedentarius, a, um; v. g. sedentarii sutores (*Plaut., Aul.* III, 5, 39); sedentaria opera (*Colum.* XII, 3); sedentarium vivendi genus (*vita sedentaria*).

Sedia gestatoria: Sella gestatoria (*Suet.*); e. g. « gestatoria sella delatus in theatrum » (*Suet., Ner.* 26) - Sella gestatoria Pontificis Maximi - In Lex. Morcelliano (*Vol.* II, p. 104) ponitur « hexaphoron », quod quidem vocabulum, e graeco fonte ductum, significat *lettiga portata da sei uomini* (*Martial.* VI, 77; II, 81 - ἑξάφορον) « Pontifex Maximus, hexaphoro sublatus, Sacramentum Augustum circumfert » (*Morcelli, ibidem.*).

Sedia pieghevole: Flexibilis sella; *vel* sella flexilis. - *V. Poltrona.*

— Sellula flexibilis (*seggiolino pieghevole*); *vel* flexilis sellula.

Sediario: Sellarius (*Inscript. = sediario in genere*).

— *Sediario Pontificio:* Sellarius Pontificis Maximi; a sella gestatoria Pontificis Maximi; Pontificiae sellae gestator (Vox « gestator » usurpatur a Plinio et al.); hexaphori gestator; Pontificii hexaphori gestator. - *V. Sedia gestatoria.*

Seggiola a sdraio: Sella strata, *vel* recumbentium sella, *vel* recumbentis sella.

— *V. Poltrona e sedia pieghevole.*

Segnarsi: Signo Crucis se munire (*farsi il segno della Croce*).

Segnatura Apostolica: Consilium ad causas rerum judicatarum dirimendas (*Morcelli*); Sacrum Consilium ad causas rerum judicata-

rum dirimendas judicibusque adsignandis (*I. Fornari, Parvum Antibarbarum,* p. 81) - Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae (*Cod. I. Can.*).

Segregazione cellulare: In segregata cella custodia; in segregata cella captivitas; ab omnibus in segregata cella separatio; in cella segregatio. - Vox « separatio » apud Ciceronem, Tacitum, Quintilianum legitur; vox autem « segregatio » apud Tertullianum (*Anim.* 43).

— In cella ab omnibus segregatum detineri (*esser detenuto in segregazione cellulare*); *vel* in vinculis (in custodia) detineri segregatum ab omnibus.

Segretariato - Segreteria: Scribarum munus; amanuensium munus (*ufficio della segreteria*) - Scribarum sedes; amanuensium sedes (*sede della segreteria*). - *V. Segreteria di Stato ecc.*

Segretario: Ab actis; a commentariis; ab epistulis. Esse ab epistulis; esse ab actis; esse a commentariis (*esser segretario*); esse alicui a manu, *vel* ab epistulis (*esser segretario privato di uno*).

— Librarius (*Cic. et a.*) = *schiavo o liberto che copiava libri, o scriveva lettere sotto dettatura, scrivano, copista, segretario.* Dicitur etiam « scriba librarius » (*Varr.*), « scriptor librarius » (*Hor.*) - Librariolus (*Cic.* = *segretariuccio, povero scritturale*); latini librarioli (*Cic.*).

— Servus a manu (*Cic.*); amanuensis (*Suet.*) = *amanuense, copista.*

— Scriba (*Cic. et a.* = *segretario in un ufficio pubblico*), qui leges, acta, publicasque rationes nomine civitatis, vel magistratus, vel principis perscribit. - « Scribarum ordo est honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae, periculaque magistratus committuntur » (*Cic., Verr.* V, 79) - Quamvis privatorum hominum scribae non essent, sed librarii, quorum condicio fere servilis erat, attamen in antiquissimis inscriptionibus habetur: « scriba ab epistulis » (*segretario privato*) et « scriba cubicularius » (*segretario di camera*).

— *Segretario delle Lettere Latine:* Ab epistulis latinis, *vel* scriba ab epistulis latinis; esse ab epistulis latinis (*esser segretario delle lettere latine*); adjutor ab epistulis latinis (*aiutante di studio del medesimo*). - Ab epistulis latinis Pontificis Maximi; *vel* scriba ab epistulis latinis Pont. Max. (*Segretario delle lettere latine del Sommo Pontefice*).

— *Segretario dei Brevi ai Principi:* Ab epistulis ad Principes; esse ab epistulis ad Principes; ab epistulis ad Principes adjutor (*Segretario dei Brevi ai Principi e aiutante di studio del medesimo*). Ab

epistulis Pontificis Max. ad Principes; *vel* scriba ab epistulis Pontificis Max. ad Principes (*Segretario del Sommo Pontefice per i Brevi ai Principi*). - *V. vol. I, pag.* 140.

— *Segretario di Stato:* A publicis Ecclesiae negotiis; Pater Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis; Cardinalis publicis Ecclesiae negotiis praefectus, *vel* praepositus (*Cardinale Segretario di Stato*). - Non autem « a secretis Status »; quae voces sunt infimae latinitatis. - « Quem Pius VI P. M. negotiis publicis praefecit » (*Morcelli*).

— Adjutor Sacri Consilii christiano nomini propagando (*Morcelli: Segretario della S. Congregazione di propaganda fide*) - Aptius tamen dixeris: Ab actis Sacri Consilii christiano nomini propagando; *vel:* Ab actis Sacri Consilii catholicae fidei propagandae.

— *Segretario della Congregazione* etc. ...: Ab actis Sacri Consilii etc. (*V. Congregazione*) - Non autem « secretarius », *vel* « a secretis », quae voces sunt infimae latinitatis.

— *Segretario della cifra:* Ab arcanis notis, *vel* arcanis notis praepositus. - In Lexico Morcelliano ponitur hoc loco: « silentiarius ». Hac tamen voce aliud omnino significatur. Silentiarius enim servus erat, qui vel in privatorum, vel in Principum domibus conservis suis heri auctoritate silentium indicebat (*Senec. et a.*). Postremis autem Romani Imperii temporibus ministerium hujusmodi nobilitatum fuit; tum enim ad silentiarios « viros clarissimos ac spectabiles » pertinebat publicam quietem ac tutelam in aula Principis curare.

— *Segretario di un'associazione, confraternita,* ecc.: Tabellio et scriba collegii ... (*Morcelli: notaio e segretario della Confraternita ...*) - Ab actis alicujus sodalitatis, sodalicii, consociationis ... (*segretario di un'associazione*).

— Ab actis Senatus (*Morcelli: Segretario del Senato*).

— In domo Principis, sui scribae et poëtae honores adeptus est (*Idem: segretario e poeta di Corte*).

Segreteria di Stato - Segreteria dei Brevi ai Principi - Segreteria delle Lettere Latine: I. Sacrum Consilium publicis expediendis (procurandis, accurandis, administrandis) Ecclesiae negotiis; *vel* Sacrum Consilium publicis Ecclesiae negotiis praepositum; *vel* Officium publicis expediendis (procurandis, accurandis, administrandis) Ecclesiae negotiis (*Segreteria di Stato*). - Sedes publicis expediendis (accurandis, procurandis, administrandis) Ec-

clesiae negotiis (*Sede della Segreteria di Stato*). - Secretaria Status (*Lat. Eccles.*). - *V. vol. I, pag.* 59, 60, 61, 64, 65.

II. Munus, Officium, Sedes (*secondo i varii casi*) Epistulis Pontificis Maximi ad Principes expediendis (*vel* scribendis); Munus (Officium, Sedes) Epistulis Pontificis Max. ad Principes scribendis expediendisque (*Segreteria dei Brevi ai Principi*). - Secretaria Brevium ad Principes (*Lat. Eccles.*).

III. Munus, Officium, Sedes (*secondo i varii casi*) Epistulis Latinis Pontificis Maximi expediendis (*vel* scribendis).

— Secretaria Litterarum Latinarum (*Lat. Eccles.*) = *Segreteria delle Lettere Latine.*

Selenografia: Lunae descriptio.

— *Graece:* Selenographia, ae, f. (*σελήνη = luna - γράφω = scrivo*).

Semaforo – Semaforista: Index, icis, c. (*indicatore*); v. g. portus index; viae index; itineris index.

— *Graece:* Semaphorus, i, m. *vel* semapherus, i, m. (*σῆμα = segnale φέρω = porto*). - Semaphoro (*vel* semaphero) praepositus (*semaforista*).

— *Semaforo delle ferrovie: V. Ferrovia in fine.*

Seminario: *V. Collegio.*

Seminarista: Sacrorum alumnus; sacri ordinis alumnus; sacri ephebei alumnus; sacrae militiae tiro, onis; sacri ministerii tiro; sacerdotii candidatus; ad sacra capessenda munia divinitus vocatus; adolescens clerus; clerus in spem Ecclesiae adolescens; sacricola, ae, m. - *V. Collegiale.*

Semitono: Hemitonium, ii (*Vitruv.* V, 4). - Semitonium, ii, vox est cadentis latinitatis (*Macrob.*). - *V. Diesis.*

Semivivo – Semimorto – Semi...: *V. Mezzo.*

Senatrice: Senatrix, icis, f. - Antiquitus senatores tantummodo habebantur; hodie vero senatrices etiam eliguntur.

Se no...: Si minus; si aliter (*Cic. et a. = se no...*). - Sin autem, sin aliter; sin minus (*Cic. et a. = se invece, nel caso contrario, se no...*).

— « Quae ut concurrant omnia optabile est; si minus, plures causae majoresque ponderis plus habebunt » (*Cic., De Off.* I, 14).

Sensazionale: Vehementer commovens, permovens, excitans, percellens. - Res omnium mentes animosque percellens (*un fatto sensazionale; una cosa sensazionale*); eventum omnium animos vehementer commovens atque percellens (*un avvenimento sensazionale*); nuntium omnes percellens vehementerque commovens (*una notizia sensazionale*).

Sensibile – Sensibilità – Sentimentalismo: I. Sensibilis (*Vitruv.-Senec.*), v. g. « Quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile judicant bonum; nos, contra, intellegibile, qui illud animo damus » (*Senec., Ep.* 124).

— Sensilis (*Lucret.*), v. g. « Ex insensilibus ne credas sensile gigni » (*Id.* II, 887).

— Sensibus obnoxius; quod sensibus percipi potest; res sensibus subjectae, *vel* obnoxiae (*il mondo sensibile*) - Quae sub sensus subjecta sunt (*Cic., Acad. pr.* II, 23 = *il mondo sensibile*) - Sub sensum cadere (*Cic., Inv.* I, 30).

— Lenis, mollis (*delicato, sensibile*); v. g. mollis animus (*Cic.*), lenis ac mollis animus (*un animo delicato e sensibile*), homo mollissimo animo (*Cic.*), molle carmen (*Hor.* = *poesia delicata, sentimentale*) - *V. Patetico.*

II. Sentiendi facultas, vis, virtus (*sensibilità, facoltà di sentire*).

— Agilitas mollitiesque naturae (*Cic.* = *suscettibilità e sensibilità di carattere*); qua mollitia sum animi ac lenitate (*Cic.* = *delicatezza e sensibilità*); humanitatis mollitudo (*Cic., De Or.* III, 161 = *delicatezza di sentimento, sensibilità*); lene ac molle ingenium (*temperamento sentimentale*); animus ad lenitatem mollitiemque devexus (*sentimentalismo*).

Sensismo: Doctrina, quae ex sensibus omnia oriri (omnia pendere) docet; eorum ratio (doctrina), qui in sensibus omnia reponunt. Cf. « Spem in virtute reponere » (*Caes.*); « causam totam in judicum humanitate reponere (*Cic.*).

— « Sensismus » qui dicitur; « sensismus » quem vocant.

Senso comune – Consenso comune: « Omnium judicium sensusque communis, quae certissima naturae vox est ... » (*Acta Leonis* 1888, p. 214).

— « Firmissimum hoc afferri videtur, cur deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio ...; omni autem in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est » (*Cic., Tusc.* I, 13) - « Omnium consensus naturae vox est » (*Ibidem*, I, 15).

Separatismo – Separatista: Secessionis studium; secessionis studium alicujus ab ...; secedendi studium ab ... - Secessionis fautor, *vel* studiosus; secedendi fautor (*vel* studiosus) ab aliquo, ab aliqua re.

Sepolcro: Sepulcrum, sepulchrum (*Cic. et a.*); sepulcrorum monumenta (*Cic.* = *monumenti sepolcrali*); aliquem condere sepulcro (*Virg.*) - Bustum (*Cic. et a.* = *crematoio, tumulo, sepolcro o*

tomba contenente le ceneri del morto) - Conditorium (*Suet.-Plin.* = *luogo del sepolcro, sepolcro stesso*) - Tumulus (*Cic. et a.* = *monticello, tumulo, tomba*); inanis tumulus (*Cic.-Virg.*), *vel* tumulus honorarius (*Suet.*), *vel* cenotaphium (*Ulp., Dig.*) = *tomba vuota, monumento sepolcrale senza la salma.* Cenotaphiolum (*Inscript. Murat.*) = *piccolo cenotafio* - Cepotaphium, cepotaphiolum (*Inscript.*) = *cimitero fatto a giardino* - Solium (*Curt. et a.*) = *sepolcro di pietra, sarcofago;* v. g. « Corpus ejus solio porphiretico conditum » (*Morcelli*) - Monumentum (*Cic.* = *ricordo, monumento, sepolcro*), sepulcri monumentum (*Nep.*) - Requietorium (*Inscript. Murat.*) - Sepulcretum (*Catull.* 59, 2) = *cimitero comune.* - Caemeterium (*dormitorio*). - Sarcophagus, i, m. (*Plin.* = *pietra o marmo per sepolcri*). In antiq. inscript. habetur sarcophagus, *vel* sarcophagum (= *sepolcro di marmo contenente il cadavere non cremato*) - Hypogeum (*Vitruv.* = *luogo sotterraneo*); apud Petron. (*Satyr.* 11) et in antiq. inscript. significat *sepolcro sotterraneo.*

— *Sepolcro gentilizio o di famiglia:* avitum sepulcrum; monumentum, *vel* sepulcrum majorum; monumentum, *vel* sepulcrum hereditarium; patrium sepulcrum; sepulcrum, *vel* conditorium gentilicium; gentile (*vel* gentis) sepulcrum, conditorium, monumentum.

Septicemia: Sanguinis inquinamentum; sanguis infirmus atque inquinatus. - *Graece:* Septichaemia, ae, f. σηπτικός = *corrotto* - αἷμα = *sangue*).

Septico – Aseptico – Antiseptico: Inficiens; putrefaciens; inquinans (*septico, putrefattivo*). - Inquinamento carens; inquinamento (*vel* inquinamenti, *vel* ab inquinamento) immunis; omni inquinamento immunis (*aseptico*). - Inquinamentum (*vel* putredinem, *vel* tabem) repellens; inquinamenti immunitatem impertiens; putredinis immunitatem impertiens (*antiseptico*).

— *Graece:* Septicus, a, um (*Plin.* XXX, 4, 10 et a.); quae vox ex graeco verbo σήπω = putrefacio, consumo oritur. - Asepticus, a, um. - Antisepticus, a, um.

Serbatoio: Receptaculum, i, n. (*ciò che serve a raccogliere o racchiudere qualche cosa*); v. gr. receptaculum cibi et potionis (*Cic.* = *stomaco*); militum (*Cic.*); purgamentorum (*Liv.*); fugientibus (*Liv.*).

— Castellum, *vel* dividiculum, i, n. (*Vitruv.-Plin.-Fest.* = *serbatoio dell'acqua per dividerla e distribuirla a vari usi*), hoc est aquarum receptaculum, elatiore loco positum, ex quo aqua per fistulas in varia loca distribuitur.

— Lacus, us, m. (*non solo significa lago, ma anche bacino o deposito di una fonte, e vasca*). - Piscina, ae, f. (*serbatoio d'acqua per esercizi di pesca, di nuoto, di bagno; ed anche vasca o tinozza della camera da bagno*).

Serbia: Servia, ae, f. - Servii, iorum (*i Serbi - Lat. di Curia*).

Serenata: Nocturnus concentus ad amicae januam (*Vallauri, Less.*) - « Occentare ostium amicae » (*far la serenata*. Cf. *Plaut. Curc.* I, 2, 57). « Occentare ostium » non modo significat malum canere carmen ad ostium alicujus (*Plaut., Pers.* IV, 4, 20) sed etiam amantis carmen canere (*propriamente cantare davanti alla porta di...*). - Ad amicae fores noctu concinere (*Ovid. = far la serenata*).

Serpentina: Cochleatus sipho, onis, m. (*tubo del lambicco e simili*). - Adjectivum « cochleatus, a, um » legitur apud Cassianum (*saec. V p. Ch. n.*) et apud alios serioris latinitatis scriptores.

Serra: Caldaria cella; caldaria florum cella (*serra per fiori*).

Serrata: Intermissio operum ab eris (*vel* heris) imperata (*sospensione del lavoro per comando dei proprietari*); operum intermissio invitis imperata; imperata operum intermissio.

— Officinae ex imperato clauduntur (*serrata delle officine, fabbriche*); tabernae ex imperato clauduntur (*serrata delle botteghe o negozii*); officinas claudere ex herorum imperato (*vel* imperio, *vel* jussu); officinae ex herorum jussu invitis operariis clauduntur (*far la serrata delle fabbriche*); tabernae ex herorum imperato invitis administris clauduntur (*far la serrata delle botteghe o negozii*).

— Tabernae sutrinae (*vel* calceariae), textrinae, linteariae, sagariae, librariae, tonstrinae ... ex herorum imperato clauduntur (*serrata dei negozii di calzature, di tessuti, di biancheria, di stoffe, di libri, dei barbieri ...*). - Officinae calceariae (*vel* sutrinae), textrinae, lintеariae, sagariae, librariae, tignariae (*vel* lignariae) ... ex herorum imperato clauduntur (*serrata dei calzaturifici, delle fabbriche tessili, delle tipografie, delle officine di falegnami, di legnaioli ...*).

Servilismo: Servile obsequium; deforme obsequium (*Tac.*); adulatio; assentatio (*Cic. et a.*).

Setticemia – **Settico**: *V. Septicemia, Septico.*

Sfaccendone: *V. Saccente, Saputello.*

Sfavorevole: Non aequus; iniquus; adversus, adversissimus (alicui); infensus, infensissimus (alicui); infestus, infestissimus (alicui); alienus, alienissimus (ab aliquo); aversus, aversissimus ab aliquo (*Cic.*) alicui (*Tac.-Quint.*) - Adjectiva « aversus, a, um » itemque

« adversus, a, um » alia quoque significatione usurpantur: v. g. pars adversa et pars aversa alicujus nummi (*parte davanti e parte di dietro di una moneta*) - Adversus et aversus impudicus (*Cic.*) = *impudico per ogni riguardo.*

Sfilatino (*filoncino di pane*): *V. Panino.*

Sfinimento: *V. Collasso.*

Sfiorare – Sfiorire: I. Defloresco (*Cic.* = *perdere il fiore*) v. g. amores et deliciae celeriter deflorescunt (*Cic.*) - Defloreo (*Plin. et a.*).

— Deflorare (*Gell.* = *togliere il fiore*). Usurpatur tam propria, quam translata significatione.

— Praeflorare (*Liv. et a.* = *togliere il fiore*); v. g. gloriam praefloratam esse (*Liv.*); summum illud purpurae decus non nisi praecerptum praefloratumque transmittere (*Plin., Paneg.* 58). - Praefloratus, a, um (*Liv. et a.* = *sfiorito, che ha perso il suo splendore*).

II. Aliquid breviter attingere (*Cic.*); aliquid quasi delibando attingere; aliquid narratione delibare (*Quintil.*); tantummodo summas res attingere (*Nep.*); aliquid leviter in transitu attingere (*Quintil.* = *sfiorare scrivendo o parlando*).

Sfogare – Sfogarsi: Exsaevire (*cessare di infuriare*); v. g. bellum nondum exsaevit; « dum reliquum tempestatis exsaeviret » (*Liv.* XXX, 39, 2 = *essendosi sfogata la tempesta; cessando d'infuriare la tempesta*).

— Erumpere stomachum, iram in aliquem (*Cic.-Liv.*); expromere crudelitatem suam in aliquo (*Cic.*); evomere iram in aliquem (*Ter.*); virus acerbitatis apud aliquem evomere (*Cic.*); dolores in lacrimas effundere (*Virg.*).

Sfrenato – Sregolato – Smodato: Effrenus (*Liv.*); effrenatus; impotens (*Cic.*); intemperans; immoderatus; immodicus; indomitus; dissolutus; effusus; exlex, egis (*Cic.* = *sregolato, irregolare*); abnormis (*Hor.*); enormis (*Quint.-Tac.*) = *anomalo, fuori di ogni regola, enorme:* v. g. immoderata libertas, immodica et effrenata cupiditas; effrenus equus; effrena gens; effrenata petulantia; effusa licentia; effusa laetitia; effrenata licentia; impotens victor (*Cic.* = *vincitore sfrenato, senza ritegno*); intemperans libertas, intemperantissima adulescentia (*Cic.*); intemperantissimae perpotationes (*Cic.* = *il bere in modo del tutto sregolato*); dissoluti mores (*Phaedr.*); dissolutissimus hominum (*Cic.*).

— *Esser sfrenato, uscir dai gangheri: V. Ganghero.*

Sfruttare – Sfruttamento: Agrum colere, excolere (*far fruttare*); fo-

dinam exercere (*sfruttare una cava o una miniera*); agrum exinanire, *vel* effetum facere; provinciam exinanire (*trarre eccessivo profitto, esaurire*); aliquem emungere (*sfruttare uno spogliandolo dei beni*); aliquem emungere auro, argento ...; effetus, defatigatus, exhaustus (*sfruttato*); qui nimium ex aliena opera quaestum, *vel* lucrum facit (*sfruttatore*); virium, rerum confectio, defectio (*sfruttamento, esaurimento*); virium defatigatio; nimia virium defatigatio (*eccessivo sfruttamento o logoramento delle forze*).

— Quaestus; lucrum (*sfruttamento, guadagno*); quaestum (lucrum) facere (percipere) ex aliquo; quaestui habere aliquem (*Cic.*); quaestum facere ex aliorum ignorantia (*sfruttare l'ignoranza altrui*); nimium quaestum ex aliorum opera facere; alicujus opera laboreque abuti; malis artibus quaestum facere (*sfruttare ingiustamente*); furtis quaestum facere (*Cic.*); magnos atque uberes constituere sibi quaestus ex aliqua re (*Cic.*); quaestui habere rem publicam (*Cic.*); tibi hominum innocentium sanguis non modo voluptati, sed etiam quaestui fuit (*Cic.*).

Siam: Thailandia, ae, f.

Sidecar: (*v. ingl. = motocicletta col carrozzino*). *V. Bicicletta.*

Siderurgia: Metallorum fabricatio; metallorum fabrica. - Voces « fabricatio » et « fabrica » significant etiam artem fabrorum. - Fabrica aeraria, ferrea (*Plin.* VII, 56, 57 *et al.*); fabrica aeris et ferri (*Cic. = lavorazione del...*). - [Metallorum] fabricam habere (*Cic. = esercitare la siderurgia*). - Metallorum faber (*operaio siderurgico*); *vel* metallorum opifex.

Sieroterapia: Seri curationes; curationes ope seri peractae; curatio per serum acta.

— *Graece:* Serotherapia, ae, f. (serum = *siero* - θεραπεία = *cura*).

Sifilicomio: Valetudinarium lue venerea laborantium; valetudinarium morbo gallico (lue celtica, syphilide) laborantium. - Syphilicomium, ii, n.

Sifilide: Lues venerea (*Questo termine sembra sia stato introdotto per primo nel sec. XV dal francese G. Bethencourt, scopritore delle Canarie; poi usato dal poeta e naturalista Fr. Redi* [*1626-1694*], *e da altri*). - Celtica lues; gallica lues; morbus gallicus; syphilis, idis, f. (*Cf. il celebre poemetto del medico e poeta veronese Gerolamo Fracastoro* [*1483-1553*]: « Syphilis, seu de morbo gallico »).

Sifiliderma: Syphilitica cutis ulceratio (*manifestazione cutanea della sifilide*); syphiliderma, atis, n. (*t. med. da* syphilis et δέρμα = *cute*).

Sifilitico: Lue venerea (*vel* lue celtica, gallica lue, gallico morbo, syphilide) laborans, infectus, ulceratus.

Sifilizzare: Lue venerea (*vel* morbo celtico, morbo gallico, syphilide) inficere, ulcerare.

Sifilizzazione: Morbi gallici (*vel* morbi celtici, luis venereae, syphilidis) contagio, onis, f., contagium, ii, n.

Sifiloma: Prima morbi gallici (morbi celtici, syphilidis) contagio, onis, f.; prima (*vel* primigena) luis venereae ulceratio; primum (*vel* primigenum) syphilidis ulcus, eris, n. - Syphiloma, atis, n. (*t. med. = prima formazione sifilitica, o prima lesione sifilitica, detta anche sifiloma iniziale*).

Sigaraio: Opifex nicotianis foliis elaborandis; convoluti tabaci opifex; tortilis tabaci artifex; tabaci opifex.

Sigaro – Sigaretta: Nicotianum bacillum; tabaci bacillum; tabacum tortile; convolutum tabacum; tabaci fasciculus (*sigaro*).

— Nicotianum bacillum tuscum, neapolitanum, virginium, havanum (*sigaro toscano ecc. ...*).

— Nicotiana fistula; tabaci fistula; candida tabaci fistula; candidum tabaci bacillum; candidus tabaci fasciculus (*sigaretta*).

— *Fumare un sigaro, una sigaretta:* Nicotianum bacillum succensum sugere; tabaci fasciculum succensum sugere; convolutum tabacum succensum sugere; tortile tabacum succensum sugere; ex tabaci bacillo nicotianum sugere (haurire) fumum; ex nicotiano bacillo odoratum sugere fumum, *vel* odoratos haurire vapores; vaporatum tabacum ex nicotiano haurire bacillo; fumans sugere tataci bacillum, *vel* nicotianum bacillum (*fumare un sigaro*) - Nicotianam fistulam (candidam tabaci fistulam) succensam sugere; ex candida tabaci fistula odoratos haurire vapores; ex candido tabàci fasciculo nicotianum sugere fumum; ex candida tabaci fistula nicotianum sugere fumum; ex candido tabaci bacillo odoratum haurire fumum; vaporatum tabacum ex candido haurire bacillo, *vel* ex nicotiana sugere fistula; fumantem sugere tabaci fistulam, *vel* candidam tabaci fistulam fumantem sugere (*fumare una sigaretta*).

— Ex candida tabaci fistula, sulphurato ramento succensa, odoratos haurire vapores (*accendere una sigaretta e fumarla*) - Ex nicotiano bacillo odoratum fumum leniter dulcissimeque sugere (*fare una dolce fumata*). - *V. Fumare.*

— Theca nicotianis, bacillis, *vel* nicotianis fistulis asservandis (*portasigari, portasigarette*).

— *V. vol. I, pag. 118.*

Sigla: Notae compendiariae; litterae compendiariae. - Sigla, orum, n. pl. (*Iustinian.*).

Signore – Signora – Signorina: Dominus, erus, herus (*padrone, signore*); domina, era, hera (*padrona, signora*); instita (*Ov., Art. am.* II, 600) = *signora distinta, matrona.* « Instita » significat etiam *lussuosa tunica a molte piege di una dama romana.*

— Homo, vir, quidam homo, vir quidam (*un signore*); senex, senex quidam (*un vecchio signore*); adulescens, quidam adulescens (*un giovane signore, signorino*); egregius vir, nobilis vir, excellentissimus vir, eminentissimus vir (*egregio signore, nobile signore, Eccellenza, Eminenza*); femina, mulier, quaedam femina (*una signora*); puella, innupta, innuba, quaedam puella (*una signorina*), *vel* innupta quaedam femina (*una signorina, anche se anziana*).

— Proceres, primores, optimates (*i signori di una città, l'alta aristocrazia*); Princeps (*Signore di un territorio*), v. g. Florentinorum Princeps, Mediolanensium Princeps (*Signore di Firenze, di Milano*); Regulus (*piccolo re*).

— Magnifice, magnificentissime vivere; splendide vivere (*vivere da gran signore*). Vir genere et opibus insignis, praestans, praestantissimus (*un gran signore, nobile e ricco*).

— Deus; Deus Optimus Maximus (*il Signore*); *vel* Christus Iesus, Christus Dominus.

— *Nostra Signora: V. Madonna.*

— E graeco fonte: Demarchus (*Plaut.*), seu princeps populi; v. g. Demarchus Castri Giuffrediani (*Morcelli: Signore di Giuffrè*). Demarchus Codogni (*Idem: Signore di Codogno*). - Dynastes, ae, *vel* dynasta, ae (*Cic. et a.: principe di un piccolo Stato, Sovrano, appartenente a Famiglia Principesca*); v. g. Dynasta Calciensis (*Morcelli: Feudadario di Calcio*), Dynasta Caltianorum (*Idem: Signore di Calziano*), Dynasta Formigariensium (*Idem: Signore di Formigara*). - Toparcha (*Spartian.*) seu Princeps loci; v. g. Toparcha Mesoci vallisque Mesolcinae (*Morcelli: Signore di Musocco e della Valle Mesolcina*).

Signoria: Dominatus, dominatio, imperium, dicio, ditio. - *Graece:* Toparchia, demarchia (*Inscript.* - τοπαρχία - δημαρχία).

Sillabare: Syllabatim dicere (*Cic., Acad. pr.* II, 38).

Silofono: *V. Xilofono.*

Silografia – Silografico – Silografo: *V. Xilografia* ecc.

Siluro – Silurare: Silurus (*Plin.: siluro pesce*). - Ignivomus, *vel* incendiarius, *vel* ignifer silurus; seu militare machinamentum, quod su-

bita vi jactum, marisque undas tranans, naves frangit, diruit, submergit; missile tranatans, *vel* tranans missile ignivomum (*siluro, macchina di guerra*). - Adjectivum « ignifer, a, um » habetur apud Lucretium et Ovidium; « incendiarius, a, um » apud Tacitum et Suetonium; « ignivomus, a, um » apud Lactantium.

— Igniferos (ignivomos) siluros jacere, *vel* jaculari, *vel* jactare (*silurare*); igniferos siluros jactans (*silurante*); navem ignivomo (ignifero) siluro vulnerare, infringere; diffringere, demergere (*silurare una nave*); *vel* « siluro navem petere » (*P. L. Rocci: Nuove favole latine*, p. 94). - Navibus diffindendis, *vel* diffringendis jaculator (*siluratore di navi*); silurorum jaculator (*siluratore*). - Tranatantibus missilibus navem diffindere, diffringere, perfodere, diruere, submergere (*silurare una nave*).

— Innumerae lintres, quae occultae sub undis navigant, onerarias naves ex insidiis adgrediuntur, atque igniferis injectis missilibus (machinamentis) eas vulnerant, diffringunt, submergunt (*sottomarini silurano navi mercantili*). - *V. Aerosilurante, Idrosilurante.*

— Aliquem de suo gradu deicere (*silurare una persona*).

Simile: « *E simili* »... Haec locutio tribus modis redditur a Cic. (*Tusc.* IV, c. 7): « Et si quae sunt de genere eodem ». « Et similia ... ». « Et cetera ejusmodi ».

Simmetria: *V. Armonia, Proporzione.*

Simonia – Simoniaco: Rerum sacrarum emptio, *vel* venditio (*Vallauri*); res sacras emere, *vel* vendere (*Idem: far simonia*); sacrorum munerum, *vel* sacrarum rerum nundinatio (*simonia*); sacra munera, *vel* res sacras nundinari (*far simonia*) - Apud Cic. habetur: « Juris nundinatio », « jus ab aliquo nundinari » « senatorium nomen nundinari » (*acquistare con vile traffico...*).

— Res sacras, *vel* sacra munera mercari (*far simonia*); sacrorum munerum, *vel* sacrarum rerum mercatus turpissimus (*turpe simonia*); sacrorum munerum, *vel* sacrarum rerum mercatura turpissima; sacrarum rerum, *vel* sacrorum munerum turpem mercaturam facere (*far simonia*).

— Sacrarum rerum, *vel* sacrorum munerum venditor, emptor, mercator, nundinator (*simoniaco*) - « Publicae salutis nundinator » legitur apud Quintilianum, Declam. XII, 3.

— Simonia, ae, f.; simoniacus, a, um (*Lat. Eccl.*). - Simoniaca labes; simoniacum peccatum; simoniacum scelus; simoniacum crimen (*da Simon Mago, V.* « *Acta Apost.* » c. VIII).

Simpatia – Simpatizzare: Ingenii convenientia, consensus, conjunctio,

similitudo, concentus; amor, studium, caritas erga aliquem (*simpatia*).

— Cum alicujus natura et moribus congruere; cum aliquo natura et moribus convenire; aliquem diligere, amare, adamare (*avere simpatia per uno*) - Aliquem in oculis ferre, *vel* gestare (*Cic.*); aliquem in deliciis habere (*Cic.*) = *Avere vivissima simpatia per uno* - Inhiare in aliquem (*Lucr.* I, 36 = *spasimare per uno*); *vel* suspirare in aliquo, in aliqua; suspirare in aliquem, in aliquam (*Catull.-Ovid.*).

Sinagoga: Iudaeorum templum (*in senso improprio*). - *Graece:* Synagoga, ae, f. (*Tertull.* - *συναγωγή*).

Sincrono – Sincronismo: Eodem tempore habitus; eodem tempore actus; eodem tempore factus (*sincrono*). - *Graece:* Synchronicus, a, um; *vel* synchronus, a, um. - Synchronismus, i, m.; synchronismus, qui dicitur; synchronismus, quem vocant (*σύν* = *insieme* - *χρόνος* = *tempo*).

Sindacale: Collegii (*c. genet.*); sodalicii; collegiorum; corporatorum hominum; corporatorum opificum, *vel* artificum; ad collegia (sodalicia) attinens, pertinens; ad corporatorum hominum collegia pertinens.

— Ita, verbi gratia, hoc adjectivum latine reddi potest: Collegii coetus (*adunanza sindacale*); *vel* collegiorum coetus; *vel* corporatorum hominum coetus; *vel* corporatorum opificum caetus. - Opificum collegiorum foedus (*federazione sindacale operaia*); *vel* corporatorum opificum foedus. - Corporatorum hominum foedus, consociatio, societas (*unione o federazione sindacale*).

— Collegiorum opificum (*vel* corporatorum hominum, *vel* corporatorum opificum) unitas, conjunctio, consociatio, foedus (*unità sindacale*).

— Causa (*vel* quaestio) de opificum collegiis (*questione sindacale*); *vel* opificum collegiorum causa; *vel* corporatorum opificum causa.

— De operariorum collegiis ineundis moderandisque quaestio (*vel* causa); *vel* de opificum collegiis instituendis ordinandisque causa (*l'opera, o la questione dell'organizzazione sindacale*). - De opificum collegiis christiana doctrina instituendis conformandisque causa (*l'opera, o la questione dell'organizzazione sindacale cristiana*).

— Collegiorum opificum (*vel* corporatorum hominum, *vel* corporatorum opificum) conventus, congressus, congressio (*congresso sindacale; congresso sindacale operaio*). - Corporatorum hominum (*vel*

corporatorum opificum) ex universa natione conventus, congressus, congressio (*congresso nazionale sindacale operaio*). - Corporatorum hominum (corporatorum opificum, artificum) ex universis nationibus conventus, congressus, congressio (*congresso sindacale internazionale operaio*).

Sindacalismo: Opificum (*vel* artificum) collegiorum ratio, doctrina, disciplina; *vel* corporatorum hominum (artificum, opificum) ratio, doctrina, disciplina. - De ineundis moderandisque corporatorum hominum collegiis ratio, doctrina, disciplina; *vel:* de ineundis moderandisque opificum (artificum, operarum, operariorum) collegiis ratio, doctrina, disciplina = *sindacalismo; sindacalismo operaio, come dottrina o sistema.*

— De ineundis moderandisque opificum collegiis christiana ratio, doctrina, disciplina; *vel* de instituendis conformandisque operariorum collegiis christiana ratio, doctrina, disciplina (*sindacalismo cristiano in senso astratto*).

— Opificum collegia mutuis utilitatis vinculis constituta (*sindacalismo operaio in senso concreto*). - Opificum (*vel* operariorum) collegia christianae doctrinae vinculis constituta (*sindacalismo operaio cristiano in senso concreto*); *vel* opificum collegia christianae justitiae principiis conformata (conformanda).

Sindacato: Collegium; sodalicium; consociatio; v. g. opificum sodalicia; opificum collegia; operariorum consociatio, *vel* opificum societas (*associazione operaia*); artificum collegia; corporatorum hominum collegia, *vel* sodalicia; corporatorum opificum collegia, *vel* sodalicia; operarum, *vel* opificum collegia ad utilitates suas fovendas (*sindacati operai*).

— *V. Corporazione.*

Sindaco: Syndicus (*Dig.*), « qui ab aliquo collegio, vel civitate ad causam ipsius agendam ejusque jura tuenda electus est » (*Forcellini*).

— *Sindaco di un Comune, V. Podestà.*

Sinderesi: Animi conscientia; recta animi conscientia. - A recta conscientia aberrare, discedere (*perdere la sinderesi*); insanire.

Sineddoche: Synecdoche, es, f. (Cf. *Quint.* VIII, 6). - συνεκδοχή.

Sineresi: Complexio (*Quint.* = *contrazione di due vocali*). - *Graece:* Synaeresis (*Serv.* - συναίρεσις).

Sinfonia: Concentus musicus (*Morcelli*); *graece:* symphonia (συμφωνία).

— *V. Polifonia, Concerto musicale.*

Sinfonico: Multisonus (*Martial.-Stat.*).

Sinonimo – Sinonimia: I. Cognominatus, a, um (*Cic.* = *sinonimo, di uguale significato*); e. g. cognominata verba (*Cic., Part. Or.* 53 = *i sinonimi*). - Vocabulum idem significans; vocabulum fere idem significans; voces sunt fere idem significantes (*sono quasi sinonimi*).

II. Eadem verbi significatio; fere eadem verbi significatio (*sinonimia*).

— *V. Omonimo-Omonimia.*

Sinossi: *V. Compendio e Sintesi.*

— *Graece:* Synopsis, is, f. (σύν = *insieme* - ὄψις = *sguardo*).

Sinottico: Sub uno oculorum obtutu positus; quasi sub uno oculorum obtutu positus, designatus, descriptus ... - Compendiarius, a, um (*Cic. et a.* = *abbreviato*); breviarius, a, um (*Scaevola, Dig.* XXXIII, 8, 26) = *compendiato, abbreviato*). - *V. Sintesi - Sintetico - Sintetizzare.*

— *Graece:* Synopticus, a, um.

Sinóvia: Articularis humor (*vel* umor); articulorum membranae humor; artuum membranae humor (= *umore, che sgorga dalle membrane delle articolazioni e lubrifica i movimenti articolari*). - Adjectivum « articularis, e » (*attinente alle articolazioni*) usurpatur a Suetonio (*Galb.* 21: « articularis morbus »).

— *Graece:* Synovia, ae, f. (*t. med.*).

Sinovite: Articularis humoris inflatio; synoviae inflatio; synoviae glandularum inflatio, *vel* inflammatio.

— Synovites, is, f. (*t. med.*).

Sintassi: Verborum constructio (*Cic.*); recta (apta) verborum constructio; v. g. « Oratio conformanda non solum electione, sed etiam constructione verborum » (*Cic., Orat.* I, 5); « verborum apta et quasi rotunda constructio » (*Cic., Brut.* 78). - Verborum structura (*Cic., Brut.* 8); apta verborum structura.

— Recta scribendi ratio ac forma; apta orationis constructio, structura, compositio (*sintassi e stilistica*).

— *Graece:* Syntaxis, is, f. - Vox graeca σύνταξις usurpatur a Cicerone (Cf. *Att.* XIII, 16; XV, 14 = *composizione di un'opera letteraria, di un libro* ecc.); sed hac peculiari significatione (= *sintassi*) legitur apud grammaticos, ut verbi gratia apud Priscianum 17 (sub initio) et apud alios.

Sintesi – Sintetico – Sintetizzare: Summa; rerum summa; doctrinae summa; alicujus doctrinae summa (*sintesi di una dottrina*). - Ad summam (*Cic.* = *in sintesi, in una parola*), *vel* in summa, in omni

summa (*Cic.*) - Summa summarum (*Lucr.-Sen.*) = *somma delle somme, sintesi di tùtto.* - Summam facere cogitationum suarum omnium (*Cic.* = *far la sintesi, tirar la conclusione dei propri pensieri*) - Summam conficere ex... (*Cic.* = *far la sintesi, la somma di...*).

— Summatim, capitulatim, breviter, presse dicere, scribere... (*sintetizzare*); summatim perscribere (*Cic.*), summatim exponere (*Suet.*), summatim attingere (*Suet.*), capitulatim dicere (*Nep.*), presse dicere (*Cic.*), pressius describere (*Plin.*). - *V. Riepilogare.*

— Summatim, breviter, capitulatim, presse expositus, dictus, declaratus, descriptus... (*sintetizzato, sintetico*); compendiarius, a, um (*Cic.*); « via compendiaria » (*Cic., De Off.* II, 12 = *scorciatoia; item Plin.* XXXV, 10, 36, n. 22); breviarius, a, um (*Scaevola Dig.* XXXIII, 8, 26) = *sintetico, abbreviato, compendiario.*

— Gummis arte (*vel* artificio) composita (*gomma sintetica o artificiale*); aqua arte, *vel* artificio composita (*acqua sintetica o artificiale*).

— « Modernismus omnium haereseon collectus » (*Acta Ap. Sedis* 1914, p. 577) = *Il modernismo sintesi di tutte le eresie* - Collectus, us, (*raccolta*); v. g. aquae (*Lucr.*), lapidum (*Lucr.*).

— Coacervatio (*Cic.* = *sintesi nel senso di accumulamento*) v. g. argumentorum coacervatio, errorum coacervatio, partium coacervatio (*Cic.-Quintil. et al.*).

— Complexio (*Cic.* = *esposizione riassuntiva*), v. g. brevis totius negotii complexio (*Cic., Invent.* I, 26).

— *Sintesi scientifico-teologica:* « Haec sane admirabilis fidei cum ratione consensio et conspiratio, quamquam operosis multorum studiis ornata est, tamen *in uno veluti constricta aedificio unoque in conspectu exposita,* elucet, vel maxime in opere S. Augustini, quod est « De Civitate Dei » pariterque in Summa utraque S. Thomae Aquinatis » (*Acta Leonis* 1888, p. 227).

— *V. Compendio.*

— Vox graeca « synthesis » hac significatione non est usurpanda (Cf. *Forcellini*).

Sirena: *V. Allarme.*

Siringa - Siringare: Fistula, ae, f. (*canna*); syringias, ae, m. *acc.* syringian (*Plin.* = *canna*); Syrinx, ringis, *acc.* 'ga, f. (*Ovid.* = *ninfa cambiata in canna*); syringa, ae, f. (*Veget.* = *siringa per clisteri e iniezioni*); clyster, eris, m. (*Cels.-Plin.* = *siringa per clisteri*); strigilis, is, f. (*Cels.-Plin.* = *siringa per gli orecchi*); v. g.: « In aurem medicamentum commodissime per strigilem instillatur »

(*Cels.* VI, 7); « Aurium dolori succus strigili calefactus infunditur » (*Plin.* XXV, 13, 103).

— Intercutis injectionis syringa, *vel* syringias (*siringa per iniezioni ipodermiche*); *vel* syringa intercutibus injectionibus faciendis; *vel* syringa, ae, f. (*Veget.*).

— Urinam per syringam depellere (*siringare le vie orinarie*); urinam per syringam (*vel* syringian) reddere (*siringarsi*); clysteriare, *vel* clysterizare (*Veget.-Coel. Aurel.* = *siringare l'intestino*).

Sismico: Ad terrae motus attinens, *vel* pertinens; terrae motus (*c. gen.*).

Sismografo – Sismometro: Terrae motuum index, icis, m. - *Graece:* Seismographium; *vel* seismographeum; *vel* seismographum. - Seismometrum (*σεισμός* = *scuotimento* - *γράφω* = *scrivo* - - *μέτρον* = *misura*).

Sismologia – Sismografia: Terrae motuum studia; de terrae motibus disciplina. - *Graece:* Seismologia; seismographia (*σεισμός* = *scuotimento* - *γράφω* = *scrivo* - *λόγος* = *discorso*).

Sismologico: Ad terrae motuum studia attinens, *vel* pertinens; ad terrae motuum disciplinam pertinens, *vel* attinens. - *Graece:* Seismologicus.

Sismologo: Terrae motuum disciplina doctus; terrae motuum disciplina eruditus; terrae motuum disciplinae doctor eruditissimus; terrae motuum studiosus. - *Graece:* Seismologus.

Sistema – Sistematico: Ratio; ratio et disciplina; via ac ratio; disciplinae ratio; ordo; modus; forma; formula; disciplinae forma ac modus (*sistema, metodo*).

— Plura genera dissidentium philosophorum (*Cic.* = *molti sistemi filosofici*); consilia capessendae rei publicae (*Cic.*), *vel* administrandae, moderandae, regendae rei publicae (*sistemi politici*); certam quamdam disciplinae formam, *vel* formulam componere (*comporre un sistema*); ratio bene instituta, *vel* bene constituta disciplina (*sistema ben fatto e ordinato*); idem sentire de aliqua re (*avere il medesimo sistema*); tota ratio jacet, *vel* tota disciplinae ratio eversa est (*tutto il sistema è rovesciato*).

— Rerum universitas; *vel* siderum universitas eorumque motus ac rationes (*sistema cosmico*); solis ac circumeuntium siderum motus et rationes (*sistema solare*); stellarum errantium motus ac rationes (*sistema planetario*), *vel* planetarum motus ac rationes; undarum series, *vel* ordo (*sistema di onde*); architecturae genus, ordo, ratio (*sistema architettonico*); modus numerandi metiendique decumana (*vel* decimana) ratione innixus (*sistema metrico decimale*), *vel* de-

cumana (decimana) numerandi ratio; juga montium, *vel* continuata (continua, continentia) montium juga (*sistema montano*); nummorum ratio (*sistema monetario*); venarum ordo ac ratio (*sistema venoso*); arteriarum ordo ac ratio (*sistema arterioso*); venarum et arteriarum junctio ac coagmentatio (*sistema venoso e arterioso*); nervorum ordo ac ratio, *vel* nervi, orum (*sistema nervoso*) v. g. nervorum dolores (*Plin.*), nervorum labores (*Vitruv.*) = *malattia del sistema nervoso;* nervorum dissolutio, rigor, distentio (*Cels.*); nervorum contractio (*Senec.*); nervorum resolutio (*Cels.*); tremor nervorum (*Cels.*) = *vari disturbi e malattia del sistema nervoso.*

— Ad artem redactus; in ordinem redactus; ordine rationeque compositus; concinnus; ordinatus; ordinatim concinneque compositus, constitutus, conformatus (*sistematico*); ordine rationeque (*sistematicamente*).

— Vox e graeco fonte derivata « systema, atis, n. » (σύστημα) ab optimis latinitatis scriptoribus non usurpatur.

— *V. Metodo.*

— *Sistema metrico decimale: V. anche Metro, Chilometro, Chilogramma ecc.*

Sistole: Contractio *vel* pulsatio, onis, f.; v. g. cordis contractio (*Cels.* = *sistole, come movimento del cuore, a cui si oppone la diastole* = cordis dilatatio). - *Graece: Systole, es,* f. (συστολή = *sia come movimento del cuore, a cui si oppone la diastole, sia come contrazione o abbreviazione di una sillaba per natura lunga*). - *V. Diastole.*

Sitofobia – Sitomania: I. Cibi aversatio, fastidium, horror. - II. Effrena edacitas; effrenata cibi appetentia.

— *Graece:* Sitophobia - Sitomania (σῖτος = *cibo* - φόβος = *paura* - μανία = *mania*).

Sleeping-car: (*v. Inglese* = *vagone a letto*) Dormitorius hamaxostichi currus; dormitorius ferratae viae currus; dormitorius ferriviae currus. - Adjectivum « dormitorius, a, um » legitur apud Plinium.

— *V. Ferrovia.*

Slitta – Slittare – Slittatore – Slittamento: Traha, *vel* trahea (*Virg. et a.* = *treggia rustica; veicolo senza ruote; slitta*); seu vehiculum, quod rotas non habet, sed trahitur. Antiquitus etiam Scythae hoc vehiculo utebantur supra glaciem (Cf. *Pompon. Sabin. ad Virg. Ge.* I, 164).

— Traha vehi; trahea vehi; trahea duci (*slittare*).

— Traheâ glacie insistente prolabi (*slittare sul ghiaccio*); traheâ per

nives citato cursu decurrere (*slittare velocemente*); per altas nives gelu duratas traheâ prolabi.

— Traharius, ii (*slittatore*); haec tamen vox, quae eum indicat, qui traham ducit, vel trahâ vehitur, cadentis est latinitatis (*Sidon.*).

— Traheae decursus per nives (*slittamento*); trahae decursus per glaciem; trahae delapsus per nives, per glaciem. - *V. Smottamento.*

Slogan (*parola anglo-americana entrata nell'uso giornalistico*): Effatum; sententia; tritum effatum; trita atque usitata sententia; tritum atque usitatum verbum (= *il solito slogan, o luogo comune*). - Cf. « usitatius hoc verbum ac tritius » (*Cic., Acad.* II, 7).

Slogatura: *V. Lussazione.*

Smaltare: Aliquid encausto pingere; picturam alicui rei inurere (*smaltare a fuoco*). - Vox « encaustus, a, um » et « encaustum, i, n. » (*pittura fatta a fuoco*) legitur apud Plinium, Martialem et alios latinitatis scriptores optimos, quamvis sit ex graeco fonte derivata. - Apud serioris autem latinitatis scriptores haec èadem vox significat peculiare genus atramenti igne confecti (Cf. *Imp. Leo Cod.* I, 23, 6 - *S. August., Contra Faust.* III, 18) = *inchiostro, vernice.* Ac fortasse italica vox *inchiostro* hoc ex graeco nomine oritur.

Smaltimento - **Smaltire**: Concoctio, onis, f. (*Cels.-Plin.*) = *smaltimento del cibo, digestione; vel:* digestio, onis, f. (*Quintil.*); v. g. « digestio ciborum facilis » (*Quintil.* XI, 3, 19); cibi concotio; cibi confectio.

— Conficere, *vel* concoquere cibum (*Cic.*); concoquere (*Cic.*) = *smaltire, digerire.*

— Edormire crapulam (*Cic., Phil.* II, 12) = *smaltire dormendo l'ubbriachezza.*

— Divendere merces (*smaltire merci*).

— Injuriam concoquere (*Cic.*) = *smaltire un'ingiuria, dimenticarla.*

— Alicujus rei expletio, absolutio, perfectio (*compimento di una cosa*); operum, rerum, causarum, nogotiorum expletio, absolutio (*smaltimento di lavori, di pratiche*).

Smarrimento: *V. Svenimento, Scoraggiamento, Smarrimento.*

Smarrirsi: *V. Svenirsi, Scoraggiarsi, Smarrirsi.*

Smascherare: Alicujus animum nudare (*Liv.*); consilia adversus Romanos nudare (*Liv.*) - Alicui personam demere, *vel* capiti alicujus (ex capite alicujus) personam detrahere = *togliere la maschera ad uno.*

— Suam alicui reddere, dempta persona, faciem (*Acta Leonis*).

Smeriglio - **Smerigliare**: Smyris, idis, m. (*v. gr. - Isid.* = *smeriglio*). - Smyride polire, *vel* expolire (*smerigliare*).

Smistamento – **Smistare**: Selectio, onis, f. (*scelta, selezione*); delectus, us, *vel* dilectus, us, m. (*scelta, ed anche leva militare*); diribitio, onis, f. (*Cic., Planc.* 14 = *propriamente separazione delle tavolette del voto nell'elezione*); distributio, onis, f. (*Cic.*); divisio, onis, f. (*Cic.*); partitio, onis, f. (*Cic.*) = *distribuzione, divisione, partizione.*

— Epistularum diribitio (*smistamento della posta*).

— Hamaxostichorum distributio (*smistamento dei treni*); *vel* hamaxostichorum ordinatio; distributa hamaxostichorum ordinatio.

— Dispertientes ferratae viae axes; dispertientes ferratae viae ductus (*binarii di smistamento nella ferrovia*).

— Statio hamaxostichorum diribitorium (*stazione di smistamento*). - Diribitorium, ii, n. aedificium erat, in quo rēs variae ordinabantur ac distribuebantur (Cf. *Suet., Cla.* 18) = *Fabbricato nella nona regione di Roma in cui si ordinavano e distribuivano le tavolette dei voti, le paghe dei soldati ecc.; vel* Statio hamaxostichis dispertiendis, distribuendis.

— Distribuere; dividere; digerere; seligere; deligere; diribere (*smistare*).

— Pagellarum fasciculos distribuere, seligere, diribere (*smistare pratiche d'ufficio*). - Pagellarum distributio, selectio, diribitio (*smistamento di pratiche d'ufficio*); *vel* libellorum distributio, selectio, diribitio. - *V. Pratica.*

Smodato – **Smoderato**: *V. Sfrenato.*

Smottamento – **Smottare**: Terrae lapsus, us, m. (*Cic.*); subiti montium lapsus (*Sen.* = *smottamenti o frane improvvise dai monti*); terrae labes (*Liv.*); multis locis labes factae sunt (*Cic.*); labes agri Privernatis (*Cic.*); terrae hiatus, us, m. (*Cic.*).

— Delabi; ruere; corruere; labi; collabi (*franare, smottare*); terra delabitur ac corruit per praerupta (*la terra frana e rovina a precipizio*).

Soccorso: *V. Società di mutuo soccorso.*

Socialismo – **Socialista**: Socialismus, i, m.; socialista, ae, m. (*Acta Leonis*); socialistarum secta, factio, doctrina (*Ibidem*) - Aequandorum bonorum fautor (*socialista*).

— Bonorum aequatio (*Cic., De Off.* II, 21); « aequationem communionemque omnium bonorum » (*Acta Leonis* 1884, p. 58) = *Socialismo, comunismo;* privatorum bonorum publicatio in usum omnium (*socializzazione dei beni privati, presa in senso assoluto e generale*). (*V. Collettivizzare e Socializzazione*); omnia communia reddere, veluti unum omnium patrimonium (*attuare il socialismo*).

- Quae quidem locutiones rectius de communistarum doctrina usurpari possunt; saepenumero tamen etiam de « socialismo » scribendo loquendoque adhiberi queunt.

— « Socialistae quidem, sollicitata egentium in locupletes invidia, evertere privatas bonorum possessiones contendunt oportere, earumque loco communia universis singulorum bona facere... » (*Acta Leonis* 1891, p. 99 « *Rerum Novarum* ») - « Socialismi placitum de possessionibus in commune redigendis » (*Acta Leonis*). « Qui aequationem cogitant communionemque omnium bonorum, deleto ordinum et fortunarum in civitate discrimine » (*Acta Leonis* 1884, p. 58) = *socialisti*. - « Imperium penes plebem in civitate volunt esse, ut, sublatis ordinum gradibus aequatisque civibus, ad bonorum etiam inter eos aequalitatem sit gressus: hinc jus dominii delendum; et quidquid fortunarum est singulis, ipsaque instrumenta vitae, communia habenda » (*Acta Leonis* 1901, p. 6, Enc. « *Graves de communi* »).

Socializzare – Sovietizzare: *V. Socialismo. - Collettivizzare. - Socializzazione.*

Socializzazione dei beni – Socializzare: Aequatio et communio bonorum omnium (*Acta Leonis* 1884, pag. 58 = *socializzazione in senso assoluto e generale*); *vel* privatorum omnium bonorum publicatio in communitatis usum; *vel* privatorum bonorum communio; privatorum bonorum communitas. - *V. Comunismo e Socialismo.*

— *Attuare la socializzazione in senso assoluto*: Evertere privatas possessiones ... et communia universis singulorum bona facere (*Acta Leonis* 1891, p. 99); quidquid fortunarum est singulis, ipsaque instrumenta vitae, communia habere (*Acta Leonis* 1901, p. 6); possessiones in commune redigere (*A. L.*); privata bona in commune redigere; omnia communia reddere veluti unum omnium patrimonium. - *V. Collettivizzare.*

— *In senso limitato e parziale:* Privatae possessiones (alicui) societati demandatae, *vel* attributae; privata bona (alicujus) societatis administrationi demandata, credita, attributa. - Privatas possessiones (alicui) societati demandare, attribuere, credere, concredere - Latifundia alicui societati demandare, attribuere, concredere (*socializzare i latifondi*); latifundia alicui societati administranda tribuere, demandare.

Società contro gl'infortuni: Consociationes ad necessitates ob infortunia levandas (*Acta Leonis* 1901, p. 5, *Enc.* « *Graves de communi* »); *vel* sodalicia infortunatis relevandis, recreandis, reficiendis.

Società di mutuo soccorso: Consociationes ad suppetias mutuo ferendas (*Acta Leonis* 1901, p. 5, *Enc.* « *Graves de communi* »).

Società per azioni o di azionisti: *V. Azione, Azionista.*

Socievole: Congregabilis (*socievole; che ama vivere in società*); v. g. « Apum examina, cum congregabilia naturâ sint, fingunt favos » (*Cic., De Off.* I, 44). Naturâ sunt homines congregabiles (*Acta Leonis*).

— Sociabilis (*socievole, compagnevole*); e. g. « Natura nobis amorem indidit mutuum, et sociabiles fecit » (*Senec., Ep.* 95); « Sociabilem consortionem inter binos Lacedaemoniorum reges salutarem per multa saecula ipsis patriaeque » (*Liv.* XL, 8).

— « Socialis » significat: *a*) *amichevole, socievole, sociale;* v. g. « Homo sociale animal, et in commune genitus, mundum ut unam omnium domum spectat » (*Senec., De Benef.* VII, 1); « Beneficium dare socialis res est » (*Ibidem*, V, 11); *b*) *da alleato, da confederato, coniugale, sociale;* v. g. « Haec lex socialis est, hoc jus nationum exterarum est » (*Cic., Divin. Verr.* 5); sociale foedus (*Liv.*); sociale bellum (*Nep.*) = *guerra coi confederati;* socialis amor, torus (*Ov.*) = *amore coniugale; letto coniugale.*

— Socialiter (*Hor., Art. Poët.* 258) = *socievolmente, da buon camerata.*

— Comis; comis et humanus (*amichevole, cortese*); familiaris; affabilis; officiosus; facilis.

Socievolezza: Socialitas (*Plin., Ep.* IX, 30; *et Paneg.* 49).

— Familiaritas; necessitudo; amicitiae conjunctio; usus et consuetudo; familiaris conjunctio; affabilitas (*Cic.*).

Sociologia – Sociologo: Humanae conformandae communitatis ratio, doctrina; humanae conformandae societatis ratio, doctrina; de humana ordinanda societate (communitate) ratio, doctrina, disciplina; de civium ordinibus in societatem conformandis ratio, doctrina, disciplina (*sociologia*).

— Doctrina de re sociali; doctrina socialis.

— Humanae conformandae communitatis studiosus, *vel* doctor (*sociologo*); humanae communitatis in societatem conformandae studiosus, *vel* doctor; doctrinae socialis doctor.

Sodomia: Praepostera libido (*Vallauri*); sodomitica luxuria; sodomiticum peccatum (*Hieronym.*); sodomita libido (*Prudent.*); sodomia, ae, f. (*Lat. Eccles.*).

Sodomita: Pedico, onis, m. (*Martial.*), *vel* pedicator, oris, m. (*Licin. Calv. apud Suet., Caes.* 49); sodomitica libidine infectus; sodomi-

tica luxuria infectus (*reo di sodomia*). - Sodomita, ae (*Prudent.* = *abitante di Sodoma*).

— *V. Pederastia.*

Sofà: (*v. araba* = *soffha*) *V. Canapè.*

Sofia: Sophia, ae, f. (*Capitale della Bulgaria*).

Sofisma: Praestigia, ae, f. (praestigiae, arum); captio; conclusiuncula; verborum, *vel* sententiarum fallacia; conclusiuncula fallax, contortula (*Cic.*); cavillatio (*Sen.-Quint.*). - Praestigias captionesque refellere, diluere (*confutare sofismi*).

— « Contortulis quibusdam et minutis conclusiunculis » (*Cic., Tusc.* II, 18).

— E graeco fonte: sophisma, atis, n. (*Sen. et a.* - σόφισμα).

Soglio: *Assistente al Soglio: V. Assistente.*

Solennità: Sollemnia, ium, n. pl.; dies festus; festum, i. n. - Non autem: solemnitas; quae vox est serioris latinitatis (*Gell.*).

Solidale: Mutua necessitudine conjunctus (*solidale in senso lato*). - Mutua fide obligatus - Mutua sponsione obligatus (*solidale per la parola data*).

Solidarietà: Mutua necessitudo; mutua animorum conjunctio (*solidarietà in senso lato*), v. g. mutua universorum hominum necessitudo (*solidarietà umana universale*). - Effectrix animorum conjunctio ac necessitudo; actuosa animorum conjunctio; virium animorumque conjunctio (*solidarietà attiva, fattiva*); *vel:* Mutua omnium necessitudo et adjutrix opera.

— Similitudo consiliorum et concors operae collatio. (*Acta Leonis: solidarietà di pensiero e di opere*).

Soliloquio: Sermo intimus (*Cic., Tusc.* II, 22).

— Soliloquium vox est cadentis latinitatis (*S. Augustin.*).

Solista: Monodiarius, ii, m. (*Not. Tir.*); monodiaria, ae, f. (*Inscr.* = *chi canta da solo;* ex graeca voce « monodia, ae, f. » (*monodia, canto a solo* - μόνος - ᾠδή).

Sommario: *V. Compendio.*

Sommergibile – Sottomarino: *V. Battello.*

Sonare a distesa, a rintocchi, a morto ecc.: *V. Campana.*

Sopraintendente generale alle Poste: Publici cursus praepositus, praefectus tabellariorum (Cf. *Annuario Pontificio*); rei tabellariae praepositus, *vel* praefectus. - *V. Sovrintendente - Sovrintendenza.*

Soprannaturale: Supernus; divinus; natura major; humano major; - Quiddam natura majus; quiddam humano majus (*qualche cosa di soprannaturale*) - Quod naturae vires exsuperat atque evincit.

— Ordo rerum, quae supra naturam sunt (*Acta Leonis* 1902, p. 123 = *Ordine soprannaturale*); *vel* rerum ordo, quae naturam exsuperant atque evincunt.

— « Supernaturalis » vox est infimae latinitatis.

Soprannumerario: Supra numerum; adlectus supra numerum - Non autem « supranumerarius ».

Sordina: Suppressa voce (*Cic.* = *in sordina*). - « Qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli dixisset... » (*Cic.*, *Sull.* 10).

— *V. Sottovoce.*

Sordo: *V. Predicare ai sordi.*

Sospiro – **Sospirare**: Suspirium (*Cic.*); suspiratio (*Quint.*); suspiratus, us (*Ov.*); suspiritus, us (*Liv.*). - Suspirium trahere, edere, ducere (*sospirare*). - Hae voces translata etiam significatione usurpantur; v. g. suspiratione sollicitudinem fateri (*Quint.*); sine sollicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspirio (*Cic.*, *Tusc.* IV, 34).

— Suspirare (*respirare profondamente, sospirare, gemere*); v. g. suspirare in aliquo, in aliqua, in aliquam (*Catul.-Ov.* = *sospirare d'amore per* ...); alios amores suspirare (*Tibul.*); suspirantes curae (*Enn.*)

— Desiderium, votum, cupido, cupiditas (*sospiro* = *desiderio*). - Desiderio alicujus rei teneri, affici, flagrare; optare, exoptare, cupere, percupere aliquid (*sospirare* = *desiderare*).

— Gemitus; anhelitus (*gemito, respiro affannoso*).

— Gemere, ingemere, ingemiscere; v. g. malum suum occulte gemere (*Cic.*); tacite gementes tristem fortunae vicem (*Phaedr.*); ingemuerunt quidem principes conditioni suae (*Liv.*); justis suppliciis illacrimavit etiam et ingemuit (*Suet.*); ingemiscere in aliqua re (*Cic.*), ad aliquid (*Suet.*); ingemiscere alicui rei (*Cic.-Plin.*).

Sostanza – **Sostanziale**: Substantia (*Senec.*, *Ep.* 58; *Quint.* VII, 2 et *alibi*). « Aut de substantia quaestio est, aut de qualitate » (*Quint.* III, 6). - Substantia significat etiam *averi, beni* (*Tac. et a.*).

— Natura (*Cic. et a.*); res; corpus; concretio (*Cic.* = *sostanza materiale*).

— *V. Essenza, Essenziale.*

— Opes, divitiae, facultates, bona, fortuna, fortunae, patrimonium, census (*sostanze* = *beni*).

— Ad substantiam pertinens, *vel* attinens; ad rem ipsam, ad naturam ipsam pertinens, *vel* attinens; in ipsa alicujus rei natura positus (*sostanziale*).

— Ad substantiam quod attinet, *vel* pertinet (*sostanzialmente*); *vel*

ad naturam ipsam, ad rem ipsam, ad ipsam rei naturam quod attinet, *vel* pertinet.

— « Substantialis », « substantialiter » voces sunt cadentis latinitatis (*Tertull.*).

Sostituire: Sufficere aliquem in locum alicujus (*Cic.*); subdere aliquem in alicujus locum (*Cic.*); sublegere aliquem in locum demortui (*Liv.*), in ordinem Senatorum (*Val. Max.*); sufficere aliquem alicui (*Liv.*); subrogare aliquem in locum alicujus, subrogare aliquem alicui (*Liv.* = *sostituire uno per elezione*); substituere aliquem in locum alicujus (*Cic.*), substituere aliquem pro aliquo, pro aliqua re (*Cic.*), substituere aliquem alicui (*Suet.*).

— Aliquid reponere in locum alicujus rei (*Cic.*); aliquid reponere in vicem alicujus rei (*Colum.*) = *sostituire una cosa ad un'altra.*

Sostituto: Alter ab aliquo - « Tu eris alter ab illo » (*Virg.*, *Ecl.* V, 49), hoc est similis illi, sed post illum; quod de eo dicitur, qui secundum ab aliquo locum obtinet.

— Proximus ab aliquo (*chi è prossimo nella dignità o nell'ufficio ad un altro, che lo precede*). - Vices alicujus agens (*chi tiene le veci di uno*); *vel* partes alicujus agens; personam alicujus gerens, sustinens (*rappresentante di un altro*); vicarius alicujus (*chi tiene il posto di un altro, o ne fa le veci*).

— Alter a Cardinali publicis Ecclesiae negotiis praeposito (*Acta Ap. Sed.* = *Sostituto della Segreteria di Stato*); vel proximus ab Eminentissimo Viro publicis Ecclesiae negotiis praeposito. - Substitutus Secretariae Status (*Lat. Eccles.*).

— « Substitutus » vox est a verbo « substituere » ducta, ac significat *posto sotto, sottoposto, sostituto, surrogato.* - *V. Sostituire.*

Sottomarino: *V. Battello.*

Sottoscrivere: Subscribere; v. g. nomen litteris, nomen libello (*firmare*) - Subscribere crimini, irae (*favorire*).

— Signare; v. g. libellum (*Cic.*); volumina (*Hor.*), testamentum (*Plin.*). - Obsignare; v. g. tabulas (*Cic.*), testamentum (*Cic.*) = *segnare, sigillare un documento per autenticarlo, convalidarlo, vidimarlo.*

— Subsignare (*sottoscrivere, confermare, approvare*); e. g. « Eumdem mihi cursum, eumdem terminum statuo: idque jam nunc apud te subsigno » (*Plin.*, Ep. III, 1). - Quod quidem verbum significat etiam *scriver sotto, aggiungere scrivendo,* v. g. « Ciceronis sententiam ipsius verbis subsignabimus » (*idem*); itemque significat *dare in nota, registrare qualche cosa,* e. g. subsignari apud

aerarium, apud censorem (*Cic.* = *darsi in nota*); ac denique significat quoque *impegnarsi, rendersi garante di una cosa,* e. g. « Non sine magna fiducia subsigno apud te fidem pro moribus Romani mei (*Plin., Ep.* X, 3).

— Subscripto nomine ratum habere aliquid (*sottoscrivere ratificando*).

Sottotenente: Alter a subcenturione; *vel* proximus a subcenturione (*traduzione latina di un termine moderno necessariamente approssimativa*). - Subcenturio (subscenturio) in Lexico Morcelliano ille appellatur, quem vulgato nomine *tenente* vocamus, quemadmodum « centurio » ille nuncupatur, qui vulgo *capitano* dicitur. Hac igitur accepta loquendi ratione, « alter a subcenturione » *vel* « proximus a subcenturione » *sottotenente* significare potest. - *V. Tenente.*

Sottovoce: Submissa voce (*Cic., Orat.* 17, 56); leniter; submisse (*Cic.*); submissim (*Suet., Aug.* 74); submisse dicere (*Cic.* = *parlare sottovoce*). - *Contra:* contente dicere, loqui, agere; elata voce dicere; elate dicere (*Cic.*).

Sottufficiale: Optio, onis, m. - *V. Maresciallo.*

Sovrannaturale – Sovrumano: *V. Soprannaturale.*

Sovrintendente – Sovrintendenza: Curator, procurator, praefectus (*Morcelli: sovrintendente*).

— Cura, praefectura (*Idem*), procuratio (*sovrintendenza*).

— A supellectile castrensi (*Idem: sovrintendente alla guardaroba militare*); procurator a rationibus (*Idem: s. ai conti*); praefectus annonae (*Idem: s. per l'annona*); diaetarchus (*Idem: s. all'appartamento*); praepositus argenti potorii (*Idem: s. al vasellame da bere*); praepositus auri escarii (*Idem: s. al vasellame d'oro per la mensa*); vestiarius (*Idem: s. alla guardaroba*); praefectus arcis Urbis (*Idem: s. di Castel S. Angelo*); publicorum operum curator (*Idem: s. ai lavori pubblici*). - *V. Sopraintendente generale alle poste.*

Sovversivismo – Sovversivo: (*neologismi giornalistici*). *V. Rivoluzione - Rivoluzionario.*

Spaghetti: Farina subacta ac vermiculata; *vel* pasta vermiculata. - Pasta vermiculata butyro pulveratoque caseo condita (*spaghetti al burro e parmigiano*); pasta vermiculata lycopersici liquamine caseoque condita (*spaghetti al sugo di pomodoro e parmigiano*). - « Pasta, ae, f. » (*Marcell. Empir.*) vox est ex graeco fonte derivata (πάστη).

— *V. Lasagne e Maccheroni.*

Spalline: Militaria umerorum insignia. - Militiae gradum consecutus debitis umeros insignibus exornavit (*ha conseguito le spalline*). - De gradu deici (*perder la spalline*).

Spannocchiare: Paniculas deglubere, *vel* mundare (*spogliare le pannocchie e spighe di granturco e simili*). - Paniculas decerpere (*staccare le pannocchie dal fusto per raccoglierle*).

Sparare: Exenterare; eviscerare (*detto di animali*). - *V. Sventramento.*

— Arma disploduntur (*le armi sparano*); tormenta bellica disploduntur (*i cannoni sparano*). - *V. Esplodere.*

— Igneis glandibus aliquem petere (*sparare contro uno*). - Armis ignivomis aliquem ferire, lacerare, necare (*sparare contro uno, ferirlo, ucciderlo*); ignivomis armis semet ipsum transfigere, transfodere, ferire, necare (*spararsi contro, trafiggersi, uccidersi*).

— Calcitrare (*sparar calci*); *vel* calces remittere (*Nep.*). - Calcibus aliquem caedere; calce aliquem petere (*Cic.*) = *sparar calci contro uno.*

Spasimo – **Spasmodico**: Cruciatus; convulsio. - *Graece:* Spasmus, i, m.; *vel* spasma, atis, n. (*Plin.* - σπάσμα).

— Convulsus, a, um; crucians, excrucians, antis; cruciatus, excruciatus, a, um. - *Graece:* Spasticus, a, um (*Plin.* - σπαστικός).

Spazzacamino: Camini purgator.

Spazzola – **Spazzolare**: Peniculus, i, m. (*Plaut., Men.* 391 = *scopetta, spazzola*). - Mundare peniculo (*Vallauri* = *spazzolare*); peniculo vestem detergere, excutere, mundare (*spazzolare una veste*).

— Peniculus vestibus mundandis, *vel* detergendis (*spazzola da panni*); *vel* peniculus vestiarius (Adjectivum « vestiarius, a, um » seu ad vestes pertinens usurpatur a Catone, *R.R.* XI).

— Peniculus calcearius (*spazzola da scarpe*); *vel* peniculus calceamentis mundandis, detergendis (Adjectivum « calcearius, a, um » seu ad calceamenta pertinens, legitur apud Varronem, *L. L.* VII, 30).

— Peniculus capillis mundandis, *vel* peniculus capillis mundandis ornandisque (*spazzola da capelli*).

Spazzolino da denti: Peniculus dentarius; dentium peniculus; peniculus dentibus detergendis; mundandis dentibus peniculus (Adjectivum « dentarius, a, um » usurpatur ab Apulejo, *Herb.* 4 et 8).

Specchiare – **Specchiarsi**: Se in speculo intueri, *vel* contemplari. - Imagines redduntur in speculis (*Cic.*); consulere speculum suum (*Ovid.*); in speculo rugas aspexit aniles (*Ovid.*); in speculo te videris alterum (*Hor.*).

— Exemplum sibi sumere ex aliquo (*Ter.* = *'specchiarsi in uno*); aliquem, *vel* aliquid in exemplum intueri (*Quint.* X, 2) - « Inspicere, tamquam in speculum, in vitas omnium jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi » (*Ter., Adelph.* III, 4, 51).

— Animus ... inclusus in corpore, eminet foras ... (*Cic.*); toto ex ore crudelitas eminet (*Cic.*); cum pigritia et desperatio in omnium vultu emineret (*Cic.*); animus per oculos (ex oculis) eminet (= *l'animo si rispecchia da... in...*).

— Domus imaginem lacus recipit, *vel* reddit, *vel* refert (= *la casa si specchia nel lago*).

Specola: Specula (*luogo alto, vedetta*); in speculis stare (*Cic.* = *stare in vedetta, in osservazione*); alta specula montis (*Virg.*).

— Turris speculatoria (*Morcelli*); turris astrorum speculatrix (*Idem*); turris ad caelestes orbes e specula contemplandos (*Idem*); turris ad astra speculanda (*A. Angelini S. I., Inscriptiones*, III, p. 405) = *Specola astronomica* - Vaticana turris speculatoria; Vaticana turris sideribus speculandis (*Specola Vaticana*); speculatoria ad Arcem Gandulphi turris (*Specola di Castel Gandolfo*).

Speculativo: *V. Contemplativo, Pratica, Pratico.*

Speculatore – Profittatore – Speculazione: Quaestui immodico serviens; nimium ex annonae caritate quaestum (lucrum) faciens; ex annonae caritate lucrans (*Suet.*) = *speculatore, profittatore.*

— Bonorum sector (*Cic.* = *incettatore dei beni demaniali, affarista*). - *V. Accaparramento, Accaparratore.*

— Immodico quaestui servire (*fare speculazione; essere profittatore*); annonae caritatem quaestui habere; constituere sibi quaestus immodicos ex annonae caritate; tibi hominum innocentium sanguis non modo voluptati, sed etiam quaestui fuit (*Cic.*); plebis inopiam quaestui habere; ex proletariae plebis inopia quaestum facere; ex rei frumentariae ingravescente caritate quaestum facere = *fare speculazione sul rincaro dei prezzi, sulla miseria del popolo, del proletariato ecc.*

Sperimentale: Qui, quae, quod experimentis constat (*Quint.*); qui, quae, quod experiundo (*vel* experimentis) attingitur, dignoscitur, cognoscitur, comprobatur.

— *Scienze sperimentali: V. Scienza.*

— Experiundo, experimentis (*sperimentalmente*); e. g. experiundo novimus; experimentis discitur.

Spermatico: Spermaticus, a, um (*σπερματικός*). « Seminales vias Graeci spermaticos poros appellant » (*Coel. Aurel., Acut.* III, 18,

180). - Ad humanum semen pertinens, *vel* attinens; humani seminis (*c. gen.*).

Spermatorrea: Spermatorrhoea, ae, f. (*v. gr. - term. med. = polluzione involontaria - σπέρμα = seme - ῥόος = deflusso*). - Latine dici potest: Non voluntaria (*vel* invita) seminis ejectio.

Spermatozoi – Spermatozoidi: Vitalia humani seminis elementa; humani seminis elementa; vitalia spermatis elementa (*corpuscoli vitali esistenti nello sperma*).

Sperone – Sprone – Spronare: I. Calcar, aris, n. - Equo calcaria subdere (*Liv.*); equum calcaribus concitare (*Liv.*); alteri calcaria adhibere, alteri frenos (*Cic.*); alter frenis eget, alter calcaribus (*Cic.*); vatibus addere calcar (*Hor.*); calcaria alicui admovere, adhibere (*Cic.*).

— Radius, ii, m. (*Plin. = sprone del piede dei galli e degli uccelli di rapina*) - Rostrum, i, n. (*delle navi*).

— Aculeus, stimulus, incitamentum - Doloris aculeus; amoris stimuli (*Liv.*); animum stimulis gloriae concitare (*Cic.*); alicui stimulos admovere (*Cic.*), *vel* adjicere, adhibere - Aliquem stimulare (*Cic.*); aliquem incitare et stimulare (*Liv.*); aliquem stimulare et accendere (*Plin.*); stimulari atque excitari ad aliquid (*Cic.*); ad arma stimulat imperii cupido (*Liv.*); stimulare aliquem ut.... (*Cic.*); scrupulus dies noctesque aliquem stimulat ac pungit (*Cic.*). *Contra:* Scrupulum ex animo evellere (*Cic.*); scrupulum eximere alicui (*Plin.*) - Id est maximum incitamentum (*è un grande sprone*); incitamentum educandi (*Plin.*); incitamenta gloriae, spei (*Curt.*), incitamenta periculorum (*Cic.*); incitamentum ad honeste moriendum (*Curt.*).

— Citato, *vel* citatissimo equo (*a spron battuto*); *vel* admisso equo (*Cic.*), admissis equis, citatis equis.

II. *V. Contrafforte.*

Spessore: Crassitudo, inis, f.; v. g. crassitudo parietum, columnae, muri etc. (*Caes.-Vitruv. et a.*).

Spettroscopio: Spectroscopium; instrumentum astrorum elementis introspiciendis, scrutandis, indagandis. - « Spectroscopium » vox est hybrida, partim nempe ex graeco, partim ex latino fonte ducta. Qua super re vide quae supra scripsimus: *V. Arciduca, Arciduchessa.*

Spiattellare: *V. Scodellare.*

Spicilegio: Spicilegium, ii, n. (*Varr. = spicilegio in senso letterale, cioè lo spigolare*). - *V. Antologia.*

Spinetta: Organum fidibus et pinnis instructum (*Vallauri*). - Clavicymbalum, i, n. (*Clavicembalo*).
— *V. Pianoforte.*

Spiritismo: Ars manium evocandorum (*Anon., Lex. Ital. Lat.*); manium evocatio.

Spiritista: Manium evocator (*Vallauri*).

Spirito: I. Spiritus, us, m. (*aria; alito; respiro; ed anche spirito, animo, sentimento nobile, ardito, magnanimo; sentimento di superbia e arroganza*); e. gr. caeli spiritus (*Cic.*), Boreae spiritus (*Virg.*); spiritum attrahere ac reddere, *vel* spiritum ducere (*respirare*); extremum spiritum effundere (*Cic. = morire*); spiritum patriae reddere (*Cic.*); « Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus non videretur » (*Caes., B. G.* I, 33).
— *Spirito Cristiano, Romano ecc.:* Christiani spiritus; Romani spiritus (*V. Romanità*). Cf. Spiritus tribunicii (*Cic.*); spiritus patricii (*Liv.*); hostiles spiritus (*Id.*); altiores spiritus sumere (*Tac.*).
— Anima, ae, f. (*esalazione, alito, fiato, spirito vitale, principio fisico e animale della vita, mentre* « animus » *è il principio spirituale; ed anche l'anima separata o che si separa dal corpo*); e. gr. animam ducere (*Cic. = respirare*); animam agere (*Cic. = morire*); animam continere (*Cic. = trattenere il fiato*). - Meae carissimae animae (*Cic. = in senso vezzeggiativo*); egregiae animae (*Virg. = Spiriti egregi*).
— Mens, entis, f. (*spirito pensante*); ingenium, ii, n. (*indole, temperamento dello spirito, ed anche ingegno*). - Hominum mens (*lo spirito umano*); ratio atque inclinatio temporum (*lo spirito dei nostri tempi*), *vel* nostra tempora ac mores.
II. *Spirito arguto, arguzia...:* Mentis acumen; ingenii acumen *vel* acies; facetiae (*facezie, umorismo*); dicacitas (*spirito mordace, satirico ed anche impertinente; discorso piccante*); sales (*arguzie*). - Homo dicax (*uomo di spirito mordace e satirico*); homo omni lepore praestans, *vel* affluens (*uomo di spirito*); homo festivitate eloquii ac facetiis praestans (*come sopra*); vir humanitate, elegantia praestans (*spirito fine, colto*). *V. Freddura.*
— *Presenza di spirito:* Animi praestantia (*eccellenza e presenza di spirito*); animi praesentia (*Cic., Caes. et a. = presenza di spirito, nel senso di prontezza, energia, intrepidezza*); animo praestanti ac praesentissimo (*con presenza di spirito*); animo praestanti praesentique esse, *vel* uti (*aver presenza di spirito*).
III. *Natura, qualità...:* Ratio; sententia; studium; modus; e. gr.

Legis ratio ac sententia (*lo spirito della legge*). - Libertatis studium (*spirito di libertà*); licentiae atque intemperantiae studium (*spirito di licenza, d'insubordinazione*); industriae navitatisque studium (*spirito d'intraprendenza*); concordiae pacisque studium (*spirito di concordia, di pace*); sanctae precationis studium (*spirito di preghiera*); pietatis studium (*spirito di pietà*).

IV. *Spirito di parte...:* Civilia studia (*Sal. Jug.* V, 2); civilium partium studia. - Vetera civilium ordinum studia (*spirito di casta*).

V. *Alcool: V. Alcoolismo ecc.*

Spiritosaggine: *V. Freddura, Freddurista.*

Spiritoso: I. Argutus; acutus; ingeniosus; ingeniosissimus; facetus; salsus (*frizzante*); dicax (*mordace*), e. gr. homo dicax (*uomo spiritoso, mordace*).

II. *Alcoolico: V. Alcool ecc.*

Spirituale: Corporis expers; corpore carens; incorporalis (*Sen.-Quint.*); incorporeus (*Gell.-Macrob.*); ad animum pertinens, *vel* attinens; ab omni concretione mortali segregatus, *vel* mortalis concretionis expers, *vel* mortali concretione (mortalis concretionis) immunis, *vel* materiae concretioni non obnoxius (*secondo i varii significati*).

— Pius; religiosus; religionis pietatisque cultor - Redditur etiam cum c. genet. « animi »; v. g. animi salus (*salute spirituale*); animi voluptas, oblectatio, oblectamentum (*godimento spirituale*); bona animi (*beni spirituali*). *Contra:* bona externa (= *beni materiali*).

— *Esercizi spirituali: V. Esercizi.*

— *Direttore spirituale:* Magister pietatis; magister pietatis sacrorum alumnis excolendis (*direttore spirituale del Seminario*).

— « Spiritalis », *vel* « spiritualis » habetur apud Vitruvium et Vegetium; significat tamen quod ad aëra seu ad flatum, vel spiritum pertinet; v. g. spiritale machinarum genus (*macchina pneumatica*). Apud seriores latinitatis scriptores significat « quod ad spiritum, seu ad animum pertinet » (*Prudent.-Tertull.*).

— Sacra potestas, *vel* sacra jurisdictio (*potere spirituale*); sacrorum potestas; sacrorum jurisdictio.

Spiritualismo: Philosophiae ratio, qua animi vires efferuntur ac praedicantur - Philosophandi ratio qua animi vires summis efferuntur laudibus - « Spiritualismus » quem vocant; « spiritualismus » qui audit. -

Spiritualità: I. Corporis immunitas; omnis concretionis immunitas; mortalis concretionis immunitas - Animus concretionis mortalis

expers atque immunis; animus mortali concretioni non obnoxius; animus materiae concretioni non obnoxius (*spiritualità dell'anima*).

— « Animos hominum ab omni esse materiae concretione segregatos, eosdemque immortales » (*Acta Leonis* 1884, p. 53 = *Spiritualità e immortalità dell'anima*).

— « Animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur » (*Cic., Tusc.* I, 27). « Dubitare non possumus ... quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod cum ita sit, certe nec secerni, nec dividi, nec discerpi, nec distrahi potest; ne interire quidem igitur. Est enim interitus quasi discessio et secretio ac diremptus earum partium, quae ante interitum junctione aliqua tenebantur » (*Cic., Tusc.* I, 29) = *Spiritualità e immortalità dell'anima.*

— « Nec vero Deus ipse, qui intellegitur a nobis, alio modo intellegi potest, nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens, ipsaque praedita motu sempiterno » (*Cic., Tusc.* I, 27) = *Spiritualità di Dio.*

— « Spiritualitas » vox est infimae latinitatis.

II. Pietatis cultus; pietatis sensus; pietatis studium; pietas. - Religionis studium; religionis sensus; religio; relligio. - Divinus afflatus; sensus divini afflatus; divini afflatus studium; divini afflatus ardor (*sentimento, ardore, tendenza per le cose spirituali*).

Spiritualizzare: Ab omni materiae concretione segregare (*Vallauri*).

— Ad mentis animique rationes omnia conformare ac convertere (*spiritualizzare tutto*) - Ad religionis pietatisque rationes conformare ac convertere omnia, v. g. cogitationes, consilia, proposita, vitam ... (*spiritualizzare in senso religioso*).

Splene – Splenite: Lien, enis, *vel* lienis, is, m. (*splene, o milza*). - *Graece:* Splen, enis, m. (*Vitruv.-Plin.* - σπλήν).

— Lienis inflammatio (*splenite*); lienis inflatio; splenis dolor (*Colum.*). - Lienes turgent (*Cato, R.R.* 157); lienis ubi affectus est intumescit (*Cels.* IV, 9). - Lienosus (*Cels.-Plin.*), seu qui liene turgente laborat (*chi è affetto di splenite*).

Spogliatoio: Spoliarium (*Sen., Ep.* 93), seu locus in quo vestes exsuuntur.

— E graeco fonte: apodyterium (*Cic. et a.*), seu cella in balineis, in qua lavaturi vestes deponebant (ἀποδυτήριον).

Spoglio: *V. Scrutinio.*

Spondilite: Vertebrarum inflatio, *vel* inflammatio. - *Graece:* Spondylites, is, f. (*t. med. = malattia della spina dorsale; infiammazione delle vertebre - σφόνδυλος - σπόνδυλος = vertebra*).

Spora: Semen, inis, n.; minutissimum semen. - *Graece:* Spora, ae, f. (*σπορά = seme*).

Sporadico: Disjectus; disjunctus; rarus; singillatim, *vel* singulatim habitus, datus, acceptus; passim habitus, datus, acceptus (*secondo i varii significati*).

— *Graece:* Sporadicus, a, um (*σποραδικός = sparso, disperso*).

Sport: Ludicra, *vel* lusoria exercitatio; ludicra, *vel* lusoria corporis exercitia; ludicrae, *vel* lusoriae corporis exercitationes; ludi corporibus exercitandis; varia ludorum genera corpori exercitando *vel* exercendo (*varii generi di sport*).

— *Sport del corpo e dello spirito:* Corporis animique exercitatio; corporum animorumque exercitationes. - « Exercendum ... corpus et ita afficiendum est, ut oboedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis et in labore tolerando » (*Cic., De Off.* I, 23 = *Si deve curare l'esercizio del corpo in tal modo da renderlo adatto e pronto ad obbedire ai consigli della ragione sia nell'eseguire le sue imprese, sia nel tollerare la fatica e i disagi*).

— *V. Ginnastica.*

Sportivo: Ad ludicra, *vel* lusoria corporis exercitia pertinens, *vel* attinens; ad ludos corporibus exercitandis pertinens.

— Ludorum campus, *vel* palaestra, *vel* stadium; ludicrae *vel* lusoriae exercitationis campus, *vel* palaestra, *vel* stadium; corporis exercitationis campus, *vel* palaestra, *vel* stadium; corporibus exercitandis stadium, *vel* campus, *vel* palaestra (*campo sportivo*); lusoria palaestra (*campo ricreativo, palestra ricreativa*).

— *V. vol. I, pag.* 78 (*Campo sportivo inaugurato dal Cardinale Eugenio Pacelli*).

Sprone: *V. Sperone.*

Sproporzione - Sproporzionato: Inconcinna partium dispositio; haud apta rerum (*vel* partium) compositio; inconveniens partium compositio, *vel* dispositio (*sproporzione*).

— Inconcinnus (*Cic. et a.*); inordinatus (*Cic.*) dissentaneus (*Cic.*); inconveniens (*Caes. et a.*); incongruens (*Plin. et a.*); justo major; major quam par est (*sproporzionato*).

— Incondite (*Cic.*); incomposite (*Liv.*); inordinate (*Cels.*); justo majus; majus quam par est (*sproporzionatamente*).

Spumante: Spumans (*Virg.-Phaedr.*); spumens (*Virg.*); spumosus (*Ov.-Plin.*); spumiger (*Lucr.*); spumifer (*Ov.*).
— Spumantia vina; spumescentia mera (*vini spumanti*).

Sputacchiera: Sputis excipiendis capsula, *vel* capsella. - A nonnullis ponitur: « Capsula sputatilica ». Adjectivum tamen « sputatilicus, a, um », seu « sputis dignus, a, um », vox est, quae a Cicerone (*Brut.* 74) ponitur, utpote a Sisenna « inusitate loquente » usurpata, ac significat *sputacchievole*.

Squadriglia – Flottiglia: Classicula (*Cic., Att.* XVI, 2, 4 = *flottiglia*); turma, v. g. equitum,
— Velivolorum classicula (*squadriglia aerea*); *vel* aëronavium turma. - *V. Aeroplano.*

Squadrone: *V. Compagnia.*

Squartare: Quadrifariam dividere (*Liv.*); quadrifariam dispertire (*Suet.*). - Quadripertitus (*Cic.* = *diviso in quattro parti*).

Sradicare il sentimento religioso: Extrahere religionem ex animis hominum (*Cic., Nat. Deor.* I, 43). - Religionem ex animis radicitus evellere, *vel* extrahere.

Sregolato: *V. Sfrenato.*

Staffa: Stapia; stapes; stapeda. - Quae tamen voces incertae sunt latinitatis.
— *Tenere il piede in due staffe:* Duplici spe uti (*Ter.*); duabus anchoris niti (*Vallauri*); duplici uti (*vel* moveri) agendi ratione.

Staffetta: Explorator (*Caes.-Liv.*); viae explorator (*Suet., Tib.* 60 = *staffetta, cioè uno del seguito dell'Imperatore, il quale andava innanzi per provvedere che la via fosse libera e che nulla impedisse il viaggio dell'Imperatore medesimo*). - Antecessor (*Suet. et a.*); antecursor (*Caes. et a.*). « Antecessores et antecursores » ii dicebantur milites qui exercitum vel legiones antecedebant ut viam explorarent, aperirent, munirent; etiam « exploratores » dicebantur (*corpo scelto di soldati inviati avanti alle legioni o all'esercito in marcia, per esplorare, spiare il nemico, aprire la strada, cercar posizioni favorevoli* ecc.).
— *Automobile staffetta:* Exploratoria autoraeda; exploratorium autovehiculum. - *V. Automobile.*

Stagnare: I. Stagnare (*impaludarsi*); v. g. aquae stagnantes (*Curt.*); Ganges stagnat (*Idem*); orbis stagnat paludibus (*Ov.*); loca stagnata paludibus (*Id.*); Tiberis plana urbis stagnaverat (*Tac.* = *il Tevere ristagnava nella pianura della città*).
II. Alicui rei stannum (*vel* plumbum album) illinere, obducere,

inducere (*coprire di stagno*); stanno obductus, *vel* illitus (*stagnato*).

— Sanguis haeret, *vel* consistit (*il sangue ristagna*).

Stalli canonicali: Canonicorum Ordinis, *vel* canonicorum Collegii subsellia - « Subselliorum ordo » habetur apud Suetonium (*Aug.* 44), cum de Senatoribus loquitur. Hoc item vocabulo utitur Cicero, cum de Curiae sedibus agit, ubi Senatores sedebant (*Catil.* I, 7); judicum subsellia (*Cic.*); accusatorum subsellia (*Cic.*).

— Subselliarium, *vel* subsellarium; quae quidem vox in antiq. inscript. locum in theatro significat, in quo magistratuum subsellia collocabantur. - Canonicorum subsellarium (*gli stalli dei canonici, il coro dei canonici coi relativi stalli*).

— Canonicorum sedes.

Stampa: Ars libraria; ars nova libraria (*Morcelli*); ars guttembergia (*Mauri Riccii Varia Latinitas*, p. 162 - *Vallauri, Lex.*) - *Graece:* ars typographica (*arte della stampa*). - Ex graecis vocibus: τύπος - γράφω).

— Litterarum formae; litterarum notae (*Cic.*); typi, orum (*graece*) = *caratteri tipografici* - Mendum typographicum, *vel* menda typographica (*sbaglio di stampa*).

— *Bozze di stampa: V. Bozze.*

— Nova arte libraria feliciter inventa, *vel* inducta (*dopo l'invenzione della stampa*) - Multiplicantur praelo librorum exemplaria (*divulgarsi della stampa*) - Volitantes paginae (*volantini, stampati volanti*) - « In tanta librorum, ephemeridum ac volitantium paginarum colluvie » (*Acta Leonis*).

— Scripta praelo (prelo) edita; scripta typis edita; scripta arte guttembergia edita; scripta praelo escusa; scripta typis consignata, mandata, exarata, edita (*la stampa = ciò che si stampa*) - Liber scriptoria machina impressus; titulus scriptoria machina impressus (*I. Bennini, Inscriptionum fasciculus*, p. 15).

— *V. Linotipo, Monotipo, Rotativa, Stereotipia.*

— *Stampa buona e cattiva:* « Serpere audacter mendacium videmus per laboriosa volumina et exiles libros, per diariorum volitantes paginas et apparatas theatrorum illecebras » (*Acta Leonis* 1883, p. 262) - « Ex multis tuendae religionis rationibus haec nobis videtur valde probabilis, et omnino accommodata temporibus, scripta scriptis refutare, et insidiosa adversariorum artificia convincere... Intellegant catholici viri quanti referat, ut in hac dimicationis forma non segnior defensio, quam oppugnatio sit » (*A. L.* 1883, p. 278) -

« Qui capitali odio ab Ecclesia dissident, scriptis editis decertare, iisque tamquam aptissimis ad nocendum armis uti consueverunt. Hinc deterrima librorum colluvies, hinc turbulentae et iniquae ephemerides, quarum vesanos impetus nec leges frenant, nec verecundia continet. Quidquid est proximis his annis per seditiones et turbas gestum, jure gestum esse defendunt: dissimulant, aut adulterant verum: Ecclesiam et Pontificem Max. cotidianis maledictis falsisque criminibus hostiliter petunt: nec ullae sunt tam absurdae pestiferaeque opiniones, quas non disseminare passim aggrediantur. Hujus igitur tanti mali, quod serpit cotidie latius, sedulo prohibenda vis est: nimirum oportet severe et graviter adducere multitudinem, ut intento animo sibi caveat, et prudentem in legendo delectum religiosissime servare velit. Praeterea scripta scriptis opponenda, ut ars, quae potest plurimum ad perniciem, eadem ad hominum salutem et beneficium transferatur, atque inde remedia suppetant, unde mala venena quaeruntur » (*A. L.* 1882, p. 21 sq.) - « Volumina atque ephemerides ludificandae virtuti, honestandae turpitudini composita » (*A. L.* 1888, p. 396) - « ... Ex altera parte rapiuntur (homines) inexplebili cupiditate legendi; ex altera ingens prava scriptorum colluvio licenter effunditur: quibus causis vix dici potest, quanta labes honestati morum, quanta religionis incolumitati cotidie ruina impendeat » (A. L. 1886, p. 190) - « Libris, libellis, diariis exitiale virus infundunt: id concionibus, id sermonibus insinuant; omnia jam pervasere, et multas tenent, abstractas ab Ecclesiae tutela, adolescentium scholas... » (*A. L.* 1893, p. 340) - Item Cf. *A. L.* 1899, p. 195.

Stampare: I. Guttembergia arte in vulgus edere (*Vallauri; M. Ricci ed al.*); librum edere, emittere, vulgare, publicare (*Cic.-Quint.-Plin.*); typis edere; typis excudere; typico prelo (praelo) excudere, edere, prodere; librum scriptoria machina imprimere; prelo (praelo) excudere; typis mandare, consignare; typis exarare; in vulgus edere; litterarum formis in vulgus edere; typis, *vel* litterarum formis excribere, describere; librum litterarum formis exscriptum (*vel* consignatum) vulgare; in lucem edere, prodere = *stampare, pubblicare.*

— *V. Stereotipare.*

II. *Stampare, imprimere, inculcare:* Imprimere, v. g. sigillum in cera; signum pecori (*Virg.*); memoriam publicis tabulis (*Cic.*); deorum notionem in omnium animis ipsa natura impressit (*Cic.*) - Insculpere, inscribere aliquid in aliqua re, aliquid alicui - Infigere

aliquid in aliqua re, *vel* alicui; v. g. religio infixa animo (*Liv.*); animus infixus est in patriae caritate (*Cic.*); in ipsa natura infixus (*Cic.*); in hominum sensibus positus atque infixus (*Cic.*) - Inculcare memoriae, animis, oculis; aliquid demittere in pectus, in animum; aliquid alte, altius descendit in animum, in animos; aliquid haeret, inhaerescit, inhaeret menti, pectori, in mente, in mentibus, in visceribus (*È stampato, impresso in...*).

Stampatore-Tipografo: Officinator librarius (*Morcelli-Vallauri*). « Officinator », seu officinae artifex, officinam exercens, habetur apud Vitruvium (VI, 11) - Librorum opifex, *vel* artifex; artifex, *vel* opifex libris prelo excudendis, *vel* typis edendis.

— *V. Linotipo, linotipista - Monotipo, monotipista.*

— E graeco fonte: typographus; typotheta.

Stampella: *V. Gruccia.*

Stamperia-Tipografia: Officina libraria (Taberna libraria = *Libreria*); Officina libris prelo excudendis, *vel* edendis - « Officina libraria » hac significatione (*Tipografia*) ab optimis adhibetur latinitatis cultoribus (Cf. *Lexicon Epigr. Morcellianum; M. Ricci: Varia Latinitas; F. Tongiorgi S. I.: Inscriptiones*, p. 203, *et al.*).

— Scriptoria machina, scriptoria machinamenta (*macchina per stampare, macchinario tipografico*).

— E graeco fonte: Typographeum (*Card. Galli, Inscript.*); Officina typographica.

— *Macchina tipografica rotativa: V. Rotativa.*

Stantuffo: Fundulus ambulatilis (*Vitruv.* = *il fondo di un recipiente o tubo, che si spinge avanti e indietro*). Rem ita appellat apteque describit Vitruvius de machinis hydraulicis scribens in l. X, c. VIII (l. X, c. XIII) = *stantuffo.*

— *Graece:* Embolus, i, m. (*Vitruv.*) - Embolus masculus (*Vitruv.* l. X, c. VII *vel* XII) = *il maschio o pistone dello stantuffo* (ἔμβολος).

Stanza: *V. Aula, Camera, Sala.*

Stanziamento - Stanziare: Pecuniae destinatio; pecuniae erogatio (*Cic.*); destinata pecunia; destinata pecuniae vis; destinata alicui rei pecuniae summa (*stanziamento di denaro*).

— Pecuniam (*vel* pecuniae vim, pecuniae summam) alicui rei (in aliquid) destinare (*stanziare denaro*).

Statalismo - Statalizzazione di tutto - Centralismo di Stato: Omnia in Civitatis potestatem redacta; omnia in rei publicae imperium redacta (*statalizzazione di tutto*). - Omnia in Civitatis pote-

statem redigere; omnia in rei publicae imperium redigere (*statalizzare tutto*).
— Aliquid in Civitatis potestatem redigere; aliquid in rei publicae imperium redigere; aliquid Civitatis potestati tribuere, demandare; aliquid rei publicae imperio tribuere, demandare (*statalizzare qualche cosa*). - *V. Totalitarismo di Stato.*

Statalizzare: *V. Statalismo.*

Statista: Vir rei publicae gerendae scientissimus (*Cic., De Or.* I, 49); vir peritissimus rerum civilium (*Cic., Rep.* I, 21); vir in re publica exercitatus (*Cic., Div.* I, 49); rei civilis (rei publicae) moderandae vir prudens et sciens; vir prudens sciens rei publicae gerendae; vir rerum civilium prudens sciens; vir regendae Civitatis peritus; vir civilibus artibus praestans; civilium rerum peritus (*Tac.*).

Statistica: *V. Censimento, Inventario, Registro.*

Stati Uniti: Foederatae Americae Civitates; *vel* Foederatae septentrionalis Americae Civitates (*Stati Uniti d'America*). - Foederatae Brasiliae Civitates (*Stati Uniti del Brasile*). Foederatae Mexici Civitates (*Stati Uniti del Messico*). - Foederatae Venetiolae Civitates (*Stati Uniti del Venezuela*). - Adjectivum « foederatus, a, um » legitur apud Cic., C. Nep. et a.

Stato: Civitas (*in senso concreto, l'insieme dei cittadini in quanto costituiscono lo Stato*); res publica (*in senso astratto, la forma dello Stato, la cosa pubblica*); imperium (*lo Stato come potere supremo, signoria, dominio, governo*) - Non autem « Status », qua voce significatur: condicio, ratio, modus.
— Europae Civitates (*gli Stati d'Europa*); christiana Civitatum constitutio (*Acta Leonis*) = *la costituzione degli Stati secondo i principii cristiani;* pecunia publica, sumptu publico (*a spese dello Stato*); Civitas florens (*Stato fiorente*); Res nostra (*il nostro Stato*); Res Romana, Romanum Imperium (*l'Impero di Roma*).
— Ad rei publicae gubernacula sedere; rei publicae gubernacula moderari, tenere, tractare; clavum rei publicae tenere, moderari; publicae rei praeesse, rem publicam gerere, regere, tractare, administrare, gubernare (*Cic.* = *reggere, governare la cosa pubblica, lo Stato*); publica negotia (*affari di Stato*); sacra publica (*Religione di Stato*); rei publicae rationes (*ragioni di Stato*); Civitatis rector, moderator, *vel* supremus Civitatis moderator, rector (*Capo dello Stato*).

Statolatria: Divinus veluti cultus rei publicae tributus; divinus quasi cultus civili imperio tributus.

Statuto: Primaria lex; princeps Civitatis lex; primaria Civitatis lex (*lo Statuto*).
— Statuta, orum, n. pl. (*le cose stabilite, gli statuti*); instituta, orum, n. pl. (*istituzioni, statuti*); leges; praecepta; decreta; scita; praescripta.
— Principem Civitatis legem condere, edere; *vel* primariam Civitatis legem condere, edere (*dare lo Statuto*). - Dies primariae Civitatis legi memorandae (*giorno dello Statuto; vel* festum primariae legis Civitatis; *vel* festum primariae legis Reipublicae.

Stazione Ferroviaria: *V. Ferrovia.*

Stazione Radio: *V. Radio.*

Stazione Sacra: Publica supplicatio; supplicia stativa; supplicatio stativa (*Morcelli*) - Supplicia stativa ad Mariae trans Tiberim (*Idem: Stazione a S. Maria in Trastevere*); supplicia stativa ad Mariae in Via Lata (*Idem: Stazione a S. Maria in Via Lata, o al Corso*); supplicatio stativa ad VII altaria (*Idem*).
— *Stazione della Via Crucis: V. Esercizio della Via Crucis.*

Stazza: *V. Portata.*

Stearico: Sebaceus, a, um (*Apul.*); v. g. candelae sebaceae (*candele steariche*).

Steatoma: Steatoma, atis, n. (*Cels.* VII, 6 = *sorta di tumore contenente materia di apparenza sebacea* - *στέαρ* = *sego*).

Stecchino: *V. Stuzzicadenti.*

Stemma: *V. Blasone.*

Stenocardia: Stenocardia, ae, f. (*term. med.* = *restringimento del cuore* - *στενός* = *stretto*).

Stenografare: Brevibus velocissimisque notis verba alicujus excipere; actuaria arte scribere; actuaria ratione scribere; actuario modo scribere; tachygraphica arte (ratione) scribere; tachygraphice scribere - *V. Stenografia.*

Stenografia: Tachygraphia (*v. gr.*); seu ars velocissimis notis excipiendi dicta - Latine res ita significari potest: actuaria scribendi ars; actuaria scribendi ratio - Adjectivum enim « actuarius, a, um » significat *agile, veloce;* unde actuarii dicebantur « qui brevioribus et compendiariis notis usi, citissime verba dictantis aut dicentis excipiebant » (*Forcellini*).

Stenografo: Actuarius (*Sen.*); notarius (*Quint.*) - *Graece:* tachygraphus - Notarii, *vel* actuarii ii dicebantur, qui brevioribus quibusdam notis quod quis dixisset, vel dictavisset, citissime excipiebant et excribebant. Eorum nempe ars ab ea differebat, qua scribae et

librarii utebantur; qui quidem non per notas et signa, sed per litteras et integras voces scribebant. - « L. Titius miles notario testamentum scribendum notis dictavit, et antequam litteris perscriberetur, vita defunctus est » (*Paul., Dig.* 29, 1, 40).

— Vocabula autem « tachygraphia », « tachygraphus » et « tachygraphicus » ex graecis vocibus oriuntur *ταχύς* = *veloce* - *γράφω* = *scrivo.*

Stenosi: Stenosis, is, f. (*term. med.* = *restringimento, senso di restringimento doloroso* - *στενός* = *stretto*).

Stereografia – **Stereometria**: Stereographia, ae, f. (*v. gr.*); seu solidorum descriptio in plano adumbrata; solidorum figura in plano descripta (*stereografia*). - Stereometria, ae, f. (*v. gr.*); seu ars, *vel* ratio metiendi solida (*stereometria*). - Ex graecis vocibus *στερεός* = *solido* - *γράφω* = *scrivo* - *μέτρον* = *misura.*

Stereoscopio: Stereoscopium, ii, n. (*στερεός* = *solido* - *σκοπέω* = *osservo; strumento ottico mediante il quale le immagini piane si vedono in rilievo*).

Stereotipare – **Stereotipia**: Fixis immotisque litterarum formis imprimere, exscribere, excudere, edere (*stereotipare*) - Fixis immotisque litterarum formis impressus, exscriptus, excusus, editus (*stereotipato.* - Adjectivum « fixus, a, um » (*fermo, fisso*) adhibetur a Cicerone; eademque significatione adjectivum « immotus, a, um » usurpatur a Livio, Tacito et a.

— Stereotypia (*v. gr.*); seu ars immotis litterarum formis imprimendi, *vel* scribendi aliquid. - Stereotypicus, a, um (*στερεός* - *τύπος* = *carattere fermo, solido*).

— Suetus atque inanis risus (*sorriso stereotipato*).

Sterzo – **Sterzare**: Volubilis vehiculorum axis; volubilis axis (*lo sterzo dei veicoli*).

— Vehiculum flectere, inflectere, torquere, vertere, convertere (*sterzare un veicolo*).

Stetoscopio: Stethoscopium, ii, n. (*στῆθος* = *petto* - *σκοπεῖν* = *esaminare*) = *Apparecchio medico inventato da Renato Laennec* (1781-1826) *per l'ascoltazione del petto.*

Stile: Dicendi genus; stilus (*Cic. et a.*) - Verborum granditas (*Cic.* = *stile sublime*); *vel* grandiloquum dicendi genus - Elatio atque altitudo orationis (*Cic., Brut.* 17, 66 = *stile elevato*) - Accuratius et exquisitius dicendi genus (*Cic., Brut.* 82, 283 = *stile ricercato*) - Inflatum orationis genus (*Cic., Brut.* 55, 202); opimum quoddam dictionis genus (*Cic., Orat.* 8, 25) = *stile gonfio, enfatico* - Crasso

stilo (*Cic., Fam.* IX, 12 = *stile grossolano*) - Oratio mollis et tenera et ita flexibilis, ut sequatur quocumque torqueas (*Cic., Orat.* 16 = *stile dolce, spigliato, flessibile*) - Oratorium dicendi genus (*Cic., Parad. prooem.* 5 = *stile oratorio*) - Poëticum dicendi genus (*stile poetico*).

Stilobàte: *V. Base.*

Stilografica: *V. Penna.*

Stimmate: Sacra vulnera; sacrae plagae; sacra clavorum vestigia. — Stigmata (*Morcelli*); stigmaticianus (*Idem: appartenente alle stimmate*); sodalis stigmaticianus (*Idem: della Confraternita delle stimmate*); Francisco Patri, quod hoc die quinque stigmata corpori ejus divinitus impressa sunt (*Idem*) - Animadvertendum tamen est stigmata fuisse notas vel signa, servorum frontibus inusta, aliorumque, quos infamia notare placeret; atque etiam fuisse notas tironibus, militiam ingressis, inustas in manu, vel in brachio (Cf. *Veget., Milit.* I, 8).

Stimmatizzare: I. Sacra vulnera alicui inurere; sacris clavorum vestigiis aliquem insignire, ornare, exornare. - Sacris I. Christi vulneribus insignitus, exornatus (*stimmatizzato*); sacris clavorum vestigiis insignitus.

II. Alicui inurere notam turpitudinis, infamiae, ignominiae; aliquem reprobare, improbare (*stimmatizzare uno = riprovarlo*).

Stitichezza: Alvus suppressa (*Cels.* II, 12, n. 2); venter compressus (*Cels.* I, 3); alvus obstructa; alvus adstricta; ventris duritia, ae (*Plin.* XXVIII, 19, 77); alvi duritia (*Suet., Ner.* 34 - *Plin.* XXIII, 4, 47) - Duritiam lenire, diffundere, emollire, concoquere, mitigare, discutere, purgare, sanare (*Plin.*) = *lenire, mitigare, sanare la stitichezza.* - Alvum adstringere (*produrre stitichezza*).

Stitico - Astringente: Alvi duritia laborans; alvo suppressa, *vel* obstructa, *vel* adstricta laborans. - *Graece:* stypticus, a, um (*astringente*); styptica medicamenta (*Plin.* XXIV, 13, 73), quae adstringunt, quae vim adstringendi habent (στυπτικός).

Stoccolma: Holmia, ae, f. (*Capitale della Svezia*).

Stomatite: Oris inflammatio, *vel* inflatio. - *Graece:* Stomatites, is, f. (στόμα = *bocca*).

Stomatologia: Dentaria ars, doctrina, disciplina (*stomatologia, come scienza ed arte dell'apparato dentario*). - *Graece:* Stomatologia, ae, f. στόμα = *bocca* - λόγος = *discorso*).

Storta: Distortio, onis, f.; v. g. membrorum distortio (*Cic.* = *distorsione delle membra*).

— *V. Lambicco.*

Strabismo: Oculorum distortio. - Cf. *Cels.:* oris distortio (IV, 2, n. 2).

— A nonnullis haud satis recte hoc loco ponitur: oculorum pravitas (= *deformità degli occhi*); oculi perversissimi (*Cic.* = *occhi stravolti, loschi*).

— Strabo, onis, m. (*Cic. et a.* = *affetto di strabismo, guercio - v. gr.*).

Strofanto: Strophanthus hispida (*pianta medicinale*). - Medicamentum ex strophantho hispida (*medicina fatta con lo strofanto, ed usata come eccitante dei moti cardiaci*).

Stracchino: Caseus acidulus; caseus molliculus et acidulus (*Plaut.*) = *sorta di formaggio fresco e fermentato.*

Strada: (*Preparare la strada*); Viam facere, pandere, aperire; viam munire, complanare, sternere; v. g. viam aperire potentiae, luxuriae (*Vell.*); viam munire ad consulatum (*Cic.*); alicui viam munire accusandi (*Cic.*); sibi viam ad stuprum munire (*Cic.*); aditum sceleribus sibi aliisque munire ad... (*Cic.*); alicui viam munire ad virtutem; alicui viam sternere ad vitia.

Stranguria: Urinae difficultas; ita enim Celsus: « Urinae difficultas, stranguriam quam appellant » (II, 1) - Urinae tormina, *vel* urinae stillicidia (n. pl.). - *Graece:* stranguria, ae, f. (*Cic. et a.* - στραγγουρία).

Strategia: *V. Tattica.*

Stratosfera: Stratosphaera, ae, f. (*t. scientif.*).

Strattagemma: Callidum consilium; callida ac versuta agendi ratio; versutiae; astus; astutiae; militaris astus (*Tac.*), hostium astus (*Tac.*), oppugnationum astus (*Tac.*) = *strattagemma militare, del nemico, in un assedio;* belli artes; belli artificia; astutia ad hostem circumveniendum.

— *Graece:* Strategema, atis, n. (*Cic. et a.* - στρατήγημα).

Stregua: (*Alla stregua*); more alicujus; ex more alicujus; more institutoque majorum; more hominum; more pecorum; meo, tuo, suo... more; ex more Persarum (*Cic. et a.*).

— Morem alicui gerere (*Cic., Tusc.* I, 9), *vel* morigerari alicui, voluntati alicujus (*Ter.-Cic.*) = *fare a modo di uno, assecondare le voglie, i desideri di uno.*

— Humano modulo metiri divina (*Acta Leonis* = *misurare le cose divine alla stregua umana*), *vel* humanae mentis modulo metiri divina.

Streptomicina: Streptomycina, ae, f. (*t. med.* = *celebre medicamento antinfettivo, valido specialmente contro la tubercolosi*); medica-

mentum, quod streptomycina vocatur; medicamen, quod streptomycina dicitur.

Striare – Striato – Striatura: *V. Scanalare - Scanalato - Scanalatura.*

Striglia – Strigliare: Strigilis, is, f. (*striglia*). - Strigili detergere, defricare, subradere (*strigliare*).

Strillone: Clamator (*Cic. = detto di un cattivo oratore, che grida e non convince*). - Ephemeridum clamator; *vel* actorum diurnorum clamator (*strillone di giornali*); *vel* diurnorum clamator ac venditor (*strillone che vende giornali*).

Strumentale: Cantus, *vel* concentus musicis instrumentis datus (*musica strumentale*). « Dare cantus », « dare cantum » legere poteris apud Virgilium et Ovidium - « Vocum et tibiarum nervorumque cantus » (*Cic.*). Cotidiano cantu vocum, et nervorum, et tibiarum tota vicinitas personat (*Cic., Rosc. Am.* 46) = *Musica vocale e strumentale. V. Vocale.*

Strumento notarile: *V. Rogito.*

Studente: Juvenes litterarum studio dediti; dedita litteris (disciplinis) juventus; alicujus doctrinae studiosus, a, um.

— Studiosa juventus (*Morcelli*); studiosa harmonices cohors (*Idem: studenti di musica*); caelestis patronus studiosae juventutis (*Idem*).

Studio: *V. Ingolfarsi negli studi.*

Stufa: Caminus, i, m.; hypocaustum, i, n.; laconicum, i, n. (*Cic., Att.* IV, 10); caldarium, ii (*Sen.*), *vel* cella caldaria (*stufa, stanza riscaldata, sudatorio*). *V. Termosifone e Franklin.*

Stuzzicadenti: Dentiscalpium, ii, n. (*Martial.* VII, 53). - Ex lentisco (*col legno di quest'albero*) praestantissima fiebant dentiscalpia (Cf. *Idem,* XIV, 22).

Subaffittare – Subaffitto – Subaffittuario: Conductam domum alteri locare; conductum fundum alteri locare (*subaffittare*) - Conducta domus alteri locata (*subaffitto di una casa*) - Conductor alter (*subaffittuario*); *vel* alter conductae domus conductor.

Subiaco: Sublaqueum, i, n. - Sublaqueensis (*Morcelli = di Subiaco*); Sublaqueenses, *vel* Sublaquenses (*Idem = gli abitanti di Subiaco*).

Subodorare: Odoror, aris (*trans.*); v. g. cibum odoror (*Hor.*); quid futurum sit odorari (*Cic.*); pecuniam odorari (*Cic.*); ex aliquo odorari aliquid (*Cic.*) = *subodorare, indagare, bramare.*

— Hoc subolet mihi; *vel* subolet mihi; *vel* subolet (*Plaut. = Ciò mi dà l'indizio, subodoro che...*) - Aliquid sagacissime odorando prospicere, perspicere (*subodorare, prevedere*).

Suburbio: *V. Periferia,* II.

Succursale: Additicius (*Cels.-Dig.*); auxiliarius (*Cic. et a.*); auxiliaris (*Caes. et a.*); v. g. sedes additicia (*sede succursale*), *vel* sedes auxiliaria; taberna additicia, *vel* taberna auxiliaria (*bottega succursale*).

Suddiacono: Hypodiaconus. - Subdiaconus (Ad hybrida ejusmodi vocabula quod attinet, ex latino nempe atque ex graeco fonte ducta, vide quae dicta sunt ad vocem: « Archidux, icis » = *arciduca*).

Suez: *V. Canale.*

Suffragare – **Suffragio**: I. Suffragari alicui (*favorire col suffragio, dare il voto per il conseguimento di una carica, raccomandare, assistere, favorire, giovare*); favere alicui; juvare, adjuvare aliquem.

— Sententiam ferre, dare, dicere (*Cic.-Liv.*); suffragium ferre (*Cic. Nep.*); in suffragium ire (*dare il suffragio o voto*); suffragari alicui ad munus; suffragio suo juvare aliquem in petendis honoribus; suffragari alicui rei; sententiam ferre ad aliquid (*dare il voto per ...*); omnium suffragiis, omnium sententiis (*a pieni voti*); jus suffragii, *vel* suffragium (*Cic. et a.* = *diritto di suffragio*); privare aliquem suffragio, *vel* suffragiis; *vel* aliquem suffragiis excludere; *vel* jure suffragii prohiberi (*Cic. et a.* = *privare uno del diritto di suffragio; esser privato del diritto di suffragio*); alicui suffragium impertire, *vel* dare (*Liv.* = *dare ad uno il diritto di suffragio*).

II. Piaculari igne addictis gaudia Superum implorare (*suffragare i defunti*); piis manibus precando suffragari; sanctis manibus pacem implorare sempiternamque beatitatem.

— Supplicatio in dies octo admissis defunctorum expiandis (*Morcelli: ottavario dei morti*). - Caelestia solacia piis manibus implorare (*Idem: suffragare i defunti*). - Ad altare sacris operantes functis vita sodalibus opem a Deo rite imploremus (*Idem*). - Piis manibus ... quos purgatorius ignis sideribus inserendos emundat, superstites pacem caelestem adprecantes, sacrum anniversarium expiationis caussa facimus, par officium a posteris praestolantes (*Idem*). - Piis manibus defunctorum civium ritu sollemni in triduum perlitatur (*Idem: triduo solenne in suffragio dei concittadini defunti*). - Sanctis manibus defunctorum civium admissa sua purgatorio igne expiantibus Clarenses, pietatis ergo parentantes, triduanis sacris et festa supplicatione pacem aevi beati adprecantur (*Idem*). - Anniversario funeris die pacem ei frequentes, sanctis de altari libatis, adprecentur (*Idem*).

Suggestivo: Alliciens; delectans; vehementer alliciens, *vel* delectans; vehementer alliciens ac delectans.

Suicidio – **Suicida**: Voluntaria mors, *vel* nex; mors, *vel* nex sibi con-

scita (*Cic.* = *suicidio*). - Mortem, *vel* necem sibi consciscere (*Cic.* = *suicidarsi*); interemptor sui (*suicida*). - Non autem « suicidium », quod quidem vocabulum est infimae latinitatis.

— « Vetatque Pythagoras injussu imperatoris, id est Dei, de praesidio et statione vitae decedere » (*Cic., De Sen.* c. XX). - « Vetat enim dominans ille in nobis Deus injussu hinc nos suo demigrare » (*Cic., Tusc.* I, c. XXX).

Sulpiziano: Sodalis Sulpitianus. - Societas presbyterorum a S. Sulpitio (*Congregazione dei Sulpiziani*).

Sultano: Turcarum Caesar; Turcarum Imperator.

Sumatra: Taprobana, ae, f., *vel* Taprobane, es, f. (*Vallauri*); Sumatra, ae, f. (= *grande isola dell'Insulindia*).

Suora: *V. Monaca. - Farsi suora: V. Monacare.*

Supercapitalismo: *V. Capitalismo.*

Superiora: (*di ordine religioso*). Antistita (*Morcelli: Abbadessa, superiora di monache*); moderatrix; summa moderatrix (*superiora generale*).

— Mater maxima virginum, *vel* sororum augustinianarum (*Idem*). - Virgo augustiniana maxima (*Idem: superiora delle Agostiniane*). - *V. Abbadessa.*

Superiore: (*di ordine religioso*). Antistes, magister, praepositus (*Morcelli*); moderator.

— Summus magister, praepositus, moderator (*superiore generale*).

Superuomo: (*Neologismo tolto dalla filosofia di Federico Nietzsche*) Aliquis humano major. - Salaco, onis (*Cic.* = *millantatore*); homo gloriosus, sui ipsius jactator, *vel* laudator.

Supplementare: Additicius, a, um (*Cels.*); in additamentum; in supplementum.

Supplente: In locum alicujus suffectus; vicarius; alicujus vices agens, gerens, sustinens; alicujus vice fungens; alicujus partes agens. - Aliquem in locum alicujus sufficere (*nominare un supplente*).

Suppurativo – Suppurazione – Suppurato – Suppurare: Suppuratorius, a, um (*Plin.* = *Suppurativo*); suppuratio, onis, f. (*Senec. et a.*); suppuratus, a, um (*Senec., Ep.* 80, 6); suppurare (*Cato-Plin.-Senec.*); suppurata tristitia (*Senec., ibidem* = *tristezza, che ristagna e quasi entra in suppurazione*); suppuratoria medicamenta (*Plin.* XXVIII, 4, 13 = *che portano alla suppurazione*).

Surrogato: In locum alicujus (rei) suffectus, subrogatus, substitutus, a, um (*sostituito a un altro o a un'altra cosa*). - Adsimulatus, *vel* adsimilatus, a, um; v. g. corium, aurum, argentum adsimulatum,

vel simulatum (*surrogato del cuoio, dell'oro, dell'argento, cioè cuoio, oro, argento fittizio*). - Ficticius, a, um (*Plin.*); v. g. ficticiae gemmae (*Plin.*); ficticium vinum (*Plin. = non d'uva*); ficticium oleum (*Plin. = non d'oliva*). - Ab aliis legitur: facticius, a, um.

Sussiego: Gravitas; gravitas comitate condita (*Cic. = sussiego unito alla gentilezza*); gravitatis severitatisque personam sustinere (*Cic. = darsi un atteggiamento di severo sussiego*); gravitas et auctoritas (*Cic. = sussiego autoritario*).

— Supercilium (*sussiego, cipiglio, boria*); v. g. supercilii severi matrona (*Ovid.*).

Sussultorio: Sursum deorsum actus, a, um; sursum deorsum motus, a, um.

— *Terremoto sussultorio: V. Terremoto.*

Sussumere: Reponere (*Cic.*); reponere aliquid alicui (*Cic. = sussumere contro gli argomenti di uno, rimbeccare*). - Obloqui alicui (*Cic. = parlar contro, contraddire*); contra dicere (*Cic et a.*); reclamare, reclamitare (*opporsi ad alta voce*); v. g. reclamare alicui, alicujus promissis, orationi (*Cic.*).

Sveglia: I. Excitare, suscitare aliquem a somno (*Cic.*); expergefacere aliquem; *vel* a somno aliquem expergefacere (*Suet.*); suscitare aliquem a quiete (*Cat.*) = *svegliare, dar la sveglia.* - Excitatio (*Arnob.* VII, 237); expergefactio a somno (*S. Aug. De vera Relig.* 50) voces sunt serioris latinitatis.

II. Tintinnabulum horis statutis a somno suscitans, excitans (*Vallauri: la sveglia dell'orologio*). - Horologium statis horis a somno excitans (*orologio-sveglia*); *vel* expergefaciens horologium; *vel* expergificum horologium. - Adjectivum « expergificus, a, um » serioris est latinitatis (*Apul., Florid.* n. 13). - Expergifico horologio usus, primo mane e lectulo surgo (*Con l'uso della sveglia mi alzo di buon mattino*).

Svenimento – Scoraggiamento – Smarrimento: I. Animae defectio (*Cels.* VII, 33 = *il venir meno, svenimento, collasso*). - « Mihi aquam aspersisti: jam rediit animus » (*Plaut.*). « Linquentem animam revocasti » (*Curt.*) = *Mi hai fatto riavere dallo svenimento.*

— Nonnulli (*Vallauri*) hac significatione ponunt: deliquium, ii, n. (*svenimento*). Attamen haec vox significat *mancanza, deficenza;* v. g. « deliquium parentum et libertatis » (*Plaut.*); « solis deliquium » (*Plin. = ecclisse di sole*).

II. Animi defectio (*Cic. = scoraggiamento, collasso morale, sbigottimento*); animi demissio (*Cic. = abbattimento, scoraggiamento,*

avvilimento); animi abjectio; debilitatio atque abjectio animi tui; (*Cic., Pis.* 88 = *scoraggiamento e avvilimento dell'animo tuo*); exanimatio (*Cic., De Off.* I, c. 36); animi contractio (*Cic., Tusc.* IV, c. 6); exanimatio humilis atque fracta (*Cic., ibidem*) = *scoramento, abbattimento dell'animo;* animi infractio, animus demissus, abjectus, fractus, iacens, exanimatus.

— Non autem, ut nonnulli ponunt « animi remissio » (*Cic.* = *animo calmo, tranquillo, riposato; svago dell'animo*).

III. Animi turbatio, perturbatio, conturbatio (*Cic.* = *smarrimento, turbamento dell'animo*); animi trepidatio, tremor, confusio (*smarrimento, sbigottimento*).

— Amissio, onis, f. (*smarrimento, perdita*).

Svenirsi – Scoraggiarsi – Smarrirsi: I. Linqui; animo linqui (*svenirsi, andare in deliquio*); v. g. « linquor et ancillis excipienda cado » (*Ovid., Heroid.* II, 130); « me liquit animus » (*Senec., Troad.* 623); « linqui animo ... solebat » (*Suet., Caes.* 45); quasi exanimes linquebantur (*Tac.*); anima deficit per aestum (*Cels.* II, 17 = *manca il respiro, si sviene per il caldo*).

II. Animo deficere (*Cic.* = *perdersi d'animo, scoraggirsi*); deficit animus (*Cic.* = *manca il coraggio, l'animo*); animo concidere (*Cic.* = *perdere ogni coraggio*); despondere animum (*Liv.* = *perdere del tutto il coraggio, disperarsi*); animo cadere (*Cic.*); animo succumbere (*Cic.*); animum frangere; animos submittere (*Liv.* = *avvilirsi*); animum demittere (*Cic.*); animo se demittere (*Caës.*); animum abicere (*Cic. et a.* = *perdersi di animo, avvilirsi*); animum labefectare (*Lucr.*). - Non est concidendum animo; non est succumbendum animo (*non ci si deve perdere di coraggio*). - Ne concidatis animo (*Non vi perdete di coraggio!*).

III. Ex via excedere (*Cic.* = *smarrirsi, cioè smarrir la strada*); declinare de via (*Caes.*); tota via errare (*Ter.* = *smarrirsi del tutto*); aberrare ab ... ex ... (*Cic. et a.*); e recto itinere, *vel* ex recta via aberrare; deerrare (*fuorviarsi*); deerrare ab aliqua re, *vel* aliqua re; itinere deerare; via decipi (*Liv.*); errore viae falli; ex itinere deflectere (*Plin.*).

— Animo deficere, concidere, cadere ... (*smarrirsi in senso metaforico*); *vel* perturbari, conturbari, vehementer perturbari ac deici (*farsi vincere dal turbamento, dallo smarrimento*).

Sventramento: Eviscerandi actus, *vel* actio; exenterandi actus, *vel* actio (*il togliere i visceri, lo sventrare uno, o una cosa*). - Eviscerare (*Virg*); exenterare, *vel* exinterare (*Plaut.*) = *sventrare, svuotare in*

senso proprio e figurato. - « Exenteratio » et « evisceratio » voces sunt infimae latinitatis.

— Interioris partis urbis demolitio salubritatis causa (*sventramento di una città per risanarla*). - Eversis ac complanatis angustis domibus, latiores viae patent (*sventramento nelle città per allargare le vie*).

Svezia: Suecia, ae, f.; *vel* Suetia, ae, f. - Sueti, orum (*Svedesi*).

Svizzero: *Guardia Svizzera e Comandante della medesima: V. Guardia.*

Sydney: Sydneyum, i, n. (*Lat. di Curia*).

T

Tabacchiera: Tabaci pyxidicula (*Vallauri*). - Cistella, *vel* theca, *vel* pyxidicula, *vel* capsella nicotiano pulveri asservando. - Aurea tabaci theca, *vel* pyxidicula, *vel* cistella (*tabacchiera d'oro*). - « Theca » vox est a graeco fonte ducta; usurpatur tamen a Cicerone (theca nummaria), a Suetonio (theca calamaria) et ab aliis. « Cistella » fere idem significat. « Pyxidicula » vero, seu parva pyxis, item e graeco fonte ducta vox est, fere idem significat et usurpatur a Celso (VI, 6, n. 5).

— *V. vol. I, pag.* 120, 250.

Tabacco – Tabaccare – Tabaccaio ecc. Tabacum, i, n. (*Linneo-Vallauri et a.*); nicotiana herba (*pianta del tabacco*); pulvis nicotianus (*tabacco in polvere*), *vel* tabacum pulveratum, *vel* tabacum pulvereum - Adjectivum « pulvereus, a, um » usurpatur a Virgilio (pulverea nubes), et ab Ovidio (pulverea farina). Verbum « pulvero, as ... » usurpatur a Plinio ac significat « in pulverem redigere »; tabacum igitur pulveratum idem est ac tabacum in pulveverem redactum.

— In Lexico Forcelliniano (*App.*) legitur: « Tabacum, herba sic dicta a Tabaco insula in mari Boreali Americae meridionalis, ubi copiose provenit. Dicitur etiam nicotiana a quodam Nicotio, qui eam ab America acceptam, ex Lusitania in Galliam transmisit ». (*Questo* « quidam Nicotius » *fu il signor Nicot,* 1530-1600, *ambasciatore di Francia presso la Corte di Portogallo, il quale introdusse in Europa l'uso del tabacco — così detto dall'isola delle piccole Antille, chiamata Tabago, o Tobago —; dal nome di Nicot vennero i due vocaboli « erba nicoziana » e « nicotina »*).

— Nicotiana folia (*foglie di tabacco da fumo*); tabacum tortile (*Val-*

lauri = *tabacco ritorto, o in corda*); tabaci taberna (*spaccio di tabacco*); salis ac tabaci taberna (*spaccio di sale e tabacchi*); tabaci venditor (*tabaccaio*).

— Tabacum in pulverem contusum naribus trahere (*Vallauri: tabaccare*); *vel* pulverato tabaco uti; *vel* nicotianum pulverem naribus trahere; *vel* pulveratum tabacum naribus trahere, haurire; *vel* nicotianum pulverem (tabacum pulveratum) odorari, olfacere - Nicotiano pulvere nares opplere (*infarcirsi il naso di tabacco*); tabaco oblitus, foedatus, sordidus, *vel* nicotiano pulvere oblitus, foedatus, sordidus (*tabaccoso*); nicotiani pulveris mica, *vel* paululum (*una presina di tabacco*); qui pulverato tabaco immodice utitur (*tabaccone*) - Tabacum mandere (*ciccare o masticare tabacco*).

— *V. vol. I, pag.* 120, 250.

— *Fumare tabacco: V. Fumare, Pipa, Sigaro, Sigaretta.*

Tabernacolo: Aedicula; sacrarium - Aedicula Sacramenti Augusti; Sacramenti Augusti sacrarium (*tabernacolo del Santissimo*).

— Tabernaculum (*Cic. et a.*) significat *capanna, tenda, padiglione;* v. g. tabernaculum militare (*Cic.*), regium (*Liv.*); in una philosophia quasi tabernaculum vitae suae collocare (*Cic., De Or.* III, 77).

Tacchino: Pullus indicus (*P. L. Rocci: Nuove favole latine,* p. 39 « *perchè fu importato in Europa nel secolo XVI dalle Indie orientali. In modo simile si chiama anche nel greco moderno* »).

— Gallina indica (*tacchina*) - Gallus indicus (*tacchino*).

Taccuino: *V. Agenda.*

Tachicardia: Nimia cordis palpitatio; cor micans (*Tibul.*).

— *Graece:* Tachycardia, ae, f. (*ταχύς* = *veloce* - *καρδία* = *cuore*).

Tachigrafia: *V. Stenografia.*

Tacitare: (*una pendenza*) Reliquam pecuniam debitam solvere, *vel* exsolvere; omnem pecuniam debitam solvere; controversiam pecuniâ componere.

Taglia: *V. Rappresaglia.*

Tagliaborse: Sector zonarius (*Plaut., Trin.* IV, 2, 20).

Tagliacarte: Ligula - Hac voce significatur parva lingua; atque etiam gladiolum oblongum, vel qualecumque instrumentum oblongum, quod figuram linguae habeat. Jure igitur meritoque parvum illud instrumentum significari potest, quod nos *tagliacarte* vocamus
A nonnullis haec vox scribitur « lingula ». Attamen Martialis animadvertit: « Quamvis me ligulam dicant equitesque patresque, dicor ab indoctis lingula grammaticis » (XIV, 120).

33

Tagliando: *V. Cupone e Cedola.*

Tagliar corto nel parlare: **Brevi** praecidam (*Cic., De Senec.* 16 = *Taglierò corto*) - Ne te morer (*Hor.*); ne te longis ambagibus morer (*Hor.*); ne multis morer (*Cic.*); quid multis morer? (*Ter.*); nihil moror (*Ter.*); nolo multis vos tenere; volo paucis vos tenere; ne multa; quid multa?; quid plura?; ut paucis dicam.

Tagliatelle: *V. Lasagne.*

Talismano: Amuletum, i, n. (*Plin.*).

Tallinn: Tallinum, i, n. (*cap. dell'Estonia. - Lat. di Curia*).

Tara: Deductio, onis, f. (*defalco, diminuzione ecc. ...*); v. g. deductio ponderis alicujus rei; sine deductione (*Senec. = senza diminuzione, defalco, o tara*). - Saccorum pondus detrahere, *vel* deducere; vehiculi pondus detrahere, deducere (*fare la tara del peso dei sacchi, del veicolo*). - Centesimas quinas partes detrahere, *vel* deducere ex aliqua re; centesimas denas partes deducere *vel* detrahere ex aliqua re (*fare la tara del 5 o del 10 per cento*). -Ne omnia ei credas, quae dixerit, (*bisogna fargli la tara su quanto dice*).

— Intertrimentum, i, n. (*tara dei metalli nella fusione ecc.*).

Tariffa: Taxatio, onis, f. (*Cic. et a. = determinazione del prezzo di una cosa, come* taxare aliquid = *determinare il prezzo o il valore di una cosa,* v. g. aliquid denariis septem taxare - *Plin.*). - Pretium, ii, n.; v. g. pretium alicui rei (alicujus rei) statuere, constituere; alicujus rei pretium augere, minuere, imminuere, submittere (*stabilire, accrescere, diminuire le tariffe dei prezzi*).

— Pretiorum index, *vel* taxationum index (*tabella delle tariffe*). - Publici cursus taxationes, *vel* rei tabellariae taxationes (*tariffe postali*). - Vectigalium taxationes (*tariffe dei dazii; delle imposte indirette*); portorii taxationes (*tariffe doganali*); tributorum taxationes (*tariffe delle imposte dirette*).

Tassa: *V. Dazio, Dogana, Gabella, Imposta.*

— Capitatio, *vel* tributum capitis (*Ulp., Dig.* L, 15, 3), *vel* exactio capitum (*Cic., Fam.* III, 8) = *tassa sulle singole persone od anche sulle singole famiglie.* - Tributum viritim impositum (*tassa sulle singole persone*). - Tributum ex majore censu majus (*tassa progressiva sul censo*). - Tributum ob caelibatum impositum (*tassa sul celibato*). - Tributum additicium (*tassa addizionale*). - Taxatio, onis, f. (*Cic.-Senec. et a. = tassazione, stima, apprezzamento, tassa*).

— « Taxa, ae, f. », hac significatione, vox est infimae latinitatis.

Tassametro: Itineris metiendi index; facti itineris index - *Graece:* Taxametrum, i, n. (*τάσσω = determino - μέτρον = misura*).

Tasso: *V. Capitale, Interessé.*

Tastiera – Tasto: Regularum series (*Vallauri*); malleolorum series; *vel* malleoli (*Luciano*) = *tastiera;* malleolus (*Idem:* = *tasto, fatto a martelletto, come negli strumenti musicali, nelle macchine dattilografiche* ecc.). - Ulcus tangere (*Ter.* = *toccare un tasto delicato o doloroso*). - Aliquid leviter attingere, *vel* non attingere (*toccare, o non toccare un tasto...*). - Palpando incedere (*camminare a tasto*). - Tactus, us, m. (*il toccare, toccamento, tatto*).

Tattica – Strategia: Ars bellica; belli artes; ratio ac disciplina belli; rei militaris scientia, ars, disciplina - Strategi, *vel* summi strategi ars, ratio, disciplina - Strategus (dux exercitus) vox est e graeco fonte derivata, quae a Plauto (*Curc.* II, 3, 6) usurpatur.
— *Graece:* Strategia, ae, f. - Quae tamen vox a Plinio (VI, 9, 10; IV, 11, 18) usurpatur pro praefectura, seu loco, ubi praefectus jurisdictionem habet (Cf. *Forcellini*). - Strategicus, a, um (*Frontin.*) seu ad strategum pertinens (*στρατηγία - στρατηγός - στρατηγικός*).

Tatuaggio – Tatuare: Threiciae notae, threiciae punctiones, *vel* compunctiones (Cf. *Cic., Offic.* II, 7 = *tatuaggio, così detto perchè i Traci* — Threicii, *vel* Thraces — *erano soliti tatuarsi*). - Notas cuti, *vel* pelli inurere (*tatuare*); Threiciis notis se, aliquem, cutem, pellem... compungere (*tatuare, tatuarsi*). - Threiciis notis compunctus, signatus, inustus (*tatuato*). - « Barbarum et eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire » (*Cic., Offic.* II, 7).

Taumaturgo: Thaumaturgos (*Morcelli*); miraculorum auctor; miraculorum effector (effectrix); miracula edens.

Tautologia: Tautologia, ae, f. (*ταὐτό = lo stesso - λόγος = discorso*).

Te: *V. The.*

Teatro Musicale: Odeum (*Morcelli*) - Odeum erat theatrum Athenis exstructum, in quo musica certamina habebantur. - Musicum theatrum.

Tecnico – Tecnica – Tecnologia: Technicus, a, um. - Haec vox, e graeco fonte ducta, usurpatur a Quintiliano (II, 13). Latine dicitur: ad artis rationem factus; ad artem pertinens; ad artes pertinens, *vel* attinens; ad artis rationes pertinens, *vel* attinens (*di cosa tecnica, fatta secondo arte*); artis peritus, peritissimus, *vel* arte peritus, peritissimus (*un tecnico*). Vel redditur per c. genet. « artis »; v. g. artis vocabulum (*vocabolo tecnico*).

— Ars; ratio; artis ratio; artis peritia; technica ratio; technica disciplina; alicujus artis disciplina, ratio (*la tecnica*) - Artium ratio ac doctrina (*tecnologia*). - Vox graeca *τεχνικός* significat quod est ex artis ratione factum.

Tegucigalpa: Tegucigalpa, ae, f. (*la capitale dell'Honduras - Lat. di Curia*).

Teheran: Teherania, ae, f.; *vel* Teheranium, ii, n. (*Lat. di Curia. - Capitale dell'Iran o Persia*).

Teleferica: Funalis transmissio aëria (*Luciano*); *vel* funalis transvectio aëria; *vel brevius*: Funalis transvectio, trajectio, transmissio. - Adjectivum « funalis, e », usurpatur a Cicerone, Valerio Maximo, Statio et Suetonio; a Statio autem et a Suetonio « funales equi » vocantur, qui fune lorove alligati currum trahunt.

— Aërius rudens, *vel* telefericus rudens (*linea teleferica*) - Per aërium rudentem transmissio, *vel* transvectio, *vel* trajectio (*trasporto teleferico*) - Per aërium rudentem aliquid transmittere, transvehere, traicere ad..., *vel* in... (*trasportare qualche cosa con la teleferica*) - Cistella aërio rudenti suspensa transvehi (*viaggiare in teleferica*) - Aëriò rudenti suspensus (*vel* ex aërio rudente suspensus) agros, flumina, colles, oppida velocissime transvolavi, *vel* transvolitavi (*Sulla teleferica ho sorvolato campi, fiumi, colli, castelli...*).

— *V. Funicolare.*

Telefono – Telefonare: Telephonium, ii, n. (*τέλος* = *lontananaza* - *φωνή* = *suono*). - Per telephonium loqui; per telephonium colloqui (*telefonare*) - E longinquo per instrumentum electride actum colloqui - Non autem « teleloqui », ut nonnulli scribunt (*Ch. Dumaine, Conversations Latines, suivies d'un vocabulaire etc.* p. 358). Haec enim hybrida vox, ut grammatici aiunt, partim nempe ex graeco, partim ex latino fonte derivata, non videtur probanda.

— Ab aliis ponitur: translocutorium (*telefono*), officina translocutoria, res translocutoria, transloquium, transloqui (« *Alma Roma* » *Comment.* 1942, p. 99); attamen ejusmodi voces neque habentur apud latinitatis scriptores, neque rem significant (= *Parlare attraverso*).

— Per telephonium colloqui cum aliquo, *vel* aliquem alloqui per telephonium; telephonio uti ad aliquid nuntiandum (*telefonare*); per telephonium colloquium, *vel* telephonicum colloquium (*telefonata*); aliquem per telephonium vocare; ab aliquo per telephonium vocari; telephonii instrumentum, *vel* telephonicum instrumentum (*apparecchio telefonico*) - Telephonii sedes (*ufficio telefonico*) -

Telephonio praepositus (*ufficiale telefonico*) - Telephonii administer (*telefonista*) - Telephonium filis expers (*telefono senza fili*).

— Ab aliis scribitur: Telephonon, i, n. (*P. L. Rocci: Nuove favole latine*, p. 44); telephonum, i, n.; telephonus, i, m.

— « ... Per fila citum currit ahenea
Signum; percipimus verba loquentium;
Quidquid fundimus ore,
Longinquis damus auribus ».

(*Ex carmine Francisci Sofia-Alessio, quod inscribitur* « *Vis Electrica* »).

— *V. vol. I, pag.* 151.

Telegrafo – Telegrafare: Telegraphium, ii, n. (τέλος = *lontananza* - γράφω = *scrivo*). - A nonnullis minus, ni fallor, recte scribitur: Telegraphos, i, m. (*P. L. Rocci: Nuove favole latine*, p. 37, 82); telegraphus, i, m.; telegraphum, i, n. (*Vallauri-Bazzarini*). Vox enim « graphium », seu stilus, usurpatur ab Ovidio, Seneca et aliis, ac ferreum apicem significat ad scribendum aptum. Quod quidem ad praesentem rem pertinet. - In lexico Vallauriano res ita describitur: « Novum inventum, quo res per electricum ignem de longinquo significamus ».

— Verba ad absentes electro transcribere (*M. Ricci, Varia Latinitas*, p. 200); electrica vi (electride) transcribere; per telegraphium scribere, *vel* nuntiare aliquid alicui (*telegrafare*); seu per instrumentum electride actum ex longinquo aliquid alicui scribere - Non autem, ut a nonnullis hoc loco ponitur, « telescribere » (*Ch. Dumaine, Conversations Latines*, p. 357) - *V. Telefonare.*

— Telegramma, atis, n. (*telegramma*); seu nuntius per telegraphium missus, *vel* nuntius telegraphicus; nuntium telegraphicum; nuntius electrica vi missus, transmissus.

— Telegraphii sedes (*Ufficio telegrafico*) - Telegraphii ac telephonii sedes (*Ufficio telegrafico e telefonico*) - Telegraphio praepositus (*ufficiale telegrafico*) - Telegraphii administer (*telegrafista*) - Telegraphium filis expers (*telegrafo senza fili*).

— *V. vol. I, pag.* 151.

— Hisce versibus res nitide eleganterque describitur:

« Pensilibus filis, quae mira cum arte revincit
Fictilis ad truncos positos recto ordine nodus,
Utimur, et longe digitis transmittere doctis
Verba, damus vocem signis loquimurque vicissim.
Praeceps impatiensque morae, velocior Euro,

Si patet egressus, cursum tum fulminis aequat,
Atque metallorum venis fluit abditus imis
Aetherius vigor, et spiris atque orbibus actis
Excit, et Amperi secreto foedere adurget
In latebris vires alacres magnetis anheli.
Paulatim chartam rota currens deinde revolvit,
Et vi fulminea peregrinos imprimit ictus,
Et commissa refert arguta cuspide signa.
Adloquimur nunc absentes, et missile verbum
Exsuperat montes et recto tramite valles ... ».

(« *Inventa et mores* », *carmen Antonii Giovannini, praemio aureo donatum in certamine Hoeufftiano,* p. 8-9).

Telemetro: Instrumentum intervallis metiendis (*Luciano*). - Longinquitatis index, icis, m; longinquitati metiendae instrumentum (*strumento per misurare la distanza fra due punti lontani*).

— E graeco fonte: Telemetrum, i, n. (τέλος - μέτρον).

Telepatia: Remotarum rerum (*vel* longinquarum rerum) praesensio, onis, f. - Vox « praesensio » hac fere significatione usurpatur a Cicerone (*De Div.*, I, 1; et *De Nat. Deor.*, II, 7).

— Aliquid, procul ab ejus conspectu, sentire, *vel* praesentire (*avere telepatia, soffrire telepatia*).

— Ex graeco fonte: Telepathia, ae, f. (τέλος = *lontananza* - πάθος = *passione*).

Telescopio: Telescopium, ii, n. (τέλος - σκοπέω). Tubus opticus, quo longinqua prospicimus (*Bazzarini, Protolessico Ital.-Lat.*). - Vox graeca « telescopium » primum reperta et in usum invecta fuit a Friderico Cesi, ut ex his, quae sequuntur patet: « Cum paulo post specillum invenissem, quo oculis apposito, per decem miliaria pp. hominem descernere possim, quod canone conditum, longe mirabiliora opera visuntur ... Telescopium multis ostendi (lubet hoc uti nomine, a meo Principe reperto) ... (*Ep. Joannis Bapt. Della Porta, a. 1613. V. Edizione Nazionale delle Opere di Galileo, Firenze 1900, vol. XI, pag. 611*). Princeps autem de quo J. B. Della Porta loquitur est Fridericus Cesi.

— *V. Cannocchiale.*

Temperalapis: Cuspidamentum plumbarium (« *Alma Roma* » *Comment.* 1942, p. 98) - Vox « cuspidamentum » non habetur apud latinitatis scriptores; habetur tamen verbum « cuspidare » (*Plin.* = *far la punta, acuminare*) - Scriptorii lapidis cuspidamentum; scriptorium lapidem cuspidare, *vel* spiculare, *vel* acuere (*far la*

punta al lapis) - Scriptorius lapis cuspidatus, *vel* acuminatus (*lapis temperato a punta*) - *V. Lapis.*

— Aptius tamen dixeris: Cuspidamentum, *vel* scriptorii lapidis cuspidamentum = *l'atto di far la punta al lapis, il temperare il lapis;* instrumentum cuspidarium, *vel* spicularium, *vel* acuminarium = *lo strumento per temperare o far la punta.* Spiculare (*Plin.*) et acuminare (*Lactan.*) idem significant ac cuspidare (*Plin.*).

Temperamento: *V. Carattere.*

Tempio: Aedes; sacra aedes; templum; delubrum; fanum; basilica; curiale templum, *vel* aedes curialis (*chiesa parrocchiale*).

— Pronaon, *vel* pronaum (*portico davanti al tempio*); aeditumus, aedituus, aeditimus (*Cic. et a.* = *custode del tempio o sacrestano*); aedituari, aeditumari, aeditimari (*Gell.-Non.-Inscript.* = *fungere da custode del tempio*); neocorus (*Morcelli: fabbriciere, curatore del tempio*); praefecti templo exaedificando, *vel* curatores templo perficiundo, *vel* praefecti templo perficiundo (*Morcelli: deputati alla fabbrica del tempio*).

— *V. Chiesa, Santuario.*

Tempista: I. Tempori serviens; temporibus serviens; opportunitati serviens; opportunitatibus serviens (*tempista* = *chi si regola secondo i tempi e le opportunità*).

— Tempori servire (*Cic.* = *regolarsi secondo i tempi, esser tempista*); opportunitati, *vel* opportunitatibus servire.

— *V. Opportunismo, Opportunista.*

II. Modorum musicorum diligentissimus, *vel* studiosissimus (*tempista in senso musicale*).

Tempora: *V. Quattro Tempora.*

Temporale - Temporaneo: Temporarius (*Sen.-Plin.-Quint.-Nep.-Curt.* = *commisurato al tempo, che dura solo un dato tempo, temporaneo, che si regola secondo il tempo e le circostanze*); v. g. liberalitas (*Nep.*); amicitia (*Sen.*); motus animi (*Quint.*); mora (*Plin.*).

— Temporalis (*Tac.-Sen.-Quint.-Ulp.* = *concernente il tempo, durante un tempo, temporaneo, temporale*); v. g. causa (*Sen.*); laudes (*Tac.*); concessio (*Ulp.*).

— Fluxus, caducus, periturus, volucer (*fuggevole*); v. g. volucris fortuna (*Cic.*), dies (*Hor.*), fama (*Ovid.*); volucria gaudia (*Tac.*); fluxa gloria (*Sall.*), fides (*Sall.*), auctoritas (*Tac.*); res humanae fragiles caducaeque (*Cic.*), spes caduca (*Ovid.*), bona fluxa, caduca. - Non autem hac significatione: « temporalis ».

— *V. Provvisorio.*

Tender: (*v. Inglese = carro di scorta per il carbone ed altro*). *V. Ferrovia.*

Tenente: Subscenturio (*Morcelli*) - Subcenturio (*vel* subscenturio) ille est qui centurioni subjicitur et ejus vices gerit (*Liv.*). Morcellius autem, ut quem nos *capitano* appellamus, « centurionem » vocat, ita « subcenturionem » dicit quem nos *tenente* vocamus (*traduzione latina di un termine moderno necessariamente approssimativa*).

Tenesmo: Tenésmos, i, m. (*τηνεσμός - τεινεσμός = stimolo continuo di andar di corpo, con emissioni di mucosità sanguigne*) - Haec vox graecis litteris scribitur a Celso et a C. Nep.; latinis a Plinio.

Tenia: Taenia, ae, f. (*nastro, striscia, benda. - Presso Plin.* XI, 33, 38 *ed a. anche verme solitario*).

Tennis: Manubriati reticuli ludus, *vel* lusus; manubriati reticuli ac pilae ludus, *vel* lusus (*gioco del tennis*). - Manubriato reticulo ludere, *vel* manubriato reticulo ac pila ludere (*giocare a tennis*).

— Nonnulli, ad hanc rem significandam, scribunt: « reticulo ludere, *vel* pila ac reticulo ludere » ex loco Ovidii (*Art. Amat.* III, 361). Id tamen non recte; nam reticulum sine adjectivo « manubriato » (*Pallad.-Ammian.*) non apte rem reddit, quam nos *racchetta* vocamus. - *V. Racchetta.*

— Manubriatis reticulis pila jacitur, statutisque normis remittitur (*si gioca a tennis*).

Tensione: (*di mente*) Animi contentio (*Cic.*); animi intentio (*Cic.*); animi, mentis intentio (*Quint.*). *Contra:* remissio. - Vox « contentio » significat etiam *sforzo fisico o intellettuale, zelo appassionato, contesa, gara, lotta in azioni o in parole, disputa, lite, confronto, paragone, antitesi.*

— Animus erectus, experrectus, suspensus; mens erecta, experrecta, suspensa; experrecta, *vel* erecta mentis acies.

— *Tensione internazionale:* Inter nationes amicitiae nutatio, *vel* publicarum necessitudinum nutatio; publicae inter nationes necessitudines nutantes et in grave discrimen vocatae; vincula inter nationes relaxata, rationesque publicae difficillimae.

Tentazioni: Vitiorum blandimenta; cupiditatum blandimenta; vitiorum illecebrae; corruptelarum illecebrae; animi perturbationes; pravi animi motus; turbidi animorum motus (*Cic. et a.*). - Animi perturbationes cohibere, coërcere, comprimere, sedare (*reprimere,*

vincere le tentazioni) - « Quam quidem perfectionem absolutionemque virtutis haud sane Aloisius idcirco attigit, quia ... iis exemptus esset interioribus externisque pugnis, quae in naturam ab originali justitia collapsam sunt nobis, dolentibus quidem, saepius pugnandae. Quodsi, ob privilegium prorsus singulare, voluptatis libidinisque stimulis agitatus est nunquam, tamen, ut erat ad grandia comparatus, ab irae igniculis gloriolaeque titillationibus vacuus omnino non fuit, quas quidem naturae appetitiones invicta voluntate non tam coërcuit, quam rationis imperio penitus atque omnino subegit » (*Acta Ap. Sedis* 1926, p. 261). Quo in loco multa ponuntur, quibus apte eleganterque id latine redditur, quod nos vulgato nomine *tentazioni* vocamus.

— Sollicitatio (*Cic. et a.* = *seduzione, istigazione al male*); sollicitator (*Sen.* = *tentatore, seduttore, istigatore alla lussuria*).

— Voces autem « tentatio; tentamentum, tentamen, periclitatio, experimentum » significant *tentativo, prova, esperimento, cimento.*

Tentone: Tentabundus (*Liv.* XXI, 36 = *che va a tentoni*).

Tenuta: Amplissimus fundus - Praetorium ac fundus amplissimus (*Morcelli: villa signorile e tenuta*) - Praediolum, possessiuncula (*Cic.* = *piccola tenuta*).

Teobroma: Theobroma, atis, n. (*θεός - βρῶμα* = *cibo degli dèi; albero tropicale, dai cui frutti si ricava il cacao*). - *V. Cacao.*

Teocrazia: Theocratia, ae, f. (*θεοκρατία*); sacerdotum dominatus, *vel* principatus.

Teogonia: Deorum origo; deorum procreatio. - *Graece:* Theogonia, ae, f. (*Cic.-Nat. Deor.* I, 14 - *θεογονία*).

Teologo: Doctor Theologus (*Morcelli*) - Doctor theologus alumnis sacri ordinis instituendis (*Idem: maestro di teologia in Seminario*).

— Doctor Theologus a consiliis summi Magistri criminibus expiandis (*Idem: Teologo della Sacra Penitenzeria*).

Teoria - Teorico: *V. Contemplativo, Pratica, Pratico.*

— *Graece:* Theoria, ae, f. (*Cic.: θεωρία*); theoretice, es, f. (*Quintil.* - *θεωρητική*); theoreticus, a, um.

Teosofia: Theosophia, ae, f. (*θεοσοφία* = *sapienza divina, scienza di Dio*).

Terapia: Medendi ars; curatio. - E graeco fonte: Therapia, ae, f.; therapeutice, es, f. (*θεραπεία*).

Terminologia: Alicujus artis, *vel* disciplinae vocabula; propria alicujus artis, *vel* disciplinae vocabula.

Termodinamica: Caloris ejusque virium leges ac doctrina - Thermo-

dynamica doctrina, *vel* disciplina, *vel* ars, *vel* ratio; thermodynamice, es, f. (θερμόν = *calore* - δύναμις = *forza*).

Termometro: Caloris index, icis (*Morcelli*); metiendo calori instrumentum, *vel* metiendae febri instrumentum. - *Graece:* thermometrum, i, n. - Febris index sub axilla collocatus XXXIX gradus indicat (*Il termometro, collocato sotto l'ascella, segna* 39 *gradi di febbre*). - Caloris index in gradus centum diductus (*termometro centigrado*). Caloris index in gradus LXXX diductus (*termometro Réaumur*). - « Thermometrum » ex vocibus oritur: θερμόν-μέτρον.

Termosifone: A nonnullis ad novam hanc rem significandam ponitur: « hypocaustum, i, n. », *vel* « hypocauston, i, n. ». Ab aliis vero « vaporarium, ii, n. ». Attamen hypocaustum est locus in thermis et in balineis concameratus et fornicatus, in quo ignis succenditur ad calefaciendam domum (*stufa*). Hac igitur voce significari tantummodo potest *la stufa o caldaia del termosifone*. - Vaporarium autem est locus, vel ductus in thermis ac balineis, per quem ignis calor ex hypocausto in conclavia transmeat.

— Ad novum igitur hoc inventum latine significandum, aptius rectiusque, ut mihi videtur, dici potest: « calefacientis aquae ductus », vel brevissime per novum vocabulum: « caleductus, us, m. ». - Calefacientis aquae ductu, ex hypocausto derivatae, domum instrui jussit (*fece mettere nella casa il riscaldamento a termosifone*); *vel* aquae ductu, hypocausto calefactae, domum instrui jussit. - *V. vol. I, pag.* 108.

— E graeco fonte: Thermosipho, onis, m. (thermosiphon, onis, m.), *vel* thermodiabetes, ae, m. - Vox « sipho, onis, m. » usurpatur a Seneca e a Plinio; vox autem « diabetes, ae, m. » habetur apud Columellam (= *sifone, tubo, conduttura d'acqua*); θερμόν = *calore* - σίφων = *condotto*.

Terra e cielo: Maria omnia caelo miscere (cf. *Virg., Aen.* V, 790-791 = *metter sossopra terra e cielo*); omnia permiscere; jura divina et humana permiscere (*Caes.*).

Terra ferma: Terra continens (*terra ferma; continente*).

Terrazza: *V. Balcone*.

Terremoto: Terrae motus; terrae fremitus; terrae motus ac fremitus. - Terra oscillatione movetur, *vel* labat (*terremoto ondulatorio*); terrae oscillatio. - Terra sursum deorsumque permovetur (*terremoto sussultorio*). - Terra sursum deorsum horribilique subinde oscillatione quassatur (*orribile terremoto sussultorio e ondulatorio*).

Terziario Francescano: Franciscalis e tertio ordine - Tertianus Franciscalis - Adjectivum « tertianus, a, um » usurpatur a Cicerone et ab aliis de tertianis febribus scribentibus. Apud Tacitum vero « tertiani, orum » milites sunt tertiae legionis; quod quidem ad rem nostram optime quadrat. - Non autem: « Tertiarius »; qua voce significatur tertia alicujus rei pars (*Plin.*).

Terzina: Tristichon (*Vallauri*), *vel* tristicum, i, n. (*v. g.*).

Tesoriere: (*della Rev. Camera Apostolica*). *V. Camera.*

Testimone - Testimonio: (*chiamare, invocare uno a testimonio, in testimonianza di...*). Aliquem contestari, *vel* aliquem testari (de aliqua re - acc. inf.) - Deos hominesque contestari (*Cic., Verr.* II, 4, 29) - Omnes homines Deosque testari (*Cic., Caecin.* 29, 83).

Testimoniali: *Lettere testimoniali:* Consignationes (*Quint.* XII, 8: = *Documento provveduto di sigillo e firma*) - « Litterae testimoniales » dictio est cadentis latinitatis (*Imp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.*).

Tetano: Nervorum rigor; *graece:* tetanus, i. m. (*Plin.* XXIII, 1, 24 - *Cels.* IV, 3 - τέτανος). - Nervorum rigore laborans (*ammalato di tetano*), *vel* tetano infectus.

The: Thea, ae, f. (*Vallauri*). - Theana potio, *vel* potiuncula (*un the bevanda*) - Theana potio saccharo lacteque condita (*un the con zucchero e latte*) - Theana potio cum crustulis et pastillis (*un the con biscotti e panini*).

— Theanam potionem leniter dulcissimeque sorbillare, *vel* pytissare - Theanam potionem exiguis haustibus bibere (*centellinare un the*).

— Thea (viridis, bohea, sinensis); quae dictiones leguntur apud Linneum et alios historiae naturalis scriptores (*la pianta del the*).

Tiara: Tiara, ae, f.; *vel* tiaras, ae, m. (*Ovid.-Virg.-Sen.*).

Tiepidezza - Tiepido: Tepor, oris, m. (*l'esser tiepido - Contra:* Calor - frigus). - Significat etiam defectum caloris ubi esse debet, vel solet (*Tac., Hist.* III, 32); itemque translata interdum verbi significatione usurpatur = *fiacchezza nell'esposizione di uno scritto* (*Tac., seu Auctor Dial. de Orat.* 21).

— Languor, oris, m. (*languore, rilassamento, snervatezza*); animi languor; caritatis languor; pietatis languor (*rilassamento, tiepidezza dell'animo, della carità, della pietà*); animus remissus ac languidus (*Cic.*).

— Caritas defervescens, languens, languescens, tepens, tepescens; pietas defervescens, languens, tepens, tepescens, languescens (*tiepidezza nella carità, nella pietà*).

— Animi segnitas, segnitia, segnities, neglegentia.

— Caritas (pietas) languet, languescit, tepet, tepescit, defervet, defervescit. - Cf. « affectus tepet » (*Quintil.*); « seu tepet, sive amat » (*Ovid.*).

— Tepidus; languidus; languens; languescens; defervescens; remissus ac languidus (*Cic.*). - Quae voces etiam translata significatione usurpantur.

Tiflite: Caeci intestini inflammatio. - *Graece:* Typhlites, is, f. (*τυφλός = cieco*).

Tifo: Typhus, i, m. (*v. gr.*). - Febris typhica (*febbre tifoidea*). - Febri typhica aegrotare (*avere il tifo*). - Quae omnia, ex graeco verbo oriuntur: *τυφόω = ardo, fumigo.*

Tigna: Porrigo, iginis, f.; quem morbum Celsus ita describit (V, 2), ut hac eadem voce duo illa cutis vitia videatur attingere, quae vulgari lingua *forfora* et *tigna* vocamus. *Forfora* tamen rectius « furfur, uris, m. » latine dicitur. - *V. Forfora.*

— *Graece:* pityriasis (*πίτυρον*).

Tignoso: Porriginosus, a, um (*Plin. Valerianus, incertae aetatis medicus,* I, 4).

Timbro: I. Sigillum; signum; nota - Sigillum gentilicium (*timbro o sigillo di famiglia*) - Sigillum (signum) cursuale, *vel* vehicularium (*timbro postale*).

II. Vocis sonus (*timbro della voce*); vocum (vocis) varietates (*diversi timbri di voce*); variare ac mutare vocem (*Cic. = cambiare il timbro della voce*).

Timpano: Fastigium (*Morcelli: timpano in architettura*) - Fastigio et gradatione adjecta (*Idem: aggiunti il timpano e gli scalini*).

— Tympanum (*Caes. et a. = tamburo, timballo*); tympanum (*Vallauri: timpano dell'orecchio*).

Tinozza della camera da bagno: Piscina, ae, f. (*Plin. et a.*). - *V. Serbatoio.*

Tipografia - Tipografo: *V. Stamperia, Stampatore.*

Tirana: Tirana, ae, f. (*Capitale dell'Albania*).

Tiroide: Asperae arteriae glandula (*glandola tiroide o glandola della trachea, detta =* arteria aspera). - *Graece:* Thyroides, is, f. (*probabilmente da θυρεός = scudo,* e *εἶδος = forma; cioè scutiforme, perchè tale è la forma del pomo d'Adamo, sotto cui è la glandola tiroide*).

Tisana: Medicata potio; medicata sorbitio - E graeco fonte: Ptisana, ae, f. (*Plin. et a.*); ptisanarium, ii, n. (*Hor. = piccola tisana*); seu

succus ex oryza, vel hordeo pisto et a cortice purgato confectus, cujus usus validissimus saluberrimusque tantopere probatur a Plinio (XVIII, 7, 15) - « Sume hoc ptisanarium oryzae » (*Hor.*, *Sat.* II, 3, 155) - *πτισάνη*.

Tisi: Tabes, is, f. (*Cels.* III, 22). Hujus morbi Celsus tres species describit (*ibid.*). - *Graece:* phthisis, is, f. (*Senec.*, *Plin.* et a. - *φθίσις*).

Tisico: Tabidus, a, um (*Ovid.*, *Senec. et a.*); tabe laborans; tabe infectus; tabe interire (*morir tisico*). - *Graece:* phthisicus, a, um (*Vitruv. - Plin. et a.*).

Tokio: Tokienum, i, n. (*uso di Curia*). - Ab aliis ponitur: Tokium, Tochium, Jeddum, Yeddum, Jendum (*Capitale del Giappone*).

Toletta – Toelette: (*franc. = toilette*) Munditia, ae; mundities, ei; munditiae, arum (*pulitezza, eleganza, attillatura*); v. g. munditia non odiosa neque exquisita nimis (*Cic.*). - Cultus corporis; corporis cultus et ornatus; corpus curare, ornare, exornare (*far toelette*). - Cultus muliebris, *vel* mundus muliebris (*Liv. et a. = abbigliamento, acconciatura, e corredo di abbigliamento delle donne*).

— Omne studium ad curiosiorem sui cultum conferre (*Senec. = curare con ricercatezza la propria toelette*); ornari adversum speculum (*Idem*); occupatum esse inter pectinem speculumque (*Id.*). - *V. Moda.*

Toma: (*prometter Roma e toma*) Auri montes polliceri (*Ter.*, *Phorm.* 68). - Maria montesque polliceri (*Sal.*, *Cat.* XXIII, 3).

Tombola: Schedularum numerorumque ludus - Schedulis numerisque ludere (*giocare a tombola*) - Schedae, *vel* schedulae aleatoriae (*cartelle della tombola*) - Omnes aleatorios numeros sortiri (*far tombola*) - Schedularum numerorumque ludo quaestum facere (*vincere a tombola*) - Schedulis numerisque ludens, prospera, secunda, adversa fortuna frui (*aver fortuna, non aver fortuna nel gioco della tombola*).

— Schedularum numerorumque ludum habere beneficentiae causâ (*fare una tombola di beneficenza*); *vel* schedulis numerisque ludere beneficentiae causâ.

Tonacella: Tunicula sacra; *vel* tunica sacra. - Tunica (*Cic. et a.*) vestis erat plerumque sine manicis; tunicula (*Varr.-Plaut. et a.*) parvam tunicam significat.

— Dalmatica, ae, f.; *vel* dalmatica vestis (*Isid.*, *Orig.* XIX, 22) = *tonacella, cioè indumento sacro proprio del diacono e suddiacono.*

Tonico: Corroborans; roborans; confirmans; firmans (*tonico, corroborante*).

— *V. Accento tonico.*

Tonnellaggio: *V. Portata.*

Tonnellata: *V. Quintale.*

Tonsillite: Tonsillarum inflammatio; tonsillarum suppuratio; tonsillarum ulceratio. Huius curationem morbi edocet Celsus (VI, 10 et VII, 12, n. 2).

Tonsura – Tonsurato: Tonsura, ae, f. (*Varr.*). - Sacra tonsura (*tonsura ecclesiastica*). - Sacrâ tonsurâ insignitus (*tonsurato*); *vel* sacris initiatus.

Topografia: Loci, *vel* regionis descriptio - *Graece:* topographia (*Serv.*). Ad loci, *vel* regionis descriptionem pertinens, attinens (*topografico*). - *Graece:* topographicus (*τόπος = luogo - γράφω = scrivo*).

Toracentesi – Toracotomia: Pectoris (*vel* thoracis) perforatio, terebratio. - *Graece:* Thoracentesis, is, f. (*θώραξ = torace - κεντεῖν = forare*). - Thoracotomia, ae, f. (*θώραξ = torace - τομή = taglio*).

Tornare: (*nel discorso*) « Sed redeat unde aberravit oratio » (*Cic., Tusc.* V, 23) - « Sed oratio... redeat illuc, unde deflexit » (*Cic., Tusc.* V, 28) - Ut illuc redeamus, unde initium sumpsimus... (*Per tornare a parlare di quelle cose, d'onde abbiamo cominciato...*).

— Honori verti; honori esse; gloriae, taedio, fastidio, molestiae esse alicui (*Cic. et a. = tornare o ridondare a onore* etc.).

— Ratio alicujus, *vel* alicujus rei constat; ratio alicujus rei alicui constat; ratio constat (*Plin. = il conto torna, è in regola*) - Ratio apparet, *vel* non apparet (*Cic. = il conto torna, o non torna*) - Ratio convenit; bene ratio accepti atque expensi inter nos convenit (*Plaut., Most.* I, 3, 146).

Torpedine: Torpedo, inis, f. (*torpore, languore, e sorta di pesce*).

— Bellica torpedo; ignifera torpedo; ignivoma torpedo (*strumento di guerra*) - Adjectivum « ignifer, a, um » habetur apud Lucretium et Ovidium; « ignivomus, a, um » apud Lactantium.

Torpediniera: Navis cui a torpedine nomen; ballistaria navis (*Vox Urbis*); torpedinaria navis (*Luciano*) - Vocem tamen « torpedinarius, a, um » apud nullum invenio latinitatis scriptorem; adjectivum vero « ballistarius, a, um » (*balestriere*) rem non satis clare significare videtur.

Torpedone: *V. Automobile.*

Tortelli – Tortellini: Pilei exculenti (*tortelli*); *vel* galeri exculenti. - Pilei exculenti suco pulveratoque caseo conditi (*tortelli conditi al sugo e formaggio grattato*).

— Pileoli exculenti (*tortellini, cappelletti*); *vel* galericula exculenta.

Bononienses pileoli exculenti (*tortellini di Bologna*). - Pileoli exculenti jure natantes (*tortellini in brodo*).
— *V. Ravioli.*

Torto: (*a torto*). Injuria; per injuriam; injuste; immerito; falso (*Cic.-Sall.-Liv.*) - Per omne fas et nefas (*Liv.* VI, 14) = *a diritto e a torto.*

Tortura - Torturare: Tormentum, i, n. (*Cic.* = *strumento per torcere - strumento di tortura - la tortura stessa*); tormenta, orum; tormentorum cruciatus (*le pene della tortura*); quaestio, onis, f. (*Cic.* = *inquisizione giudiziaria spesso accompagnata dalla tortura*); v. g. tormenta adhibere (*Cic.* = *adoprare la tortura*); tormentis quaestionem habere (*Cic.* = *fare l'inquisizione giudiziaria con la tortura*); abripere, *vel* rapere aliquem ad quaestionem (*Cic.*); rem tormentis quaerere ab aliquo (*Cic.-Tac.*); extorquere aliquid ab aliquo tormentis (*estorcere con la tortura*); dare aliquem in cruciatum, dare aliquem in tormenta, torquere aliquem (*Cic. et a.* = *mettere uno alla tortura*); ad tortorem rapi (*esser portato alla tortura*); admovere alicui tormenta (*mettere sulla tortura*).

Toscana - Toscano: Tuscia, *vel* Thuscia, ae, f. (*Varr., L. L.*, IV, 4 = *Toscana*). - Tuscus, *vel* Thuscus, a, um (*Cic. et a.*); Tusci, orum (*i Toscani*).
— Etruria; Etruscus; Etrusci, orum. - Dux Etruscorum (*Morcelli* = *Duca di Toscana*); Aula Etrusca (*Idem: Corte di Toscana*).

Tosone: Vellus, eris, n. (*manto della pecora*); vellus aureum (*toson d'oro, insegna cavalleresca*).
— Eques vellere aureo exornatus (*Morcelli*); eques aurei velleris insignibus exornatus (*Idem*); eques hispaniensis vellere aureo honoratus, *vel* exornatus (*Idem*) = *Cavaliere del Toson d'oro* - Eques Jacobianus, idemque aureo vellere exornatus (*Idem*) = *Cavaliere di S. Giacomo e del Toson d'oro.*

Totalitario: Plenissima absolutaque auctoritate publicam rem gerere, *vel* administrare (*regime totalitario*) - Modis omnibus rationibusque vel crudelissimis bellum gerere, urgere (*guerra totalitaria*).
— Effrenum absolutumque imperium (*potere totalitario*).

Totalitarismo di Stato: Omnia in Civitatis potestatem redacta; omnia in tyrannicum Civitatis imperium redacta; omnia in rei publicae potestatem (imperium) redacta; omnia in rei publicae imperium tyrannice redacta. - *V. Statalismo - Statalizzare.*
— Omnia in Civitatis potestatem redigere; omnia in tyrannicum Civitatis imperium redigere; omnia in rei publicae potestatem redi-

gere; omnia in tyrannicum rei publicae imperium redigere (*attuare il totalitarismo di Stato*).

Tovaglia – **Tovagliolo:** *V. Salvietta.*

— *Tovaglia dell'altare:* Altaris linteum; sacrae mensae linteum. - Trinis linteis sacram ornare mensam (*ornare la mensa dell'altare con tre tovaglie*).

Trabocchetto: Insidiosae pavimenti valvae; insidiosa pavimenti valva (*trabocchetto posto nel pavimento, che si apre insidiosamente*). - Insidiosae pavimenti valvae hianti ore hominem praecipitantem captant (*trabocchetti che si aprono e inghiottiscono uno*). Per insidiosas pavimenti valvas subito hiantes praecipitare (*precipitare improvvisamente in un trabocchetto*).

— Insidiae, arum, f. pl. (*trabocchetto in senso generico*); v. g. insidias alicui struere, instruere (*tendere insidie, trabocchetti*); struere invicem insidias (*Liv.*). - In insidias cadere, *vel* incidere (*cadere in insidie, in trabocchetti*).

Trachea: Aspera arteria (*Cic. et a.*) - Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo (*Cic., Nat. Deor.* II, 54 = *valvola della trachea*). - Arteria (*Plin.* = *trachea ed anche arteria*) - Spirandi meatus (*Id.*); animae canalis (*Cels.-Plin.*); transitus spiritus (*Plin.*).

Tracoma: Faucium asperitas (*Plin.*); aspritudo, inis (*Cels.*); unde habetur spirandi aspritudo, *vel* spiritus aspritudo. - *Graece:* trachoma, atis, n. (τραχῶμα).

Tradizionale: A majoribus traditus, a, um; memoriae traditus, a, um; translaticius, *vel* tralaticius, a, um (*recato dall'abitudine, consueto, tradizionale*).

Tradizione: Memoriae, *vel* memoriae a majoribus traditae (*tradizioni scritte o orali*); litterum monumenta (*Cic., Rep.* II, 37 = *tradizioni scritte*); ethnicae vetustatis monumenta (*tradizioni pagane*); christianae vetustatis monumenta (*tradizioni cristiane: Acta Leonis* 1881, p. 272); vetus opinio (*antica tradizione o credenza*); accepta antiquitus opinio (*un'antica tradizione*); fama; communis fama; duplex inde fama est (*Liv.* I, 1); tenet fama ... (*Liv.* I, 4) = *vuole la tradizione che ...;* vulgatior fama est ... (*Liv.* I, 7) = *è tradizione più comune;* fictae veterum fabulae (*tradizioni favolose*); ut momoriae traditum est (*secondo la tradizione*); more majorum, *vel* more institutoque majorum (*secondo le tradizioni e gli usi dei maggiori*); tralaticio more; more antiquitus tradito; more a majoribus tradito; more patrio; more usu recepto; usitato more; ut mos est; ut moris est; ut assolet = *Secondo l'uso, la tradizione ...*

— Non autem « traditio »; quae vox apud veteres latinitatis scriptores optimos (*Cic.-Liv.-Sall. et a.*) significat *resa, consegna, capitolazione:* vel (*Quint.-Tac.*) = *insegnamento, dottrina,* v. g. « ne jejuna atque arida (praeceptorum) traditio averteret animos » (*Quint.* III, 1). - Apud Gellium et seriores latinitatis scriptores haec vox significat etiam *tradizione, memoria tramandata.*

Traduzione: Interpretatio (*Cic. et a.*). Quae vox significat *exposizione, dichiarazione, interpretazione,* v. g. somnii, juris (*Cic.*); atque etiam *traduzione da una lingua.*

— Conversio. Quae vox significat *rivolgimento, sconvolgimento,* v. g. rerum publicarum (*Cic.*); *giro, corso,* v. g. caeli, mundi, astrorum errantium (*Cic.*); *giro del periodo,* v. g. verborum, orationis (*Cic.*); atque etiam *traduzione, rifacimento,* v. g. ex Latinis conversio (*Quint.* X, 5, 4).

— Translatio. Quae vox multa significat, nempe *traslazione, il trasportare, trasposizione, esclusione, tropo o traslato,* v. g. translatione utimur (*Sen.* = *ci serviamo di metafora*); translatio domicilii (*Suet.*); pecuniarum (*Cic.*); ac significat etiam *traduzione come atto del tradurre* (*Quint.* I, 4, 18, 5).

— Non autem « versio »; quae vox, hac saltem significatione, est infimae latinitatis.

— Oratio conversa ex ... in; v. g. oratio ex graeco in latinum conversa (*una traduzione dal greco in latino*). - Orationes e Graeco conversae (*Cic.*); aliqua de Graecis conversa (*Cic.*); librum e Graeco in Latinum conversum (*Cic.*); annales ex Graeco in Latinum sermonem versi (*Cic.*); Electra male conversa (*Cic.*) = *Una cattiva traduzione dell'Elettra di Sofocle.*

Traforo: *V. Tunnel.*

Trafugare: Auferre; clam asportare; intervertere (= *volgere ad altri scopi, sottrarre, rubare*); v. g. reditus, pecuniam, regale donum (*Cic.*), vectigalia (*Suet*) intervertere.

Tramoggia: Infundibulum (*Vitruv.*); seu vas, per quod frumentum sub molam infunditur. - « In qua machina impendens infundibulum subministrat molis frumentum » (*Vitruv.* X, 10).

Trampoli: Grallae, arum, f. plur. (*Fest.-Varr. apud Non.*) seu « ligneae perticae furculas habentes, quibus innituntur, qui iis incedunt » (*Forcellini*). - Grallator, oris (*Plaut.* = *chi va sui trampoli*).

— Grallis incedere (*andare coi trampoli*). - Vacillare, labare, claudicare (*trampolare, barcollare*), *vel* quasi grallis incedere.

Transatlantico: Navis oceanum transnavigans; *vel* navis oceanum

transmeans. - Verbum transmeare a Tacito, transnavigare a Mela usurpatur.

— A nonnullis ponitur: Navis transoceanica; navis oceanensis. - Adjectivum « transoceanicus, a, um » usurpatur a nemine e latinitatis scriptoribus; vox autem « oceanensis » est cadentis latinitatis (Cf. *Forcellini*).

Transitorio: Fluxus; caducus; periturus; fragilis; fugax; brevis; volucer (*fuggevole*); v. g. volucris fortuna (*Cic.*), dies (*Hor.*), fama (*Ovid.*); volucre gaudium (*Tac.*); fluxa gloria (*Sall.*), fluxa fides (*Id.*), auctoritas (*Tac.*); res humanae fragiles caducaeque (*Cic.*); spes caduca (*Ovid.*); bona fluxa, caduca. - *V. Provvisorio, Temporale, Temporaneo.*

— Adjectivum « transitorius, a, um » (*Suet. et a.*) significat: *che serve di passaggio, per cui si passa;* v. g. domus transitoria, forum transitorium.

Tranvai – **Tramway**: *V. Elettricità. - Abbonamento al tranvai: V. Abbonamento.*

Trapelo – **Trapelare**: I. Equus funalis. - Equi funales a Statio et a Suetonio vocantur, qui, fune lorove alligati, currum trahunt (*vavallo da trapelo*). - Equus auxiliarius; equus auxiliaris.

— Equis funalibus uti; equis funalibus currum trahere; equi funalis adiumento currum trahere (*trapelare*).

II. Effluere; perfluere; permanare; efferri in vulgus (*trapelare = esser conosciuto*). - Fama venerat (*Cic.*); fama pervenerat. (*Liv.*), fama exierat (*Nep.*); fama manat (*Cic.*); fama perfertur (*Caes.*) = *È trapelata la notizia che...*

Trascendentale: Rerum naturam transcendens; hominum naturam transcendens; transcendens, superans etc. ...

Trasecolare: Vehementissime stupere, stupescere, obstupescere, stupefieri, mirari. - Attonito haerere animo (*Virg.*).

Traslazione: Transvectio; trajectio; transmissio; translatio (*Cic. et a.*)

— Sollemnia quod hoc die Domus Sanctae Virginis apud Picentes in Loreto apparuit (*Morcelli*) = *Festa della traslazione della S. Casa di Loreto* - Festum translationis Lauretanae Domus.

— Corpore ex veteri aede rite translato, quod ibidem jure antea recognitum (*Idem*) = *Traslazione e giuridica ricognizione di un corpo.*

Tratta: *V. Cambiale.*

— *Tratta degli schiavi: V. Schiavismo.*

Trattato: I. Disputatio; disceptatio; commentatio; commentarius;

commentarium; liber. - Vocabulum autem « tractatus » (*trattazione di una cosa, il trattare una cosa, non la composizione scritta*) fere adhibetur in sexto casu; v. g. « ingenia asperiorum tractatu rerum atteruntur » (*Quint., prooem.* VIII); « ipsarum artium tractatu delectati » (*Cic., De Off.* III, 23); « nec uno modo definitur res eadem, sed latiore varioque tractatu » (*Quint.*, VII, 3).

II. Foedus; conventio; conventum; pactum conventum; pactio; pactum; pacis condiciones (*trattato di pace*). - Pactionem facere de aliqua re (*Cic.*); pactionem inire; in pactione manere (*Nep.*) - Foedus facere cum aliquo (*Cic.*); icere, ferire foedus (*Cic.*); foedus frangere, rumpere, violare (*Cic.*).

Trauma – Traumatico: Vulnus, eris, n. - Vulnerarius, a, um (*Plin.*). - *Graece:* Trauma, atis, n. (*τραῦμα = ferita o lesione prodotta da cause esterne*). - Traumaticus, a, um.

Trebbiatrice – Trebbiare – Trebbiatura: Tribulum, i, n. (*Varr.-Virg.-Plin.*); tribula, ae, f. (*Colum.*); seu instrumentum, vel machina frumentum exterens.

— Tribulum machinale; tribulum automatarium; tribula machinalis; tribula automataria (*trebbiatrice a motore, autotrebbiatrice*).

— Frumentum terere, exterere (*trebbiare*); tritura, ae, f. (*Varr. et a. = trebbiatura*).

Tre Fontane: Aquae Salviae; ad Aquas Salvias (*Morcelli: alle Tre Fontane*); Coenobium ad Aquas Salvias (*Abbazia delle Tre Fontane presso Roma*).

Trementina: Terebenthina resina (*Cels.* V, 6).

Treno: *V. Ferrovia.*

Trevi: Lacus virginis (*Morcelli: Fontana di Trevi*); Lacus, us, m. apud Livium et a. significat etiam *vasca, bacino*. Dicitur autem « virginis » quia scatebra, e qua fons oritur, a quadam fuit virgine, ut memoriae traditur, detecta.

— Treba (*villaggio del Lazio*); Trebia (*città dell'Umbria*); Trebiates, um (*Plin.* III, 14, 19) = *abitanti della città di Trevi in Umbria.*

Tribolato: Miser, aerumnosus (*Cic.*); aerumnis, miseriis, rebus adversis, rerum angustiis affectus, vexatus, cruciatus, pressus.

— Non autem « tribulatus », vox infimae latinitatis.

Tribolazione: Aerumnae; afflictationes; rerum angustiae; angustiae; res angustae, afflictae, tristes, adversae, trepidae; dolores; angores; miseriae.

— Summis angustiis premi; in angustiis esse; in angustias adduci

(*Cic.*); in mediis angustiis esse (*essere in mezzo alle tribolazioni*); in medias angustias àdducere, *vel* rapere aliquem (*spingere uno in mezzo alle tribolazioni*).

— Non autem « tribulatio », quae vox est cadentis latinitatis (*Tertull. et a.*).

Tributo: *V. Tassa, Dazio, Dogana* ecc.

— Honor (*tributo d'onore*); officium (*doveroso tributo*); grates, *vel* gratiae, arum (*tributo di grazie*).

Tricolore: Tricolor vexillum. - Adjectivum « tricolor, oris » serioris est latinitatis (*Prisc.*). - Italiae vexillum (*tricolore italiano*); Italiae vexillum terno decoratum colore; patrium vexillum terno decoratum colore (*tricolore in generale*). - Italiae vexillum tollere, *vel* proponere (*inalberare il tricolore italiano*). - *V. Inalberare.*

Triduo: Triduum, i, n. (*Cic. et a.* = *spazio di tre giorni*).

— Supplicatio in triduum (*triduo di preghiere*). - Supplicationes in triduum habere, celebrare, obire, indicere. - Incipit supplicatio in triduum honori sanctissimi Cordis Iesu (*Morcelli: Triduo in onore del Sacro Cuore di Gesù*) - Incipit supplicatio in triduum honori D. N. Mariae labis nesciae (*Idem: triduo in onore di Maria V. Immacolata*) - Incipiunt supplicationes in triduum honori D. N. Mariae sideribus receptae (*Idem: triduo in onore dell'Assunta*) - Incipit supplicatio in triduum honori Sancti Iosephi ob patrocinium ejus implorandum (*Idem: triduo per il Patrocinio di S. Giuseppe*) - Sollemnia in triduum (*triduo solenne*) - Sollemnia in triduum Marcellinae virginis sanctissimae (*Idem*) - Piis manibus expiandis supplicatio in triduum (*triduo in suffragio dei defunti*) - Piis manibus defunctorum civium ritu sollemni in triduum perlitatur (*Morcelli: triduo solenne in suffragio dei cittadini defunti*).

— Triduana supplicatio; triduana sollemnia (*Morcelli*) - Adjectivum tamen « triduanus, a, um » est serioris latinitatis (*Apul. et a.*).

Trigonometria: Triangulis metiendis ratio, *vel* doctrina (*in senso letterale*); polygonis metiendis ratio, *vel* doctrina (*in senso lato*). - *Graece:* Trigonometria, ae, f. (*τρίγωνον* = *triangolo* - *μέτρον* = *misura*).

Trilobato: Ternis laciniis ornatus, *vel* instructus.

Trilogia: Trilogia, ae, f. (*v. gr.*). - Terna carmina (*trilogia poetica*); ternae fabulae amatoriae (*detto di tre romanzi in serie*); ternae inscriptiones (*trilogia epigrafica*).

Trimotore: *V. Areoplano.*

Trina: *V. Merletto.*

Trincea – Trincerare – Trincerarsi: Fossa (*scavo della trincea*); agger (*il bastione di terra o d'altro*); vallum (*la palizzata che sta sopra l'*agger).

— Aggerem apparare, facere, jacere, instruere, exstruere (*Caes.* = *trincerare*); vallum ducere (*Liv.*); castra vallo munire (*Caes.*); vallo et fossa cingere (*Cic.*); moenia vallo atque fossa circumdare (*Sall.*); Alpium vallo munire (*Cic.*); locum omni ratione obvallare (*Cic.*); oppidum circummunire, circumvallare (*Caes.*); castra munire, communire (*Caes.*); urbem munitionibus saepire (*Cic.*).

— *Trincerare, trincerarsi in senso metaforico:* Haec omnia disserendi ratione vallare (*Cic.*); Socratis animus virilitatis robore vallatus (*Val. Max.*); aliqua re quasi quodam munimento uti; hisce rationibus, hisce argumentis veluti munimentis uti; se juris munimento vallare, obvallare, circumvallare (*trincerarsi nel proprio diritto, dietro certi argomenti, ragioni, ecc.*).

Trinità: Trinitas (*Tertull.-Prudent. et a.*); Trinitas Augusta; Numen trinum et unum; festum Trinitati Augustae sacrum (*festa della SS. Trinità*); Presbyter Cardinalis Titulo Trinitatis Augustae ad Pincium (*Morcelli: Cardinale Prete del titolo della SS. Trinità dei Monti*); Sodales Trinitatis Augustae (*Morcelli: Confratelli della SS. Trinità*); aptius tamen dixeris: Sodales a Trinitate Augusta - Sodales a Trinitate Augusta, captivis redimendis (*Trinitari*).

Trinitari: *V. Trinità.*

Triregno: Tiara (Thiara) Pontificis Maximi. - *V. Tiara.*

— Triregnum (*Vallauri-Lat. Eccles.*).

— Triplex Summi Pontificatus diadema, atis, n.

Trisavolo: Abavus (*Cic. et a.* = *trisavolo, cioè nonno del nonno; in senso generale, antenato*).

Trittico: Ternae tabulae pictae.

Troglodita – Trogloditico: Speluncas incolentes; cavernas incolentes (*trogloditi*). - *Graece:* Troglodytae, arum (τρωγλοδύτης); troglodyticus, a, um (*Plin.*).

Trombosi: Arteriae sanguinis coagulum, *vel* coagulatio; venae sanguinis coagulum, *vel* coagulatio. - *Graece:* Thrombosis, eos, f. θρόμβος = *grumo, coagulo*).

Tropico – Tropicale: Circulus, *vel* orbis; circulus solstitialis et circulus brumalis (*Plin.* II, 70, 70 = *tropico del Cancro e tropico del Capricorno*).

— Tropicus, a, um (*v. gr.* - *Manil.-Auson.*). - Maximi calores (*ca-*

lori tropicali). - Vox τροπικός idem fere significat ac « solstitialis ».

Trottola – Trottolare: Turbo, inis, m.; est « genus instrumenti lusorii, nempe lignum forma metae inversae, una sui parte in acutum desinens, in summo latius, quod a pueris scutica circumagitur » (*Forcellini*) - Turbinem pellere, versare, jacere (*far girare la trottola*) - Circumagi (*trottolare*).

« Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
« Quem pueri magno in gyro, vacua atria circum,
« Intenti ludo exercent ... » (*Virg., Aen.* VII, 378 sq.).
« Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo,
« Quem celer assueta versat ab arte puer ».
(*Tibull.* I, 5, 3).

— E graeco fonte: Trochus, i, m. (*Horat. et a.*). - Differt autem a turbine, ut recte animadvertit Forcellinius. Trochus enim est « circulus, seu rota ferrea, quae ludi causa a pueris ferreo manubrio, quod clavis dicebatur, impulsa mittebatur; habebat autem circum infixos parvos anulos, qui, dum jaceretur, tinnitum et sonum reddebant ». (τρόχος).

Trovatello: Infans publice expositus ac derelictus.

Tuba: Tubulatum pileum, *vel* pileus tubulatus. - Pileus, *vel* pileum (*Liv. et a.* = *copricapo di forma ordinariamente ovale*). Tubulatus, a, um (*Plin.* = *avente forma cilindrica*).

— Pileolus tubulatus, *vel* pileolum tubulatum (*tubino, piccola tuba*).

Tubercolosi – Tubercoloso: *V. Tisi, Tisico.*

Tukul: Mapalia, ium, n. pl. (*Sall. et a,* = *capanna a volta, propria degli africani*).

Tunnel – Traforo: Cuniculus, i, m. (*Cic. et a.*). - Cuniculus ferreis axibus constratus; *vel* cuniculus ferreis ductibus stratus, constratus; *vel* cameratus (concameratus) cuniculus ferreis ductibus constratus; *vel* ferratae viae cuniculus; *vel* cuniculus hamaxostichis pervius (*tunnel ferroviario*).

Turbante: Capitis fascia; fascia capitalis.

Turbina: Rota aquaria (Cf. *Cato, R.R.* 11 = *ruota, che girando su se stessa raccoglieva e portava acqua*). - Rota aquilega - Adjectivum « aquilegus, a, um » significat = *che prende, che raccoglie l'acqua.* - Rotae aquilegae (*Tertull., Anim.* 33), rotae erant ad capiendam hauriendamque aquam instructae.

Turchia: Turcarum Natio; Turcarum Respublica; Turcarum Imperium (*nei tempi passati*).

Turismo – Turista: Peregrinationes delectationis causa susceptae (*turismo*); peregrinator delectationis causa, *vel* peregrinabundus (*Liv.*) delectationis causa (*turista*); studium peregrinandi delectationis causa (*passione del turismo*); peregrinari, *vel* iter facere delectationis causa (*fare del turismo*). - Peregrinari, peregrinatio, peregrinator, peregrinabundus (*Cic.-Liv. et a.*) voces sunt, quae apud latinitatis scriptores optimos ad eos saepenumero pertinent, qui delectationis causa per longinquas, vel etiam transmarinas regiones iter faciunt (= *viaggiare in paese straniero per diletto o studio*).

Turpiloquio: *V. Coprolalia.*

Tutto al più: *V. Più.*

Tuttora: Etiamnunc, etiam nunc, etiamnum (*tuttora al presente*). - Etiamtum, etiam tum, etiam tunc (*tuttora nel passato, anche allora*).

— Adhuc (*tuttora al presente o al passato*).

U

Udienza: Admissio, onis, f. (*il ricevere uno in udienza*); seu actus vel facultas adeundi aliquem, ac praesertim actus vel facultas adeundi Principem, salutandi, alloquendi, vel aliquid petendi causa - Admissionum facilitas (*Plin. Caec., Paneg.* 47 = *condiscendenza nel concedere udienze*) - Dare alicui admissionem alicujus (*Plin. Secund.* XXXIII, 3, 12 = *ottenere ad uno udienza da qualcuno*) - Admittere aliquem (*Cic. et a.* = *ricevere uno in udienza*) - Officium admissionum (*Suet., Vesp.* 14 = *Ufficio del maestro di camera per le udienze*) - Magister admissionum (*Ammian.* XV, 5), ab admissionibus (*Maestro di camera per le udienze*) - Auditorium (*sala per l'udienze*). *V. Aula.* - Admissione et alloquio Pontificis dignatus (*ammesso all'udienza pontificia*).

— Non autem: audientia, ae, f., quae vox significat: *attenzione, silenzio per ascoltare uno; il dare ascolto ad uno.* « Facit persaepe ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio » (*Cic., Senect.* 9 = *Si concilia l'attenzione la forbita e mite orazione dell'eloquente vecchio*) - « Audientiam orationi meae improbitas illius factura est » (*Cic., Divin. in Verr.* 13) - « Exsurge, praeco, fac populo audientiam » (*Plaut., Poen. prol.* 11 = *imponi al popolo di far silenzio, di dare ascolto*) - Audientiam facere alicui = *imporre il silenzio, chiedere l'attenzione per essere ascoltato.*

— Aditus, us, m. (*ingresso, accesso, udienza*), seu facultas conveniendi, visendi, alloquendi aliquem. « Aditus ad eum difficiliores fuerunt » (*Cic., Fam.* VI, 13). « Faciles aditus ad eum » (*Idem*). « Omnes aditus ad Sullam intercludere » (*Idem*). « Aditum dare alicui » (*Nep.*).

— Alloquium, colloquium, collocutio (*abboccamento, colloquio*). « Venire in congressum et colloquium alicujus » (*Cic.*). « Serere colloquia cum aliquo » (*Liv.*). « Venire in collocutionem cum aliquo » (*Auct. ad Herenn.*).

Uditore: Auditor, oris, m.; audiens, entis (*chi ascolta*).

— XII viri Sacri Consilii litibus judicandis (*Morcelli: Uditori di Rota*). - E XII viris Sacri Consilii litibus judicandis (*Uditore di Rota*). - Auditores Sacrae Romanae Rotae (*Lat. Eccles.*).

— Iudex sacrarum cognitionum; *vel* cognoscens vice sacra (*Morcelli: Uditore di Sua Santità*). - Quam ad rem animadvertendum est vocem « cognitionem » significare etiam *inchiesta, esame, istruttoria di un processo* (*Cic. et a.*); itemque verbum « cognoscere » significare etiam *istruire o esaminare un processo, giudicare, pronunziare sentenza;* v. g. cognitio rerum capitalium (*Liv.*); causas diligenter penitusque cognoscere (*Cic.*); causam de hereditate cognoscere (*Cic.*); causam de eorum postulatis cognoscere (*Caes.*); causam de agro Campano cognoscere (*Cic.*). Antistes autem, qui vulgato nomine *Uditore di Sua Santità* audit, ex sibi credito munere causas cognoscit, quas Pontifex Maximus eidem judicandas committit.

— Aptius fortasse clariusque dicitur: Jurisconsultus Pontificis Maximi.

— Auditor Ssmi (*Lat. Eccles.*), *vel:* Auditor Ssmi Domini Nostri Papae (*Annuario Pontificio*).

— *Uditore della Rev. Camera Apostolica: V. Camera Apostolica.*

— Apostolici Nuntii adjutor (*Acta Leonis: Uditore di Nunziatura*).

Ufficiale: I. Ductor militum; ordinum ductor (*Morcelli: ufficiale dell'esercito*); *vel* praefectus militum; *vel* praepositus militibus (militum). - *V. Maresciallo, Generale, Colonnello, Capitano, Tenente, Sottotenente.*

II. Officialis; quae vox significat ministrum alicujus magistratus, vel ministrum in aliquo publico munere (*ufficiale pubblico, impiegato in un pubblico ufficio*) ut videre est apud Apulejum (*Met.*, 1) et apud *Ulp., Dig.* XXXVI, 4, 5. - Minister; publicus minister (*addetto ad un pubblico ufficio*).

— *Grand'Ufficiale* (*onorificenza*): Officialis honorarius; *vel* officialis ornamentarius.

III. *Adjectivum:* Publicus, a, um; jure pollens; auctoritate pollens; publica auctoritate pollens. - Publicae rationes; publicae amicitiae rationes; publica officiorum vincula; publicae necessitudines; publica necessitudinum vincula (*relazioni ufficiali o diplomatiche*). - Publicae amicitiae rationes alicui intercedunt cum aliquo, *vel* alicui sunt cum aliquo; publicae rationes intercedunt inter ...; publicis amicitiae rationibus, *vel* nexibus, *vel* vinculis inter se contineri, *vel* conjungi (*Intercorrono relazioni ufficiali fra ...*).

— *Lettere ufficiali: V. Credenziali.*

Ufficio Divino: *V. Breviario.*

Uguaglianza — Equilibrio: Aequalitas (*di una superficie*) v. g. maris (*Sen.*); aequalitas verborum (*Cic.* = *somiglianza*); aequalitas fraterna (*Cic.*), animi aequalitas (*uguaglianza di sentimenti, di pensieri*); aequalitas = *eguaglianza di età* (*Cic.*); aequalitas = *uguaglianza nei diritti dei cittadini* (*Tac.*); congruentia aequalitasque (*Plin.* = *conformità, corrispondenza*).

— Aequitas (*uguaglianza, proporzione, equanimità, uguaglianza nei diritti, equità, giustizia*) v. g. aequitas membrorum (*Suet.*), causae (*Cic.*), belli (*Cic.*), condicionum (*Caes.*), animi (*Caes.*), legis, juris, officiorum.

— Aequabilitas (*uniformità, uguaglianza davanti alla legge e ai diritti civili, sentimento di giustizia, imperturbabilità*) v. g. aequabilitas motus (*Cic.*), juris (*Cic.*), animi (*Cic.*), universae vitae ... singularum actionum (*Cic.*), orationis (*Cic.*), officiorum et jurium. - « Deus in communitate generis humani esse jussit classium disparitatem et quandam inter ipsas ex amica conspiratione aequabilitatem » (*Acta Leonis* 1895, p. 259 = *Disuguaglianza, cooperazione, equilibrio delle classi sociali*).

— *Giusto equilibrio ed equo contemperamento nello Stato:* Vocabulum « aequabilitas » significat etiam *giusto equilibrio, giusto contemperamento;* v. g.: « ... Ex tribus primis generibus longe praestat mea sententia regium; regio autem ipsi praestabit id, quod erit aequatum et temperatum ex tribus primis rerum publicarum modis. Placet enim esse quiddam in re publica praestans et regale, esse aliud auctoritati principum impertitum ac tributum, esse quasdam res servatas judicio voluntatique multitudinis. Haec constitutio primum habet *aequabilitatem* quamdam magnam, qua carere diutius vix possunt liberi, deinde firmitudinem, quod et

illa prima facile in contraria vitia convertuntur; ut exsistat ex rege dominus, ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio... » (*Cic., Rep. I, 45 = Fra le tre forme fondamentali di governo, per me la monarchia è di gran lunga migliore; però la stessa monarchia la cede a quella costituzione, in cui le tre forme predette siano temperate e s'equilibrino perfettamente fra loro. È bene infatti che in uno Stato ci sia qualcosa di sommo e di regale, e d'altra parte che si conceda ugualmente qualcosa all'autorità dell'aristocrazia, e che infine qualche materia sia riservata al giudizio e alla volontà del popolo. Questa costituzione ha, innanzi tutto, un giusto equilibrio ed equo contemperamento, di cui non possono mai a lungo fare a meno i popoli liberi, ed ha poi la stabilità; mentre tutte le altre forme cadono facilmente nell'eccesso contrario, di maniera che dalla monarchia può nascere la tirannia, dall'oligarchia la fazione, dalla democrazia la turbolenza e la confusione...*).

— Aequilibritas (*Cic., Nat. D.* I, 39 = *giusto equilibrio, uguale distribuzione*), seu « aequabilis distributio, qua omnia omnibus, paria paribus respondeant » (*Forcellini*).

— *Uguaglianza ed equilibrio delle classi sociali:* Civium ordinum aequabilitas, *vel* civium ordinum aequilibritas (*Acta Leonis*). - « Quo modo in corpore diversa inter se membra conveniunt, unde illud exsistit temperamentum habitudinis, quam symmetriam recte dixeris, eodem modo naturam in civitate praecepisse ut geminae illae classes congruant inter se concorditer, sibique convenienter ad aequilibritatem respondeant » (*Acta Leonis* 1891, p. 109, *Litt. Enc. « Rerum novarum »*).

— Aequatio (*adeguamento, uguagliamento*), v. g. bonorum aequatio (*Cic., De Offic.* II, 21 = *socialismo, comunismo*); aequatio gratiae et dignitatis (*Cic.*); aequatio juris (*Liv.*).

Ukase: (*parola russa*) Imperatorium edictum; imperatorium praescritum; jussum imperatorium.

Ultimatum: Extremas condiciones imponere (*fare un ultimato*) - Extremas condiciones ad statum tempus imponere (*fare un ultimato con scadenza fissa*).

Umorismo - Umorista: Lepos, oris, m. (*Cic. = piacevolezza, giovialità e grazia nel linguaggio*); humanus ac suavis lepos (*un garbato e soave umorismo*); scurrilis lepos (*Cic. = umorismo scurrile, buffonesco*). - Festivus loquendi, *vel* scribendi modus, ratio (*umorismo allegro, faceto*); salsus loquendi, *vel* scribendi modus (*umorismo

frizzante, mordace). - Uti sale et facetiis (*Cic.* = *usare un arguto umorismo*). - Sale et lepore et politissimis facetiis pellici (*Cic., De Or.* I, 57 = *essere allettato da un arguto umorismo*). - Cavillatio, onis, f. (*Cic.-Liv. et a.* = *umorismo, frizzo mordace, ironico, sia in tono serio, sia per gioco*). Quod quidem vocabulum apud Senecam, Quintilianum et alios latinitatis scriptores significat etiam *cavillo, sofisticheria.* - Festiva oratio (*Cic.*). - Festivus sermo (*Id.*) = *orazione condita di lieto umorismo; discorso allegro, umoristico.*

— Cavillator (*Cic.* = *umorista, buffone, motteggiatore*). - Festivus scriptor (*scrittore gioviale, umoristico*); salsus ac festivus scriptor (*umorista frizzante, mordace*). - E graeco fonte: acroama, -atis, n. (*Cic.* = *narratore festevole, buffone*). « Hic quasi festivum acroama » (*Id., Verr.* VI, 22 - ἀκρόαμα).

Una delle due: « Necesse est enim sit alterum de duobus, ut aut sensus omnino omnes mors auferat, aut in alium quemdam locum ex his locis morte migretur » (*Cic., Tusc.* I, cap. 41).

— « Alterum fieri profecto potest, ut earum nulla (philosophia), alterum certo non potest ut plus una vera sit » (*Cic., De Nat. Deor.* I, 2).

— « Nec sane iniquius agi iis (parentibus) queat quam si alterutrum malle compellantur, aut rudes et indoctos, quos procrearint, adolescere, aut in aperto rerum maximarum discrimine versari » (*Acta Leonis* 1897, p. 341. *Agitur de juventutis educatione*).

— « Alterutrum malint artifices christiani oportet, aut nomen collegiis dare, unde periculum religioni extimescendum; aut sua inter se sodalitia condere, viresque hoc pacto conjungere, quo se animose queant ab illa injusta ac non ferenda oppressione redimere » (*Acta Leonis* 1891, p. 137, *Enc.* « *Rerum novarum* »).

Ungheria: Hungaria, ae, f. (*comprende all'incirca l'antica Pannonia*). - Hungari, orum (*Ungheresi*). - Budapestinum (*La capitale*).

Uniforme - **Divisa**: I. (*Uniforme aggettivo*): Uniformis, e (*Tac., seu auctor Dial. de Orat.* 32 - *Aurel. Vict., Ep.* 9); unam habens formam; unius formae; unius generis; simplex; similis semper et idem; sibi constans; sibi semper constans (*sempre uniforme e consentaneo a se stesso*).

II. (*Uniforme* = *divisa*): Insigne, is, n. (*insegna, distintivo, divisa*); g. v. « insigne vestis latus clavus » (*Suet., Caes.* 45); insignia imperatoris (*Caes.*), sacerdotum (*Liv.*), regia (*Cic.*), militaria (*Caes.*). - Insignis vestis (*Liv.* I, 20); militaris vestis; militare vestimentum (*divisa militare*).

Unigenito: Unigena, ae, m. (*Cic. et a.*); unicus filius. - « Unigenitus » vox est serioris latinitatis (*Tertull. et a.*).

— Unigena Deus aeternus (*Morcelli*); Unigena Deus sempiternus (*Idem*).

Unilaterale: Unius lateris; unum latus habens (*in senso letterale; che ha un lato solo*). - Non omni ex parte notus, cognitus, judicatus, perpensus (*unilateralmente conosciuto, giudicato, valutato*). - Unam solummodo partem respiciens; ad unam solummodo partem attinens, pertinens. - Curtus, a, um (*parziale*); v. g. « quasi curta sententia » (*Cic.* = *giudizio unilaterale, parziale*). « Eorum enim omnium multa praetermittentium, dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia; at vero illa perfecta atque plena eorum, qui cum de hominis summo bono quaererent, nullam in eo neque animi, neque corporis partem vacuam tutela reliquerunt » (*Idem, De fin.* IV, 14, 36).

— Ex una tantum parte (*in modo unilaterale*); v. g. pactum conventum ex una tantum parte, altera posthabita, frangere, violare (*rompere, violare un trattato in modo unilaterale*).

Unione: Iunctio; conjunctio; congregatio; consociatio; coagmentatio; societas; unitas; consensio; concordia.

— Non autem: unio, onis, m. (*Plin.*), quod quidem verbum significat margaritam pretiosissimam atque unicam (*perla*). - Apud seriores tamen latinitatis scriptores (*Tertull. et a.*) habetur etiam: unio, onis, f. (*unione, unità*).

— *Unione Missionaria del Clero:* Cleri sodalitas sacris missionibus provehendis; cleri sodalicium sacris expeditionibus provehendis; clericorum sodalicium sacris missionibus excitandis juvandisque.

Università: Lyceum magnum (*Morcelli*); athenaeum; litterarum sedes, *vel* domicilium; maximum (magnum) litterarum disciplinarumque domicilium, *vel* magna litterarum disciplinarumque sedes; studiorum universitas; magnum studiorum domicilium.

— Athenaeum, Lyceum, Gymnasium loci erant Athenis et alibi, in quibus de philosophia, de litteris de ceterisque disciplinis disputabatur, et in quibus juvenes hisce in rebus exercebantur. Singula igitur haec vocabula adhiberi possunt ad id significandum, quod nos aetate hac nostra studiorum Universitatem vocamus (*Università*), praesertim si hisce vocibus adjectivum « magnum » vel « maximum » praeponitur; v. g. Lyceum magnum, Gymnasium maximum, Athenaeum magnum. Opportunum tamen est vocabula « Lyceum » et « Gymnasium », sine adjectivo, nostris hisce temporibus tum

usurpari, cum de studiorum sedibus agitur, quas hodie vulgato nomine *Liceo, Ginnasio* vocamus.

— « Universitas » significat *il complesso di un tutto;* e. g. universitas rerum (*Cic.* = *l'universo*), universitas generis humani (*Cic.* = *tutto il genere umano*). Apud juris consultos autem (Cf. *Dig.* III, 4) haec vox significat etiam collegia, vel corpora e. g. pistorum, naviculariorum etc. Quamobrem « studiorum Universitas » id apte indicare potest, quod nos in praesens *Università di studi* vocamus. Non tamen adhiberi potest « Universitas » nulla adjecta voce.

— Doctores Lycei magni cum auditoribus universis; Doctores auditorèsque Lycei magni (*Morcelli: professori e scolari dell'Università*). - Sacrum sollemne ad Lyceum Sapientiae adstantibus Patribus Cardinalibus et decuria Doctorum (*Idem: Messa solenne alla Università della Sapienza, con l'intervento dei Cardinali e dei Professori*). - Gregoriana studiorum Universitas (*Università Gregoriana*).

Universitari: (*studenti universitari*) Juvenes athenaea celebrantes, *vel* frequentantes; juvenes studiorum universitatibus addicti.

— Catholici juvenes athenaea celebrantes (*universitari cattolici*); *vel* catholici juvenes publica athenaea frequentantes; *vel* catholici juvenes studiorum universitatibus addicti. - *V. Fuci.*

Unzione: I. *Estrema Unzione: V. Olio Santo.*

II. *Unzione spirituale:* Suavis quidam caelestium rerum sensus; spiritualis quaedam (*vel* superna quaedam) in loquendo scribendoque animi suavitas; suavis quaedam caelestium rerum perspicientia (*penetrazione spirituale*).

Uovo: *V. Ovo.*

Urbanesimo: Nimium urbanae vitae studium; nimia urbanae vitae cupiditas; urbanae vitae cupiditas natali rure relicto. - « Vita urbana » (*contra:* vita rustica, vita provincialis) legitur apud Ciceronem et a. - « Multorum studia, qui natali rure relicto urbium rumores capiunt effusasque illecebras » (*Acta Leonis*).

Uremia: Urhaemia, ae, f. (*οὖρον* = *urina* - *αἷμα* = *sangue* - *termine medico indicante insufficente funzione dei reni con conseguente intossicazione del sangue*).

Uretra: Mictualis via (*Coel. Aurel.*); canalis quo meat urina (*Colum.*). - *Graece:* Urethra, ae, f. (*Coel. Aurel.*) ex graeca voce *οὐρήθρα.*

Uricemia: Urichaemia, *vel* uricaemia, ae, f. (*voce greca; v. sopra*).

Urico: Mictualis, e (*Cael. Aur.*); urinae (*c. genet.*); ad urinam pertinens, attinens. - *Graece:* Uricus, a, um (*οὖρον* = *urina*).

Uruguay: Uruquaria, ae, f.; Uruquariana Respublica, *vel* Natio. - Monsvideus (*Montevideo, la capitale. - Lat. di Curia*).

Usciere: Ostiarius (*usciere, portinaio*), *vel* janitor. - Apparitor (*Cic. et a.* = *impiegato subalterno agli ordini di un pubblico magistrato; ordinanza; commesso*).

Usuale: Consuetus, v. g. verba consuetissima (*Ov.*); suetus (*consueto, solito*); solitus, v. g. more solito (*Ov.*), plus solito (*Liv.*), major solito (*Liv.*), solito formosior (*Ov.*), praeter solita (*Sall.*), super solitum (*Sen.*), ultra solitum (*Tac.*). - Usitatus, usitatior, usitatissimus (*Cic. et a.: usato, usuale*); v. g. nobis usitatum, usitatissimum est... (*inf.*); *vel* usu venit ut...; *vel* habere aliquid in usu (*Cic.*); *vel* est hoc mihi in usu... (*Plin.*). - Translaticius, *vel* tralaticius (*Cic. et a.*) = *tradizionale, consueto, secondo l'abitudine;* v. g. translaticia officia (*Plin.*). - Vulgaris, communis (*volgare, comune*).
— Usuarius (*Gell.*), usualis (*Dig.*) vocabula sunt serioris latinitatis.

Usufrutto: Usura, ae, f. (*Cic. et a.* = *uso e usufrutto*), v. g. « Natura dedit usuram vitae tamquam pecuniae » (*Cic., Tusc.* I, 39). - Usus fructus, *vel* ususfructus, us, m. (*Cic. et a.*), v. g. « usum fructum omnium bonorum suorum Caesenniae legavit, ut frueretur una cum filio » (*Cic., Coecin.* 4); usum fructum amittere (*Idem*); usus fructus alicui contingit (*Senec.*); usus et fructus fundi testamento viri fuerat Caesenniae (*Cic.* = *l'usufrutto del podere apparteneva a Cesennia per testamento del marito*).

Usufruttuario: Usufructuarius, i, m. (*Ulp., Dig. et a.*).

Usura: *V. Capitale, Interesse.*

Usuraio: Fenerator, *vel* foenerator (*Cic. et a.* = *in senso buono - chi presta denaro - ed anche in senso cattivo, usuraio*). - Feneratrix, foeneratrix (*Val. Max.* = *usuraia*). - Fenerator iniquus, iniquissimus (*usuraio iniquo, iniquissimo*).
— Tocullio, onis, m. (*Cic., Att.* II, 1, 12 = *usuraio*); vox est ex graeco fonte derivata (*τόκος* = *interesse*).

Utilitario: Utilis, e; ad utilitatem pertinens, attinens; ad usum pertinens, attinens; ad usum utilitatemque potissimum pertinens; usui consentaneus, accommodatus. - Autoraeda ad utilitatem potissimum conformata (*automobile utilitaria*).

Utilitarismo: Eorum ratio (doctrina), qui omnia ad utilitatem referunt.

Utopia: Commentum; commenticia res; vana res; vanae rei (*vel* commenticiae rei) cogitatio; somnium. - Somniator (*utopista*).
— *Graece:* Utopia, ae, f. (*ὀυ* = *non* - *τόπος* = *luogo; quindi cosa che non ha luogo, che non esiste*).

V

Vaccinare – Vaccinazione: *V. Vaiolo.*

Vaccino: Bubulus, a, um (*Varr.-Plaut.-Plin.* = *di bove, di vacca*); vaccinus, a, um (*Plin.*).

— Vaccinum serum (*siero vaccino*); vaccinum virus (*siero vaccino per innestare il vaiolo*). Qua significatione clarius dici potest: Vaccinum malae pusulae serum; vaccinum malae pusulae virus. - Virus, i, n. (*Cic.-Sen.-Plin. et a.*) significat = *velenô, ed anche succo, siero, sperma virile, mucilaggine.*

Vademecum: *V. Agenda.*

Vaduz: Vadum, i, n. (*cap. del Principato Liechtenstein - Lat. di Curia*).

Vaglia: *V. Cartolina vaglia.*

Vagone: *V. Ferrovia.*

Vaiolo: Mala pusula, *vel* pustula, ae, f. (*Vallauri*). - Variolae, arum, f. pl. (*Idem, vox med.*). - Luem malae pusulae a pueris avertere (*Idem* = *innestare il vaccino del vaiolo ai bambini*). - Aptius dixeris: Luem malae pusulae praevertere (*prevenire il vaiolo impedendo che venga*); *vel:* Luem malae pusulae medici insitione seri praevertere (*prevenire il vaiolo con l'innesto di un siero medicinale*); *vel:* Luem malae pusulae vaccini seri insitione praevertere; *vel:* Vaccinum virus medicamenti causâ alicui inserere; vaccinum malae pusulae serum alicui inserere medicamenti causâ.

— Vaccini viri insitio (*vaccinazione, innesto del vaiolo*); *vel:* Vaccini seri insitio; *vel clarius:* Vaccini seri (vaccini viri) insitio medicamenti causâ adhibita.

Valanga: Nivium moles e montibus devoluta, *vel* delapsa; ingens nivium rota e monte devoluta; ingens nivium globus e monte devolutus; ingens nivium glomus e monte delapsum. - Glomus, meris, n. (*gomitolo, rotolo*).

Valigia: Bulga, ae, f. (*Varr. et a.* = *valigia, sacca, borsa da viaggio*); crumena, ae, f. (*Plaut.* = *valigetta, borsetta*); vidulus, i, m. (*Plaut.* = *valigia o sacca di cuoio per viaggio*); pera, ae, f. (*Phaedr.* = *bisaccia*); hippopera, ae, f. (*Senec.* = *valigia o sacca da viaggio adatta per cavalcare*); capsula, ae, f. (*Senec. et a.* = *cassetta o valigia, in cui si tenevano specialmente vesti, libri* ecc.). - « Totus de capsula » (*Senec., Ep.* 115, 2 = *zerbinotto, bellimbusto; quasi esca tutto attillato e vestito a nuovo dal guardaroba*).

— Publicus Legatorum cursus (*valigia diplomatica, posta diploma-*

tica); *vel* vehicularius cursus ad publícos Legatos pertinens; *vel* cursualis bulga ad publicos Legatos pertinens, attinens (*la valigia diplomatica vera e propria*). - *V. Corriere diplomatico.*

Valle di lacrime: *V. Lacrime.*

Vallombrosano: Sodalis a Valle Umbrosa; monachus a Valle Umbrosa.

Valuta: Nummus, i, m. (*moneta, denaro*); nummorum vis, *vel* pecuniae vis (*valore della moneta*). - De re nummaria (*circa la valuta*). - Ceterarum gentium nummi (*valuta estera*). - Nummi italici, *vel* Italiae nummi (*valuta italiana*).

— Publica pecuniae permutatio (*Cic., Fam.* III, 5 = *cambio della valuta*).

Valvola: Valva; operculum. - Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo (*Cic.* = *valvola della trachea*). - « Valva » usurpatur plerumque in plur. num., ac significat *imposta, battente, apertura a modo di valvola, di porta, o di finestra.* Ponitur tamen etiam in sing. num. (*Petron., Satyr.* 96 *et a.*).

— *Valvola dell'elettricità:* Moderatrix electridis valva; tutoria electrici fluxus valva; tutorium electrici fluxus moderamen. - Filum tutoriae electrici fluxus valvae combustum est (*la valvola dell'elettricità si è fulminata*).

— *Valvola della radio:* Valva radiophonicae undae amplificatrix; valva radiophonici fluxus amplificatrix, moderatrix; lampas radiophonicae undae amplificatrix, moderatrix; làmpas radiophonici fluxus amplificatrix, moderatrix; radiophonicae capsae lampas (*V. Ac. Bresciani, Radiotelephonia, carmen,* p. 2).

— *V. Elettricità, Radio.*

Valzer: Rapidus choreae vortex (*Vox Urbis*).

Vanesio: Leviculus, a, um (*Cic., Tusc.* V, 36 = *vanerello, vanaglorioso*); subinanis (*Cic.*), v. g. quod est subinane in nobis (*Cic., Att.* II, 17 = *quel tanto di vanità che è in noi*); levis; plenus gloriarum (*Plaut.*); gloriosus (*Cic.* = *vanaglorioso*) v. g. miles gloriosus (*Cic.*); jactator (*Quint.* = *millantatore, vantatore*).

Vapore: *V. Piroscafo.*

Vaporiera: *V. Ferrovia.*

Varare - Varo: Navem deducere (*Caes.* = *varare*); *vel* navem in aquam deducere (*Liv.*); navem primitus in mare (in aquam, in undas...) deducere; navem ex navalibus deducere (*Liv.* = *trarre una nave dai cantieri, dall'arsenale, vararla*).

— Navis deductio (*varo*); navis ex navalibus deductio; navis deductio in mare, in aquam, in undas...

Varice: Varix, icis, c. (*Cic. et a.* = *varice; vena varicosa*). - Vericula, ae, f. (*Cels.* = *piccola varice*).

Varsavia: Varsavia, ae, f. (*Cap. della Polonia*).

Vasca da bagno: *V. Tinozza.*

Vassallaggio: Lex vectigalis (*Morcelli*). - Lege vectigali Dux Placentinis datus (*Idem* = *Fatto Duca di Piacenza con vassallaggio*).

— Clientela, ae, f. (*Cic. et a.* = *relazione fra cliente e patrono*); v. g. esse in alicujus clientela (*Cic.*); in alicujus clientelam se conferre *Cic.*); dicere se alicui in clientelam (*Caes.*); clientelae regiae (*Tac., Ann.* XII, 36 = *i re vassalli, soggetti*); magnae eorum erant clientelae (*Caes.* = *relazione di vassallaggio di un popolo più debole con altro più potente*).

— Servitus, utis, f. (*servaggio*). - Aliquem in servitutem dare alicui (*Liv.*); aliquem in servitutem abducere (*Cic.*); esse in servitute (*Cic.*); servitutem servire (*Cic.*); Graeciam servitute liberare (*Cic.*); depellere a civibus suis injustum illud servitutis jugum (*Cic.*); fundo servitutem imponere (*Cic.* = *un vincolo, una servitù*).

— Vassallitium, i, n. vox est infimae latinitatis (*Ducange*).

Vassallo: Stipendiarius (*Morcelli*). - Stipendiarius (*Cic.-Caes. et a.* = *tributario, soggetto a imposte*); v. g. civitas stipendiaria (*Caes.*); urbs stipendiaria (*Liv.*), homo stipendiarius (*Cic.*), aliquem sibi stipendiarium facere (*Caes.*), civitates nobis stipendiariae ac vectigales (*Liv.*), socii stipendiariique populi Romani (*Cic.*) - Princeps stipendiarius (*Principe vassallo*).

— Vectigalis (*Morcelli*). - Vectigalis, e (*Cic. et a.* = *tributario*); v. g. civitas vectigalis (*Cic.*), agri vectigales (*Cic.*), Suebos sibi vectigales facere (*Caes.*). - Princeps vectigalis (*Principe vassallo*).

— Cliens, entis (*Cic.* = *chi è sotto un patrono, ed ha verso di lui diritti e doveri*). - Cliens, entis, apud Caes. Sall. et a. significat etiam *vassallo, feudatario al servizio di uno più potente*. - Clientela, ae, f. (*Caes.-Tac.* = *vassallaggio ed anche vassallo*), v. g. clientelae regiae (*Tac., Ann.* XII, 36 = *Re vassalli*).

— A nonnullis hoc loco ponitur etiam: « ambactus » (Cf. *Caes., B. G.* VI, 15); itemque: « soldurius » (Cf. *Caes., B. G.* III, 22). Horum tamen vocabulorum haud satis certa significatio videtur potius esse = *servi stipendiati, associati, dati al servizio di uno più potente per la vita e per la morte.*

— *V. Feudo, Feudatario.*

Vassoio: *V. Guantiera.*

Velare una suora: Virginem inducto velo consecrare; virginem velo

obnuptam Deo dedicare. - Sacro virginum velo inaugurari, consecrari (*prendere il sacro velo*). - *V. Monacare.*

Velivolo: *V. Aeroplano.*

Velocipede: *V. Bicicletta.*

Venditore ambulante – Ciarlatano – Ciarlatanesco: Circulator, oris (*Sen. et a. = venditore ambulante, ciarlatano, rigattiere, filosofo da burla*). -

— Circulatorius, a, um (*Quint. = ciarlatanesco*); v. g. circulatoria jactatio, volubilitas (*Quint. = vanteria, scioltezza ciarlatanesca*). - Circulari (*Cic. et a. = far crocchio a modo dei venditori ambulanti e ciarlatani*).

— Institor, oris, m. (*Cic., Hor. et a. = merciaiolo ambulante, venditore al minuto*). - *V. Agente.*

— Ambulator, oris, m. (*vagabondo ed anche venditore ambulante*); v. g. « Transtiberinus ambulator, qui pallentia sulphurata fractis permutat vitreis » (*Martial.* I, 42, 3). - Circumforaneus (*girovago, venditore ambulante, ciarlatano.* Cf. *Cic., Cluent.* IV, 40 - *Suet., Vitell.* 12). - *V. Dulcamara.*

Venerazione: Veneratio, onis, f. (*riverenza verso gli Dei e gli uomini eccellenti, ed anche venerabilità*); v. g. « Habet enim venerationem justam quidquid excellit » (*Cic., Nat. D.* I, 17).

— Verecundia, ae, f. (*timidezza - costumatezza - riverenza e rispetto verso gli Dei, l'autorità, le leggi*); v. g. verecundia Deorum, legum, Regis, amicorum (*Cic.-Liv.*).

— Reverentia, ae, f. (*timidezza, stima, venerazione*); v. g. reverentia poscendi (*Prop. = timidezza nel chiedere*), reverentia adversus homines (*Cic.*), reverentiam alicui praestare (*Plin.*), reverentia parentibus debita (*Quint.*).

— Cultus (*venerazione, culto degli Dei e degli uomini*). - Religio (*religione, sentimento religioso, pietà e devozione verso la divinità, vincolo sacro*), v. g. « deorum cultus religionumque sanctitates » (*Cic.*); animi religio (*Liv.*); jurisjurandi religio (*Caes.-Cic.*).

Veniale: Veniâ dignus; cui ignosci potest; levis; v. g. leve peccatum (*peccato veniale*). - *Contra:* mortiferum (lethale, lethiferum) peccatum (*peccato mortale*). - Vox « venialis » cadentis est latinitatis (*Macrob.-Sidon.*).

Venezuela: Venetiola, ae, f.; Foederatae Venetiolae Civitates (*Stati Uniti del Venezuela*). - Caracae, arum (*Caracas, la capitale*).

Ventaglio: Flabellum, i, n. (*Ter.-Martial. et a.*) « Cape hoc flabellum: ventulum huic sic facito (*Ter., Eun.* III, 5, 47 = *prendi il venta-*

glio e fagli un po' di vento). « Flabello tenue ventilare frigus alicui aestuanti » (*Cf. Martial.*, III, 82 = *fare un po' di vento col ventaglio ad uno che ha caldo*). Ventilare flabellum (*agitare il ventaglio, sventolarsi*). - Plicatile flabellum (*ventaglio pieghevole*). Adjectivum « plicatilis, e » habetur apud Plinium. - Flabellifer, a, um (*Plaut.* = *portatore o portatrice del ventaglio*); v. g. ancillae flabelliferae.

Ventilare - Ventilato - Ventilazione: I. Perflare; v. g. « Nubilarium fenestras habere oportet ex ea parte, unde commodissime perflari oportet » (*Varr., R. R.* I, 13 = *È necessario che il portico abbia le finestre da quella parte, da cui possa essere ventilato comodissimamente*); « venti ruunt et terras turbine perflant » (*Virg., Aen.* I, 87); venti nubila perflant; perflare domum; domus perflatur (*la casa è ventilata*).

— Aëra per fenestras in cubiculum admittere (*ventilare, arieggiare la stanza*); aëra, ventum immittere in ... (*arieggiare, ventilare*).

— Ventilare (*agitare, muovere, dar vento*); v. g. ventilare frumentum; fruges frumenta ventilantur (*Varr. et a.*); ventilare flabellum (*agitare il ventaglio*); flabello tenue ventilare frigus alicui aestuanti (*Martial.*).

— Perflatus, us, m. (*Plin.-Cels.* = *ventilazione, movimento d'aria*); v. g. « aeger positus loco non calido, fenestris patentibus, sic ut perflatus quoque aliquis accedat » (*Cels.* III, 19); « aedificium habens perflatum aestivum, et solem hibernum » (*Idem*, I, 2). - Ventilatio, onis, f. (*Plin.* XXIII, 1, 6).

— Perflabilis (*Cic.* = *che può esser arieggiato, ventilato*); ventosus (*ventilato, arieggiato*); vento pervius; regio ventosissima (*Liv.*).

II. Rem agitare, perpendere, reputare, considerare; de re agere, disputare (*ventilare una cosa*); v. gr. bellum in animo agitare; rem in mente (*Cic.*); rem mente; rem animo (*Cic.*); rem secum (*Sall.*); rem cum animo agitare (*Sall. fragm.*).

Ventilatore: Ventigenum instrumentum. - Adjectivum « ventigenus, a, um » usurpatur a Lucretio VI, 701 = ventum gignens.

— Flabellum electricum; *vel* flabellum electride actum; *vel* ventigenum instrumentum electride actum (*ventilatore elettrico*).

— Non autem hac significatione usurpari potest, ut nonnulli faciunt (*Luciano*) vox « spiramentum » (= *spiraglio, apertura per cui entra il fiato, l'aria, il vento*); v. g. spiramentum animae (*i polmoni*), spiramentum cavernarum etc. ...

— Neque vocabulum, quod hoc loco alii ponunt (*Mariano*) « ven-

tilator, oris, m. ». Quae quidem vox apud Quintilianum X, 7 significat *prestigiatore, giocoliere;* apud Columellam II, 10 = *colui che agita per aria il frumento e i legumi per spularli o pulirli.*

— Neque denique « ventilabrum, i, n. » (*Colum. et a.* = *pala per spulare o ventilar biade*).

Verbale: (*nomen*) Perscriptio, onis, f. (*Cic. et a.* = *scrittura ufficiale, registrazione*). - Aliquid in tabulis consignare, *vel* aliquid litteris consignare (*Cic. et a.* = *porre per iscritto, registrare, mettere a verbale*); aliquid in tabulas referre, *vel* in tabulas perscribere (*Cic. et a.* = *mettere a verbale, registrare*).

— (*adjectivum*) Ad verbum pertinens; verbi (*c. genet.*).

Veridicamente: Vere; verissime; ex fide (*sinceramente, secondo coscienza*); bona fide, *vel* ex bona fide (*Cic. et a.* = *sinceramente, in buona fede, in buona coscienza*); ex historiae fide (*Cic., Qu. fr.* I, 1 = *secondo verità storica*); ex vero, *vel* ex veritate (*Cic.* = *secondo verità*); ex re (*Cic. et a.* = *secondo realtà*).

Verifica: Recognitio; inspectio; probatio. - Recognoscere; inspicere; exquirere; probare; comprobare; in trutina ponere; *vel* trutinâ examinare, pensare (*far la verifica, esaminare*).

— Re diligenter explorata; re diligentissime explorata ac perspecta (*fatta una accurata verifica*).

Verismo: Nimia veri imitatio; nuda veri repraesentatio. - Vocabulum « repraesentatio » apud Quintilianum et Plinium significat *viva immagine o rappresentazione di una cosa, quasi resa presente agli occhi.*

Verista: Nudae veritatis scriptor, *vel* descriptor; nimius nudae veritatis imitator, *vel* descriptor. - Vox tamen « descriptor » est serioris latinitatis (*Lactan.*). - Nudae veritatis pictor (*pittore verista*), *vel* pictor, nimius veritatis imitator.

Verme solitario: *V. Tenia.*

Vermicelli: *V. Lasagne.*

Vermuth: Vinum absinthio medicatum; vinum absinthio conditum (*dalla parola tedesca « wermuth » = assenzio. - V. Panzini, Dizionario moderno*). - Potionem vini, absinthio medicati, honoris causa dare (*offrire un vermuth d'onore*). - Voces « conditus, et medicatus, a, um » significant etiam *profumato, aromatizzato.*

Verone: *V. Balcone.*

Versaglia: Versaliae, arum, f. pl.

Verseggiare – Verseggiatore: Versus facere, *vel* fundere (*Cic.* = *far versi*); v. g. versus hexametros fundere ex tempore (*Cic.*). - Ver-

sificare (*Quint.* IX, 4, 143 = *verseggiare*). - Versificator (*Idem* = *verseggiatore*). - Versificatio (*Idem* = *il verseggiare*). - Versificator quam poëta melior (*Idem*).

Versione: *V. Traduzione.*

Vertenza: Causa; res; res, *vel* causa de qua agitur. - Causa (res) vertitur in aliqua re (*Cic. et a.* = *la vertenza si aggira su ...*); cum circa hanc fere consultationem disceptatio omnis verteretur (*Liv.* = *essendo la vertenza quasi tutta circa ...*); in eo vertebatur (*impersonale; vel* in eo disceptatio vertebatur) utrum ... an ... (Cf. *Liv.* XXXIX, 48, 3).

Vescovado – Vescovato: Pontificatus, us, m. (*Morcelli*) v. g. « Pontificatibus gradatim tribus Cerviensi, Sabino, Tusculano sancte perfunctus » (*Idem: Vescovo successivamente di Cervia, Sabina e Frascati*). - *Graece:* Episcopatus, us, m.; episcopale munus; episcopalis dignitas; episcopalis sedes.

Vescovile: Pontificalis (*Morcelli*), *vel* Pontificius (*Cic. et a.* = *Pontificale, Pontificio*). - Aedes Pontificales (*Morcelli: Palazzo Vescovile*). - Urbs Solii Pontificalis honore honestata (*Città fatta sede vescovile*). - *Graece:* Episcopalis.

Vescovo: Pontifex; Antistes; sacrorum Antistes. - *Graece:* Episcopus. — Vice sacra Antistes religionum per Sabinos (*Morcelli: Vescovo ausiliare in Sabina*); *vel* Episcopus auxiliaris, auxiliarius. - Spoliatus Pontificatu atque a sacris remotus (*Idem* = *deposto e scomunicato*). - Ecclesiae Asculi Picentium administrator datus (*Idem* = *Vescovo Amministratore di Ascoli Piceno*). - Post Pontificatum Cenetensem Pontifex Ecclesiae Vicentinae (*Idem* = *Vescovo prima di Ceneda, poi di Vicenza*). - Primus e civibus Episcopus patriae suae (*Idem* = *primo Vescovo concittadino*). - Pontificatu abire jussus (*Idem* = *costretto a rinunziare al Vescovato*).

Vespro: I. Hesperus, i, m. (*Cic. et a.*); vesper, eris, *vel* vesper, i, m. (*Virg.-Hor. et a.*); stella Veneris = *la stella vespero.*

II. Vesper, eris; *vel* vesper, i, m.; *vel* vespera, ae, f. (*Cic. et a.*) = *vespro, la sera.* - Primo vespere (*Caes.*); sub vesperum (*Idem*); ante vesperum (*Cic.*); ad vesperam (*Cic.* = *verso sera*); vespere, *vel* vesperi (*Cic.* = *di sera*); circa vesperam (*Suet.*); vespera (*Suet.* = *di sera*); vespera aut noctu (*Idem*); a mane usquè ad vesperam (*Idem*); heri vesperi (*Cic.*); tam vesperi (*Ter.*); prima vespera (*Liv.*); vespertinis temporibus (*Cic.*).

III. Horariae preces vespertinae (*vespro, preghiera liturgica*). - *V. Breviario.*

Vessillifero: Signifer (*Caes.-Cic. et a.*). - Signifer Pontificis Maximi (*Jozzi, Lexicon Epigr. = Vessillifero di S. Chiesa*).

Veterinario: Veterinarius (*Colum.*); seu qui veterina (*bestie da soma*) curat, et medicinam veterinariam exercet. - Medicus pecorum; medicus ovium; medicus equarius (*Val. Max.*) etc.

Vetrata: *V. Invetriata.*

Vetreria – Vetraio: Vitreariorum officina; vitreae artis officina (*Vetreria*). - Vitrearius, *vel* vitriarius, *vel* vitrarius, i, m. (*Senec. et a. = vetraio, fabbricatore di vetri*). « Cuperem Posidonio aliquem vitrearium ostendere, qui spiritu vitrum in habitus plurimos format, qui vix diligenti manu effingerentur » (*Sen., Ep.* 90, 31 = *Desidererei far vedere a Posidonio un vetraio, il quale col soffio dà varie forme al vetro, in maniera che non si potrebbe far meglio con un'abile mano*).

Vetturale – Vetturino: Raedarius, *vel* redarius, ii, m. (*Cic., Mil.* 29).

Via Crucis: Iter Iesu Christi patientis. - *V. Esercizio della Via Crucis.*

Via Lattea: Orbis lacteus (*Cic., Rep.* VI, 16); via lactea (*Ovid., Met.* I, 168).

Viale: *V. Piazza.*

Viatico: I. Viaticus, a, um (*attinente al viaggio*); v. g. cena viatica (*Plaut. = banchetto d'addio*). - Viaticum, i, n. (*provvigione per il viaggio*), v. g. viaticum congerere (*Cic.*), viaticum alicui dare (*Plaut.*).

II. Sanctum Christi corpus in viaticum morientibus allatum, datum (*Vallauri*). - Sacram deferre synaxim ad aegrotantem (*Jozzi, Lex. Epigr.*).

— Caeleste viaticum; sempiternae assequendae beatitati viaticum; Eucharisticum viaticum. - Properantem ad mortalem exitum Eucharistico viatico munire, reficere, enutrire. - Aliquem ad mortem oblanguescentem caelesti viatico reficere. - Alicui sub horas extremas Eucharisticum viaticum impertire. - Sub horam extremam quae gradus est ad aeternitatem, aliquem angelorum viatico munire, confirmare, reficere.

Vicariato: Vicarii munus (*vicariato come ufficio*). - Vicarii sedes (*vivariato come sede*). - Vicariatus, us, m. (*Lat. Eccles.*).

Vicario: Vicarius, a, um (*adjectivum*); vicarius, ii, m. (*Cic. et a. = chi tiene le veci di uno, sostituto, rappresentante*). - Curio minor (*Morcelli = Vicario in una parrocchia*); *vel* curio sacra in subsidium administrans; *vel* curionis adjutor (*Idem*).

— Vicaria potestate fungens; vicario munere fungens; vice sacra fun-

gens (*Morcelli*). - Card. vice sacra Urbis Antistes, *vel* vicaria potestate Urbis Antistes, *vel* vice sacra Antistes religionum Urbis (*Morcelli* = *Cardinale Vicario di Roma*).

— Vicaria potestate Antistes; vicaria potestate fungens; vice sacra Antistes (*Morcelli* = *Vicario Generale di una Diocesi*). - Antistitis Bononiensium vice sacra functus (*Idem* = *Vicario Gen. di Bologna*). - Vicaria potestate in Ecclesia Cremonensi functus (*Id.* = *Vicario Gen. di Cremona*). - Vicaria potestate in Ecclesia Brixiensi functus annos VII (*Id.* = *Vicario Gen. di Brescia per sette anni*). - Vice sacra fungens splendidissimi Ordinis Canonicorum Vatic. (*Id.* = *Vicario del Reverendissimo Capitolo Vaticano*). - Curio Agatheanus, infulis exornatus, vicaria potestate in Eccl. Cremonensi functus (*Id.* = *Parroco Mitrato di S. Agata, Vicario Gen. di Cremona*).

— Canonicus et per interregnum vice sacra Antistes (*Id.* = *Canonico e Vicario Capitolare*). - Vicaria potestate fungens per interregnum (*Id.* = *Vicario Capitolare*). - Per interregnum vicaria potestate functus; *vel* vicaria praefectura per interregnum functus (*Idem*).

— Archipresbyter vicaria potestate exornatus (*Id.* = *Arciprete Vicario Foraneo*); *vel* Archipresbyter vice sacra functus (*Idem*).

Vice-Ammiraglio: Alter a navarcha, *vel* a navarcho; proximus a navarcha, *vel* a navarcho; alter a praetore navali; proximus a praetore navali. - *V. Ammiraglio.*

Vice-Brigadiere: Alter a manipulari praefecto; proximus a manipulari praefecto. - *V. Brigadiere.*

Vice-Camerlengo: *V. Camerlengo.*

Vice-Cancelliere: Proximus a Cardinali (*vel* alter a Cardinali) diplomatis (*vel* diplomatibus) Pontificis Maximi praeposito (*Vice-Cancelliere di S. R. C.*).

— *V. Cancelliere.*

Vice-Console: Proconsul, ulis, m. - Consulis vices gerens.

Vice-Datario: *V. Datario.*

Vice-Gerente: Sacras in Urbe vices gerens; in Urbe vices gerens (*Acta Leonis*).

Vice-Governatore: Vicaria praefectura fungens, *vel* functus (*Morcelli*)

Vice-Legato: Prolegatus (*Morcelli*).

Vice-Luogotenente: Prolegatus exercitus (*Morcelli*).

Vice-Prefetto: Alter a Praefecto; proximus a Praefecto; Praefecti vices gerens.

Vice-Presidente: Alter a Praeside; proximus a Praeside; Praesidis vices gerens.

Vice-Re: Prorex, egis, m. (*Vallauri*); haec tamen vox apud nullos invenitur latinitatis scriptores optimos, et in Lex. Forcell. improbatur.

— Interrex, egis, m. (*Liv.-Cic. et a. = Reggente o sovrano provvisorio dopo la morte del Re e fino alla nomina del successore*).

— Regis vicarius; Regis vices gerens. - In Lexico Morcelliano habetur: vice sacra administrans; vice sacra regens; vice sacra imperans. - Serenissimus Eugenius Napoleo vice sacra imperans (*Morcelli: Eugenio Napoleone Vicerè*). - Magni Principes prosapiae augustae Insubres ac Venetos vice sacra regentes; *vel* vicaria Regis maximi potestate Insubres Venetosque regentes (*Id. = Vicerè e Viceregina del Regno Lombardo Veneto*). - Aragoniae, Siciliae, Sardiniae vice sacra imperans (*Id. = Vicerè d'Aragona, di Sicilia e di Sardegna*). - Quibus ex dictionibus patet regiam potestatem aliquid sacrum haberi.

Vice-Segretario: Alter a scriba; proximus a scriba; scribae vices gerens. - *V. Segretario.*

Vicendevolmente: Invicem; v. g. invicem diligere (*Plin.*); haec pugnare invicem ostendit (*Quint.*); flagitia invicem objectare (*Tac.*); salutare invicem (*Phaedr.*); invicem se anteponere (*Tac.*); invicem se occidere (*Eutr.*); invicem se obtrectare (*Tac.*). - Non autem: « ad invicem ».

— Vicissim, *vel* per vices (*a vicenda, vicendevolmente; in seguito; a sua volta*); v. g. te audire vicissim vellem, cum ipse tam multa dixissem (*Cic.*); terra uno tempore florere, deinde vicissim horrere potest (*Cic.*); expecto quid ille tecum, quid tu vicissim (*Cic.*); nos tamen haec quocumque modo tibi nostra vicissim dicemus (*Virg., Ecl.* V, 50).

— Mutuo; v. g. me mutuo diligas (*Planc. in Cic.*); mutuo de se sentire (*Cic.*); officia cum aliquo mutuo exercere (*Suet.*).

— Inter se, inter nos, inter vos, inter ipsos; v. g. amare inter se (*Cic.*); timere inter se (*Nep.*); aspicere inter se (*Cic.*); colloqui inter se (*Cic.*); inter se repugnare (*Cic.*); fit caedes civium inter se (*Cic.*); augere inter se opinionem (*Liv. = accrescere la stima reciproca*).

— Alter... alter; v. g. duae negationes altera alteram elidunt; alter alterum diligit.

Vicinanza - Vicinato: Propinquitas (*l'esser vicino*); v. g. propinquitas loci (*Cic.*); propinquitas hostium (*Caes.*); ex propinquitate pugnare (*Caes.*). - Propinquitas significat etiam *parentela* (*Cic.*); sicut pro-

pinquus (*Cic.*), *vel* genere propinquus significat *parente, congiunto in parentela.*

— Vicinitas (*vicinanza, luogo vicino*); v. g. in Umbria atque in ea vicinitate (*Cic.*); propter vicinitatem totos dies simul eramus (*Cic.*). - Significat etiam *il vicinato, i vicini;* v. g. si te libenter vicinitas videbit (*Cato, R. R.* 4); vicinitatem, antea sollicitatam, armis exornare (*Sall.*); Sex. Roscius non modo sui municipii, verum etiam ejus vicinitatis facile primus (*Cic.*). - Itemque significat *similitudine, affinità;* v. g. est quaedam virtutibus ac vitiis vicinitas (*Quint.* III, 7).

— Vicinia (*luogo vicino, vicinato*); v. g. inde in vicinia nostra Averni lacus (*Cic.*); in vicinia urbis (*Colum.*); commigravit huc viciniae (*Ter.*); mortem in vicinia videre (*Sen.*). - Hic viciniae (*Ter. = nelle vicinanze, stato in luogo*); huc viciniae (*Ter. = nelle vicinanze, moto a luogo*); ex vicinia (*dalle vicinanze*). - Significat etiam *somiglianza, affinità;* v. g. est quaedam virtutum vitiorumque vicinia (*Quint.* II, 12); crystalli vicinia, lactis vicinia (*Plin. = somiglianza o affinità col cristallo, col latte*).

Vidimare: *V. Ratificare.*

Vigilare: Vigilare (*vegliare*); *a*) proxima nocte (*Cic.*); ad multam noctem (*Cic*); usque ad lucem (*Ter.*); vigilata nox (*Ovid.*); vigilati labores (*Ovid.*); vigilantes curae (*Cic.*); *b*) Vigilare pro aliquo (*Cic. = vegliare, aver cura di...*); vigilare ut ... ne ... (*Cic.*); vigilare studiis (*Prop.*).

— Invigilare (*esser attento, aver gran cura*); v. g. publicis utilitatibus (*Plin.*); poenis tuis (*Prop.*); pro nostris casibus (*Ovid.*). - Non indormire alicui rei; v. g. tantae causae (*Cic.*).

— Evigilare in aliqua re (*Cic.*); v. g. in quo evigilarunt curae et cogitationes meae (*Cic.*). - Evigilare libros (*Ovid.*) idem significat ac elucubrare libros (*Cic. et a. = scrivere vegliando*). Consilia evigilata cogitationibus (*Cic. = accuratamente meditati*).

— Advigilare pro aliquo, ad aliquid, alicui; v. g. advigilare pro rei dignitate (*Q. Cic.*); advigilare ad custodiam urbis (*Cic.*); advigilare nepoti (*Tibull.*).

— Excubare; v. g. excubare pro aliquo (*Cic. = esser vigilante per...*); excubare pro castris (*Caes.*); in armis (*Caes.*); ad mare (*Caes.*); ad portum (*Caes. = detto di navi*).

Vigile del fuoco: *V. Guardia, in fine.*

Vigilia: Pridie (*gen. - acc.*); v. g. pridie diem festum; pridie illius diei.

— Praeludium (*Morcelli*); v. g. praeludium diei Pentecostes (*Idem*).

- Hoc tamen vocabulum hac significatione apud nullum invenio latinitatis scriptorem optimum.

— Pervigilium (*Liv. et a. = veglia religiosa*). - Pervigilium agere (*Suet.*), indicere (*Idem*), celebrare (*Tac.*). - Pervigilatio (*Cic.*) seu actus pervigilandi. - Vigilia (*Cic. et a. = veglia, il vegliare, la guardia notturna, vigilanza ed operosità*); v. g. vigilias agere (*Cic. = montar la guardia*); prima, secunda, tertia ... vigilia (*Liv. et a.*); urbs vigiliis munita (*Cic.*); nostra vigilia et prospicientia (*Cic. = la nostra vigilanza e previdenza*).

— *V. Digiuno.*

Viltà: *V. Avvilimento.*

Violino – Violinista – Violoncello: Fidicula, ae, f. (*Cic. et a.*), seu parva cithara (*violino*); fidicen, inis (*Cic. et a. = suonatore di strumento a corda, violinista*).

— Fides, *vel* fidis, is, f. (*strumento a corda, cetra, lira*). - Fidis major, *vel* fides majores (*violoncello*); fidicen major (*violoncellista*). - Fidis et fides fere adhibentur in plurali numero: v. g. fidibus canere praeclare (*Cic.*); fidibus uti (*Cic.*); fidibus discere (*Cic.*); fidibus docere aliquem (*Cic.*); fidibus cantare (*Plaut.*). Apud poëtas solummodo haec vox invenitur in singulari numero.

Virago: *V. Donna.*

Virare di bordo: Navigii cursum detorquere (*Vallauri*).

— *Virare una fotografia: V. Fotografia.*

Virtuale – Attuale – Virtualmente – Attualmente: Actu exsistens, *vel* vigens; praesens (*attuale*). - Nunc; in praesenti (*Cic.*); praesenti tempore (*Ov.*); in praesentia (*Cic.*); in praesens (*attualmente, adesso, presentemente, nel momento, per il momento*). - Actu (*attualmente*).

— Non re, sed vi virtuteque exsistens (*virtuale*). - Non re, sed vi virtuteque (*virtualmente*). - Vi virtuteque.

— Voces « actualis, actualiter » itemque « virtualis, virtualiter » quamvis infimae sint latinitatis, rem tamen aptius significant; quamobrem interdum scribere vel dicere opportunum erit: actualis ut ajunt; virtualis ut dicitur etc.

— *V. Potenziale, Potenzialmente.*

Visconte: Vicecomes, itis (*Vallauri*). - Vicecomitis dignitas, munus, ditio (*viscontado o viscontea*). - Vicecomitis filia, uxor; *vel* nobilis vicecomitis uxor, nobilis filia vicecomitis (*viscontessa, viscontessina*).

Visibile: *V. Invisibile.*

Visione: *V. Apparizione.*

— Prospectus, us, m. (*vista o veduta da lontano*); v. g. porticus prospectu pulcherrimo (*Cic. = portico da cui si gode una vista o panorama magnifico*).

Visita – Visitare: I. Salutatio, onis, f. (*Cic. = il salutare ed anche visita di omaggio o di amicizia*); v. g. armis demissis, salutationem more militari facere (*Auct. B. Afr. = fare il saluto militare*); dare se salutationi amicorum (*Cic. = far visite agli amici*); ubi salutatio defluxit (*Cic. = quando la visita è finita, è trascorsa*).

— Adventus, us, m. (*Cic. et a.*), v. g. adventus ad aliquem (*il recarsi da uno*), adventus hospitis, amicorum (*la venuta*). - Discursatio (*il recarsi qua e là*), v. g. discursatio per urbem (*Senec., De brev. vitae* III, 2) = *fare un giro per la città, visitare la città.*

— Non autem: visitatio, onis, f.; quae quidem vox, hac significatione, est serioris latinitatis (*Tertull.*). - Visitatio apud Vitruvium aliud significat, nempe *il mostrarsi, l'apparizione di una cosa.* « Luna quoniam cum sole est, nova vocatur; postero autem die, quo numeratur secunda, praeteriens a sole, visitationem facit tenuem extremae rotundationis » (*Vitruv.* IX, 4).

— *Far visita:* Adire aliquem; convenire aliquem; visere aliquem (*Cic. et a.*); ut viderem te et viserem (*Cic.*); it visere ad eam (*Ter.*); visitare aliquem (*Cic.*); aegrum visitare (*Suet.*), invisere aliquem (*Cic.*); invisere domum nostram, res rusticas (*Cic.*), domos et res suas (*Liv.*); urbes invisere (*Virg.*); revisere aliquem, domum (*Liv. et a.*); intervisere aliquem (*Cic.*), uxorem (*Suet.*), manipulos (*Tac.*) = *visitare di tanto in tanto.*

— *Restituire la visita:* Alicui salutationis officium rependere. - Aliquem pro officio revisere.

II. *Visita al SS. Sacramento:* Adoratio Sacramenti Augusti (*Morcelli*). - Piae ad divina tabernacula salutationes (*Acta Leonis*); piae ad Eucharistica tabernacula salutationes.

III. *Visita Pastorale:* Dioecesim pro potestate praesens invisit (*Vallauri: fece la visita pastorale*). - Dioecesim pro pastorali officio perlustrare, *vel* lustrare.

IV. *Visita Apostolica:* Ditionem episcopalem Romani Pontificis jussu et potestate ejus invisere (*far la Visita Apostolica in Roma*). - Sacrum Episcopi territorium cum Pontificia auctoritate lustrare (*Anon., Lex. It.-Lat.*).

V. *Biglietto da visita: V. Biglietto.*

Visitazione: Festum D. N. Mariae hospitae (*Morcelli = Festa della*

Visitazione della B. V. Maria). - Sollemnia ob memoriam Mariae hospitae (*Idem*). - Sollemnia quod hoc die Virgo Sancta Elisabethen cognatam puerperii caussa invisit (*Idem*).

Vista: *A prima vista:* prima facie (*Senec.*); « quorum nullum est tam mirabile, quam prima facie videtur » (*Idem*).

— *Di vista:* facie; v. g. « aliquem facie cognoscere, *vel* noscitare (*Cf. Liv.* XXII, 6); litteras facie nosse (*Quintil.*); facie spectabilis (*Ovid.*). - De facie (*Cic.*). « Quem ne de facie quidem nosti (*Cf. Cic., Pis.* 32).

— *In vista:* In conspectu esse (*essere in vista*); v. g. jam in conspectu erant exercitus (*Liv.*).

— *Punto di vista: a*) Locus unde prospicitur; locus unde prospectus est; locus prospectu pulcherrimo (*luogo da cui si gode un magnifico punto di vista*). *Cf. Cic., Dom.* 44: « Porticus prospectu pulcherrimo ». - *b*) Ratio; alicujus ratio; alicujus consilii (*vel* sententiae) ratio (*punto di vista, da cui si giudica una cosa*). - Meo judicio (*secondo il mio punto di vista*). - Fallaci judicio cernere, videre, nosse (*guardare, giudicare sotto un falso punto di vista*). - Recte judicare, cernere, videre (*giudicare, guardare sotto un giusto punto di vista*).

— *Pascer la vista:* Oculos pascere in aliqua re (*Cic.*); oculos animumque pascere aliqua re (*Cic.*).

Visuale: (*adjectivum*) Ad visum pertinens, attinens (*riguardante la vista*). - *V. Invisibile, Visibile.* - Adjectivum « visualis, e » cadentis est latinitatis.

— (*nomen*) Prospectus, us, m.; v. g. porticus prospectu pulcherrimo (*portico da cui si gode una visuale magnifica*).

Vitalità: Vis vitalis; vitalis vigor; vitale robur.

Vivere alla giornata - **Vivere a giornata**: *V. Giornata.*

Vivificare - **Vivificante** - **Vivifico** - **Vivificato** - **Vivificatore**: Vitam dare, impertire alicui (*vivificare*). - Spirare vitam (*quasi diffondere la vita, alitare la vita*); quemadmodum dicitur: spirare amores (*Hor.*), divinum spirare odorem (*Virg.*). - Animare (*dar fiato, dar l'anima, render vivo*); v. g. « Quidquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat » (*Pacuv. apud Cic., Divin.* I, 57). - « Semen animatur corporaturque » (*Plin.* VII, 15, 13). - « Animare arbores cotidianis rigationibus » (*Pallad.* IV, 10).

— Animans, antis (*vivificante*); v. g. « Terrae halitus animans florem » (*Plin.* XI, 23, 27). - Animantes imagines (*Cic.*) = *immagini vive, vivificate.*

— Vitalis; vivax; vividus; vitam spirans: v. g. vis vitalis (*Cic.* = *principio vitale, che dà la vita*); spiritus vitalis (*Cic.*); vita vitalis (*Enn. apud Cic., De Amic.* 22 = *vita vera, che dà vita*); vivax solum, caespex (*Ovid.*), gratia (*Hor.*), virtus (*Ovid.*); vividum ingenium (*Liv.*), vividus animus (*Tac.*), vivida virtus (*Virg.*), spiritus vividior (*Val. Max.*); spirantia signa, spirantia aera (*Virg.* = *spiranti vita, che sembrano vivi*); vitam spirans, vitam impertiens, vitae largitor (*vivificante, vivificatore*).

— Almus, a, um (*che dà la vita, vivificante*); e. g. almus sol (*Hor.*), almus ager (*Virg.*), alma parens (*Virg.*).

— Non autem: vivificare, vivificus, vivificans, vivificator; quae voces sunt serioris latinitatis (*Prudent.-Ammian.-Apul.-Tertull.*).

Vizio: *V. Ingolfarsi nei vizii.*

Vocale: Vocalis, is, f. (*Quint.*: scilicet littera); vocales, ium, f. pl. (*Cic. et a.*) = *le vocali.*

— *Preghiera vocale:* Precatio viva voce facta; precatio vocalis (*Acta Leonis*). - « Precationem facere » habetur apud Livium XXXIX, 18. Adjectivum autem « vocalis, e » significat *ad alta voce, sonoro;* v. g. carmen vocale (*Ovid.*), sonus vocalis (*Tac.*), verba vocaliora (*Quint.*), vocalissimus aliquis (*Plin.* = *di voce fortissima*). - *Preghiera mentale: V. Mentale.*

— *Musica vocale:* Vocis cantus, us, m.; vocum concentus, us, m.; cantus, *vel* concentus vocibus (*vel* voce) datus. - « Dare cantus » « dare cantum » legere poteris apud Virgilium et Ovidium. - « Vocum et tibiarum nervorumque cantus » (*Cic.*). « Cotidiano cantu vocum, et nervorum, et tibiarum tota vicinitas personat » (*Cic., Rosc. Am.* 46) = *Musica vocale e strumentale. - V. Strumentale.*

Vocazione: I. Indoles; v. g. praeclara indoles ad dicendum, ad virtutem (*Cic.*). - Animi inclinatio ad aliquid, voluntatis inclinatio ad aliquid (*Cic. et a.*). - Mens, voluntas inclinata ad ...; animus inclinatus, inclinatior ad ... (*Liv.*). - Ingenium; v. g. ingenio suo vivere (*Liv.* = *vivere secondo la propria indole o vocazione naturale*); redire ad ingenium (*Ter.*); naturali ingenio ad aliquid vocari. - Adversante et repugnante natura; invita, ut aiunt, Minerva (*Cic.* = *contro vocazione, contro natura*). - Abhorrere ab aliqua re; alienum esse ab aliqua re (*Non aver vocazione per ...*).

II. *Vocazione ecclesiastica:* Ad sacerdotium animi inclinatio; *vel* ad sacra capessenda munia inclinatus animus; *vel* ad sacerdotium inclinata voluntas; *vel* quaedam ad sacerdotium ineundum (suscipiendum) indoles. - Divinitus ad sacra capessenda munia vo-

cari; divino afflatu ad sacerdotium vocari; divino quodam instinctu ad sacerdotium vocari; sacerdotium, *vel* sacerdotalia munera percupere, affectare, consectari; ad sacerdotium niti, *vel* studiosissime contendere; ad sacerdotium divino quodam instinctu actus (ductus) contendit ... (*aver vocazione ecclesiastica*). - In sacrum ordinem ausi sunt, invito Deo, se injicere (*Acta Leonis* = *farsi sacerdoti senza vocazione*).

— Non autem: vocatio, onis, f.; quod quidem vocabulum invitationem ad caenam significat (*Catull.* 47, 5); *vel* actionem vocandi aliquem in jus (*Varr. apud Gell.* 13, 12) = *citazione in giudizio.* - Legitur tamen apud christianos latinitatis scriptores (*S. Augustin.-S. Hier.*) hoc vocabulum peculiari hac significatione usurpatum: divina vocatio; ad sacra munera vocatio; ad sacerdotium divina vocatio; ad sacra ineunda munera vocatio.

Voce attiva-passiva: Ius suffragii ferendi, *vel* ineundi suffragii; jus ferendi suffragium, *vel* ineundi suffragium (*voce attiva*). - Ius utendi, *vel* fruendi alieno suffragio (*voce passiva*). - Ius utriusque suffragii; jus sui alienique suffragii; jus sui ferendi alienique excipiendi suffragii (*voce attiva e passiva*).

Volante: Rotula moderatrix; moderatrix raedae automatariae rotula (*volante dell'automobile*).

— *V. Automobile.*

Volantino: (*foglio volante a stampa*): *V. Stampa.*

Volapük: Schleyeriana lingua, quam Volapük vocant; mundana lingua, quam Volapük nuncupant; ficticia lingua, quam Volapük vocant (*lingua cosmopolita inventata dal poliglotta Schleyer, curato di Lichtenstein circa il 1870;* Volapük = *lingua del mondo*). Adjectivum « mundanus, a, um » significat = *cosmopolita* (*Cic., Tusc.* V, 37); adjectivum autem « ficticius, a, um » legitur apud Plinium, e. g. « ficticiae gemmae » « ficticium vinum, « oleum ficticium ».

Volatica: Impetigo, iginis, f. - Hujus morbi, *vel* cutis vitii, Celsus quattuor species enumerat (V, 28, 17); levior species videtur esse quae vulgari lingua *volatica* vocatur.

Volt – Voltaggio: Voltiana electridis mensura (*dal celebre scienziato italiano Alessandro Volta*).

Voltafaccia: Subita commutatio; subita mentis commutatio (*voltafaccia nelle opinioni*); *vel* opinionis commutatio; subita opinionis commutatio.

Votare – Voto: *V. Suffragare, Suffragio.*

W

Washington: Vasingtonium, ii, n.; *vel* Vasintonia, ae, f. (*Capitale degli Stati Uniti d'America*).

Water-closet: (*v. inglese = latrina ad acqua corrente*) Latrina defluente aqua praedita purgationis causa. - *V. vol. I, pag. 25.*
— Latrina defluente aqua instructa; latrina defluente aqua ditata; latrina aquae profluvio instructa, *vel* ditata.

Watt - Ettowatt - Chilowatt: (*Giacomo Watt = nome di un celebre ingegnere e meccanico scozzese* [*1736-1819*] *a cui si debbono perfezionamenti della motrice a vapore e l'invenzione del relativo condensatore; in omaggio a lui fu dato il nome di watt all'unità pratica di potenza nel sistema di unità di misura elettro-magnetiche* - Cf. *Panzini: Dizion. mod.*) Wattiana, *vel* Wattensis electridis mensura (*un watt*); C. wattianae, *vel* wattenses electridis mensurae (*un ettowatt*); M. wattianae, *vel* wattenses electridis mensurae (*un chilowatt*).

X

Xenofobia - Xenofobo: Exterarum gentium horror, *vel* simultas; externorum odium; odium in externos; externarum gentium odium; extraneorum odium; extranearum gentium horror. - « Odium in externos » legitur apud Ciceronem; « exterae nationes, gentes, civitates » (*Cic. et a.*); externi, orum (*Sall. = i forestieri, gli stranieri*); extranei, eorum (*Suet. et a. = stranieri, forestieri, estranei*).
— *Graece:* Xenophobia, ae, f. (ξένος *= straniero* - φόβος *= orrore*).
— Exteras gentes perosus, a, um (*che odia gli stranieri, xenofobo*); *vel* externos omnes perosus; externas gentes perosus; externas omnes gentes perosus. - Externas gentes horrere, *vel* perhorrescere (*essere xenofobo*).
— *Graece:* Xenophobus, a, um.

Xeroftalmia: Lippitudo arida; oculorum aspritudo (*Cels.* VI, 6, n. 26). *Graece:* - Xerophthalmia, ae (*Cels.*, VI, 6, n. 29. - ξηροφθαλμία).

Xifoide: Xiphoides, is, f. (*v. gr. Termine anatomico per indicare l'appendice dello sterno che rassomiglia ad una spada:* ξίφος *= spada*).

Xilofono: Xylophonium, ii, n. (*strumento musicale fatto con lamine di*

legno). Quod quidem vocabulum ex graecis vocibus oritur *ξύλον* = *legno*, et *φωνή* = *suono*.

Xilografia – Xilografico – Xilografo: Scalptura in ligno; scalptura lignea; duratea scalptura (*incisione in legno*). - *Graece:* Xylographia, ae, f.; Xylographicus, a, um; Xylographus, i, m.; ars xylographica (*arte della xilografia*); imago xylographica (*una xilografia, un'immagine xilografica.* - *ξύλον* = *legno* - *γράφω* = *descrivo*).

Y

Yacht: (*parola inglese, che, secondo il P. Guglielmotti, si rende in buon italiano con la voce « panfilo »*) Pamphilum navigium. - *V. Panfilo.*

Yen: (*moneta giapponese*) Iaponicus nummus; Iaponiae nummus.

Z

Zabaione: Merum ovo infusum (*O. Jozzi, Lex. Epigr.*). - Infundere aliquid alicui, *vel* in aliquid (*Cic. et a.*).

Zagabria: Zagrabia, ae, f. (*Lat. di Curia*).

Zaino: Sarcina, ae, f.; quae vox fere usurpatur in plurali numero. « Legionem sub sarcinis adoriri » (*Caes., B. G.* II, 17); sarcinas colligere (*Sall.*).

Zar – Zarina: Russorum Caesar; Russorum Imperator (*Zar di Russia*). - Russorum Imperatrix (*Zarina*).

Zavorra: Saburra, *vel* sabura, ae, f. (*Liv. et a*); onerarias ducere naves multa saburra gravatas (*Liv.* XXXVII, 14). - Saburrare naves arena (*Plin.* XVIII, 35, 87), *vel* saburra onerare naves. - Saburrâ exonerare navem (*gettare la zavorra*). - Purgamentum societatis, purgamentum rei publicae (*zavorra della società*).

Zebra: Equus zebra (*Linn.*).

Zebù: Bos, *vel* taurus indicus (*Linn.*).

Zecca: Officina monetalis; officina monetariorum; officina argentaria. - Adjectivum « monetalis, e » (ad monetam, seu ad pecuniam pertinens) usurpatur ab Apul., Met. 7. - Monetarius, ii, seu qui monetam cudit (*zecchiere*) vox est ab Eutropio et in antiquissimis inscriptionibus usurpata.

— Moneta, ae, f. - Quae quidem vox nummum significat, seu pecu-

niam forma publica signatam (*Ovid.-Plin. et a.*); itemque, apud Ammianum et alios serioris latinitatis scriptores locum significat in quo moneta, seu pecunia, cuditur (*zecca*).

— Praepositus officinae monetariorum (*Morcelli = Direttore della zecca*). - Optio et exactor auri, argenti, aeris (*Idem = Aiutante* - optio, onis, m. - *del Direttore della zecca e saggiatore* - exactor, oris, m.). - Triumviri auro, argento, aeri flando, feriundo (*Idem: Sovrintendenti alla zecca*). - Officinator monetae (*Idem = lavoratore della zecca*), seu monetarius.

Zecchino: Aureus, i, m. (*Morcelli*); aureus venetus (*Idem: zecchino di Venezia*). - Apud Cic. habetur « nummus aureus »; apud Liv. « aureus, i » (*moneta d'oro*).

— A nonnullis ponitur: « seccinus »; quae tamen vox apud nullos invenitur latinitatis scriptores.

Zelo: Studium; cura; diligentia; industria. - Studiose; studiosissime; industrie; diligenter; diligentissime; impigre; acriter; summo studio; impenso studio (*con molto zelo, con moltissimo zelo*).

— Non autem: « zelus »; quae vox, e graeco fonte ducta, a latinitatis scriptoribus optimis non usurpatur. Est tamen apud Vitruvium (*Lib.* VII, *Praef.*), apud Prudentium (*Hamartig.* 188), apud Ausonium (*Epig.* 77) et apud cadentis latinitatis scriptores.

Zenit: Caeli fastigium; caeli apex.

Zero: Mathematicum signum nihil per se significans (*la cifra zero*); signum deficientis numeri locum obtinens (*Goelzer*). - In Goelzeriano lexico, in multisque aliis, ponitur etiam: zero (*indecl.*); quae tamen vox apud nullos legitur latinitatis scriptores.

— Nihil; nihilum, i, n. - « Nequicquam est in tali homine » (*Cic., Tusc.* III, c. 8 = *Il tale è proprio uno zero*). - Homo nihili (*Varr. = Uomo da nulla*). - Nihili pendere (*Ter.*); nihili facere (*Cic.*) = *stimare uno zero*. - Ex nihilo oritur (*Cic.*); de nihilo fit (*Cic.*); ad nihilum redigere (*Liv.*); ad nihilum venire, *vel* recidere (*Cic.*); pro nihilo est (*Cic. = non vale uno zero*); pro nihilo putare, ducere (*Cic.*); habere (*Liv.*) = *stimare uno zero*.

Zia-Zio: Amita (*sorella del padre*); matertera (*sorella della madre*); patruus (*zio paterno*); avunculus (*zio materno*). - Amita magna (*zia di mio padre*); amita major (*zia del mio avo paterno*); amita maxima (*zia del mio bisavo paterno*). - Matertera magna (*zia di mia madre*); matertera major (*zia del mio avo materno*); matertera maxima (*zia del mio bisavolo materno*). - Patruus magnus (*zio di mio padre*); patruus major (*zio del mio avo paterno*); patruus

maximus (*zia del mio bisavolo paterno*). - Eadem ratione dicitur: avunculus; avunculus major, avunculus maximus.

Zibibbo: Zibebae uvae. - Uvae passae dulciores, majoresque uvae zibebae (*Vallauri*). - « Vitis vinifera zibeba » legitur apud Linneum.

Zigrino: Mulinum, *vel* asininum corium; mulina, *vel* asinina membrana; mulinum, *vel* asininum corium arte perfectum (*conciato con arte*).

Zinco – Zincare: In nonnullis lexicis (*v. g. H. Goelzer: N. Diction. Français-Latin, Latin-Français*) hoc loco ponitur: cadmia, ae, f. (*metallo di zinco, ossido di zinco*). Vox enim « cadmia » apud Celsum, Plinium et Festum genus metalli significat, quod haud videtur absimile illi, quod nos vulgato nomine *zinco* vocamus. Tria hujus metalli genera describit Plinius XXXIV, 10, 22.

— In aliis vero lexicis (*v. g. Mariano*) nova vox ponitur: zincum, i, n.

— Alicui rei cadmiam obducere, *vel* inducere (*zincare*); cadmiâ obductus, a, um (*zincato*); v. g. ferri laminae obductae cadmiâ (*lastre di ferro zincato*).

Zincografia – Zincotipia: Imago per incisam cadmiam impressa. - *Graece:* Cadmiographia, ae, f.; cadmiotypia, ae, f. - Cadmiographica ars; cadmiographica imago; cadmiographica officina; cadmiographicus, a, um; cadmiographus, i, m. (*arte, immagine, officina... zincografica* - καδμεία = *zinco* - γράφω = *descrivo* - τύπος = *segno*).

— *V. Zinco, Zincare.*

Zizzania: Lolium, ii, n. (*Virg.-Ovid.-Plin. = loglio, erba che sembra corrispondere alla zizzania*); herba inutilis, nocens; zizanium, ii, n. (*Lat. Eccl.*). « Elaborandum est ne zizania luxuriantia bonis frugibus officiant » (*Acta Ap. Sedis* 1914, p. 575).

— Discordiae semina (*Tac. = zizzania in senso figurato*). - Discordiam concitare, commovere, serere (*seminare zizzania*); causam discordiarum serere (*Suet.*); concordiam dissociare (*Cic.*); animos civium dissociare (*Nep.*); discordiâ dirimere amicitias (*Tac.*) = *seminare zizzania fra i concittadini, gli amici...*

Zoccolo: I. Soleae ligneae (*Petr. = specie di sandali col fondo di legno*); calcei lignei (*Fest. = scarpe col fondo di legno*); sculponeae (*Cato = scarpe rustiche col fondo di legno*), v. g. « sculponeas bonas alternis annis dare (familiae) oportet » (*Cat., R. R.* 59); sculponeatus, a, um (*Varro apud Non.* II, 731 = *calzato di zoccoli, zoccolone*).

— Placenta ex ovis et carne intrita; *vel* placenta ovorum intrita cum

frustis carnium (*Vallauri: frittata con gli zoccoli, cioè con pezzetti di carne*).

II. *V. Base - Piedistallo.*

— Carpusculus, *vel* carpisculus, i, m. - Haec vox genus calceamenti barbarici significat multifariam scissi; sed in antiquissimis inscriptionibus significare videtur architecturae membrum vel ornamentum, quod nos vulgata lingua dicimus: *zoccolo, fregio a festoni, ornamento alle colonne con pomi, fronde, figure*, ecc.

— « Tegulas aeneas auratas cum carpisculis et vestituris basium, et signa Castoris et Pollucis cum equis de suo dedit » (*Inscript. apud Grut.* 98, 8). - « Tegulas aeneas auratas cum carpusculis et vestituris basium de suo dedit » (*Morcelli = fece del suo le tegole di bronzo dorato e gli zoccoli e le incrostature delle basi*).

Zodiaco: Signifer orbis (*Cic.*); signifer circulus (*Plin.*); stellatus baltheus, *vel* balteus (*Manil.*); zodiacus (*Gell.*).

Zolfanello: Ramentum sulphuratum (*Martial.* X, 3); seu fragmentum ligni sulphure illitum. - Sulphuratum, i, n.; sulphurata, orum, n. pl. (*Plin.* XXXVI, 19, 30 = *zolfanelli*). - Flammiferum ramentum (*fiammifero*). - Mercis sulphuratae institor (*Martial.* XII, 57 = *venditore di zolfanelli*). - Theca sulphuratis adservandis (*scatola di zolfanelli o fiammiferi*); *vel* theca ramentis sulphuratis adservandis.

— Nonnulli ponunt: igniarium, ii, n.; quae tamen vox aridam significat materiem ad ignem facilius excitandum aptam = *esca* (Cf. *Plin.* XVI, 40, 76); igniarius vero lapis significat *pietra focaia*.

Zoologia - Zoologico: Animantium descriptio (*zoologia*); *vel* doctrina de animantibus. - E graeco fonte: zoologia, ae, f. (*ζωός = vivente - λόγος = discorso*).

— Ad animantium descriptionem pertinens, attinens (*zoologico*). -

— Ad animantium descriptionem pertinens, attinens (*zoologico*).

— *Giardino zoologico.* Horti animalibus spectandis; *vel* viridarium animalibus spectandis; *vel* animalium viridarium; zoologicum viridarium; zoologicum viridiarium.

Zuccherificio: Sacchari officina. - Saccharificium, ii, n. - Ex voce « saccharum, i, n. » (*Plin. et al.*) novum fieri potest vocabulum « saccharificium »; quippe etenim eadem ratione fit « lanificium » (*Iustin.* II, 6), « opificium » (*Varr., R. R.*, III, 16) etc.

Zuccherino: Mellitus pastillus (*Vallauri = pasticcino dolce*). - *V. Biscotti.*

Zucchetto: I. Pileolus, i, m.; *vel* pileolum, i, n. (*berrettino rotondo in forma di mezzo uovo*).

— Rubrum Purpuratorum Patrum pileolum, *vel* rubrum Patrum Cardinalium pileolum (*zucchetto rosso dei Cardinali*); candidum pileolum Pontificis Maximi (*zucchetto bianco del Papa*); sacrum pileolum.

— Lanx, cis, f. sacro pileolo excipiendo (*vassoio per portare lo zucchetto*).

— In nonnullis lexicis hoc loco ponitur: galericulum, i, n.; quae tamen vox minus apta ad rem significandam videtur. Etenim apud Suetonium, Martialem, Servium et alios latinitatis scriptores indicat *parrucca, camauro, o cuffia di pelliccia;* v. g. « Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et adnexo, ut nemo dignosceret » (*Suet., Oth.,* 12). - *V. Camauro.*

II. Cucurbita (*Plin.*); cucurbitula (*Cels.*) = *zucca, piccola zucca, ed anche coppetta o ventosa per estrarre sangue.*

Zuzzurullone - Zuzzerellone: Inertissimus, *vel* ignavissimus homo; homo segnis, iners, piger. - Nebulo, onis, m. (*Ter.-Cic.* = *fannullone*).

Non pauci, nec ex Italia tantum, optimae Latinitatis cultores — peculiarique modo Hamletus Tondini, hujus linguae venustatis studiosissimus — in multis vel condendis, vel emendandis hujus Lexici vocibus, consilio et opera me adjuvarunt. Habeant igitur omnes, a me publice actas, debitas grates.

IMPRIMATVR

Datum in Civitate Vaticana, die 13 decembris 1948.

† Fr. A. C. De Romanis, Ep. Porphyreonen.,
Vic. Gen. Civitatis Vaticanae